IHS

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
30 — C
H 5

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

70 70
b 6
7 14
70.5.7.

Digitized by Google

8.30.C.5

Trophæum Silesiæ

Digitized by Google

Digitized by Google

THERIO-
TROPHEUM
Colleg. Rom. **Sileſiæ**, Soc. Jesu

Catal. In qvo Inscript.

ANIMALIUM,
B. hoc eſt, S

QVADRUPEDUM, REPTILIUM, AVIUM, PISCIUM, INSECTORUM

natura, vis & uſus ſex libris perſtringuntur:

Concinnatum & elaboratum

á

CASP. SCHWENCKFELD
MEDICO HIRSCHBERG.

Omnibus Philoſophiæ, Medicinæ & Sanitatis ſtudioſis profuturum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LIGNICII

Impenſis DAVIDIS ALBERTI *Bibliopolæ Vratisl.*

Anno. MDCIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

MAGNIFICO ET NOBILISSIMO VIRO, PIETATE,

literis, prudentiâ, multarumq; rerum experientiâ clariſs. Dn.

IOANNI NOSTITZ

á Noës, in Gros & Klein Strentz, Ducc. Ligniceuſ. & Bregenſ. Conſiliario, Ducatus Wolavienſis & Diſtrictus Herrnſtadiani Capitaneo, Domino ſuo & patrono benigniſſimo S.

NOn minus veré qvám eleganter, Nobiliſſime & ampliſſime Vir, ſapientiſſimus Athenienſium Legiſlator dicere ſolebat: Αἰεὶ γηράσκω πολλὰ διδασκόμενος, *id eſt, Seneſco ſemper multa addiſcens. Quo dicto innuere voluit, neminem eſſe tam felicem tamq; fortunatum, licet ingenioſiſſimus ab omnibus judicetur, qvi omnium rerum cognitionem exacté & perfecté habeat, ſed toto vitæ curriculo nobis perpetuó eſſe diſcendum, ſecundum illud Poëtæ:*

Diſcimus & morimur: Schola Vita eſt noſtra ſub ipſam
Usq; necem: doctus cætera diſce mori.

Solon ut ſummus Philoſophus, imbecillitatem qvidem ingenii humani & tenebras in Hominis mente qvodammodo perſpexit, ſed ut Ethnicus, veram & genuinam cauſſam, utpote Dei verbo, qvod Lucerna eſt pedibus noſtris, non inſtructus, ignoravit. Nos veró Chriſtiari, qvibus Jehova benignus & miſericors ex mera ſua gratia & bonitate in Verbo voluntatem ſuam revelavit, ex fontibus puræ & ſanioris Philoſophiæ ſcimus, Hominem á ſummo Rerum Conditore, ex Corpore & Anima fuiſſe coagmentatum, immortalem, nulli neq; mutationi neq; perpeſſioni, ſi in juſtitia perſtitiſſet, obnoxium: intelligentem, rationalem, hoc eſt conſilio, mente, cogitatione, pruden-

Digitized by Google

tia præditum, partim ut vitæ ſuæ auctorem coleret, partim ut hanc Rerum univerſitatem Mundiq́ ornatum contemplaretur, partim ut deinceps cum reliqvis Hominibus vitæ ſocietatem placidé & qvieté coleret. Impreſſit prætereá Divinitatis ſuæ imaginem, qvæ conſiſtebat in juſtitia, probitate, ſanctimonia cæterisq́ divinis virtutibus, &, ut breviter dicam, erat tanqvam Deus aliquis terreſtris, vita beata & immortali omniq́ rerum ſcientia á Deo donatus, nullis neq́ vitiis, neq́ morbis aut caſibus ac perpeſſionibus ſubjectus, cui terrarum omnis ambitus fruendus datus erat: peculiariter veró ad habitandum & colendum certus hortus omnium amœniſſimus, qvi Paradyſus dicebatur, deſtinatus; in qvo tanqvam pulcerrimo, amœniſſimo & delicatiſſimo Viridario, non otio vanisq́ artibus ſe dederet, ſed Deum & Procreatorem ſuum veré agnoſceret, celebraret, in fide atq́ imperio ipſius permaneret, omnia illi accepta ferret, eoq́ nomine pietatem, cultum ac venerationem præſtaret. Huic á vitæ Auctore, Arbores binæ, tanqvam Relligionis notæ atq́ indices aſſignabantur: una erat vitæ, cujus fructum certis diebus ederet; altera Notitia boni & mali, cujus poma ne attingeret interdictum erat; fore enim, ſi adverſus edictum hoc faceret, ut morte ſit moriturus. Adamus hac florente & beata vita cúm frueretur, â Satana, qvi felicitatem hanc ei invidebat, ſpecie ſerpentis aſtuti & fraudulenti, blanditiis verborum (qvód perſvaſus, ſi Arboris illius pomis veſceretur, futurum eſſe, ut qvaſi Jehova Deus eſſet, libertate uteretur, ſuoq́ ſibi arbitratu viveret) á ſui Creatoris fide atq́ obſeqvio abductus, in perditam arrogantiam delapſus, contemnere ſummum illud Jehovæ interdictum cepit, vetitaq́ Arboris fructu veſci. Qvo facto Homo miſerrimus, qvi ſibi meliorem conditionem & felicitatem, qvám ipſemet Deus protoplaſtes conceſſerat, promittebat, in tantas derepenté tenebras prolapſus ac devolutus eſt, & pelago calamitatum qvaſi ſubmerſus, ut non ſolúm veſte juſtitiæ & innocentiæ fuerit ſpoliatus, ac priſtinam dignitatem a-

miſerit

Digitized by Google

miſerit, Verumetiam omnium virium actionumq; languorem, imó totius Naturæ depravationem ſibi accerſiverit. Pro Libertate enim (quam ipſemet ſibi ſomniabat, & Satanas aſtuté ac callidé pollicebatur) ſervitutem perpetuam, pro juſtitia injuſtitiam, pro luce tenebras, pro ſcientia ignorantiam, pro ſanitate firma Morborum mille myriades, pro vita deniq; jucunda & perpetua calamitates infinitas & mortem æternam reportavit. Qvemadmodum enim Pueri, qvi jucundo ac ſvavi aſpectu illecti, poma Mandragoræ aut baccas Solani furioſi deguſtârunt, ſapore, tremore, convulſionibus, amentia & aliis graviſſimis ſymptomatibus corripiuntur, ut etiam mente conturbati, calido nativo ſuffocato (niſi mox antidotis vis maligna reprimatur) ſuccumbant & intereant: ita eſus pomi vetiti in Paradyſo Hominem tantoperé depravavit, ut inſtar Opii hauſti non ſaltem actiones omnes Corporis enervarit; verumetiam Mentem ejus adeó pervaſerit, ut ſomno alto qvaſi ſepultus, ſtupidus & attonitus oppreſſus fuiſſet, niſi Samaritanus φιλάνθρωπος Jeſus Chriſtus, verus Medicus & Salvator, ejus calamitate motus, in continenti alexipharmacum efficaciſſimum ei porrexiſſet, vulnus alioqvin Telephium & immedicabile balſamum gratiæ infundens obligaſſet, & ſpiritus vitales pené diſſolutos vino ſalutis colligendo recreaſſet, exhilaraſſet, firmaſſet. Et ut ii, qvi Opium aut aliud fortius narcoticum ſumſerunt, longo póſt tempore, qvamvis reſtituantur, ejus virulentiam in Cerebro cæteriſq; Corporis partibus & actionibus perſentiunt: ſic venenum illud, qvod Adamus ex pomo comeſto contraxit [etſi Chriſti merito adeó fuerit repreſſum & perfractum, ut amplius nulli eum vera fide amplectenti ad ſalutem obeſſé qveat] adeó Hominis ſubſtantiam univerſam intoxicavit, ut toto vitæ tempore contagium illud, peccatum nimirum & omnium actionum torpor & imbecillitas percipiantur; donec tandem morte corporali in terra tanqvam magno deſtillatorio reſolutum & penitus ſeparatum fuerit. Hinc illi lacrumæ! hinc

Digitized by Google

imaginis divinæ in Mente humana deſtructio, hinc omnium rerum ἀταξία, virium omnium & facultatum infirmitas & enervatio: ex hoc fonte Artium cùm liberalium tum mechanicarum addiſcendarum difficultas & labor manárunt. Qvod ſi Homo mandato Creatoris ſui obediens fuiſſet, omnia facilé ac perfectè ſine labore absq; moleſtia noviſſet: qvemadmodum legimus in Sacris, Adamum ante lapſum tanta ſapientia fuiſſe illuminatum, ut non ſolum habuerit exactam omnium rerum cognitionem, verùm etiam ex primo intuitu Animalis univerſam ejus naturam & vires perviderit: at poſt defectionem, etiamſi totum vitæ tempus ad inqviſitionem harum rerum conferamus & qvotidie proficiamus, nunqvam tamen eam perfectionem, quæ antea fuit, aſſeqvemur. Qvamobrem, cúm omnium rerum oblivio Hominis mentē ceperit, non eſt qvod qvisqvã ſibi imaginetur in hac vita perfectionē, ſed quo diutius in hiſce terris eſt ſuperſtes, eo plura ſemper, qvæ diſcenda ſunt, inveniet. Imperſcrutabilia enim ſunt opera Dei, adeó ut neq; Senib⁹ [licet ſenect⁹ venerabilis, ut inqvit JC, in l. ſemper ff. de jure immunitatis, & melior ſit umbra Senis qvã gladius juvenis] ſtudium diſcendi abjiciendum: ad exemplum JC. Pomponii, qvi in l. apud Julianum ff. de fidei commiſſ. libertate inqvit: Ego diſcendi cupiditate [qvam ſolam vivendi rationem in octavũ & ſeptuageſimum annum ætatis duxi] memor ſum ejus ſententiæ, qvam dixiſſe fertur Julianus: Κἂν τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχω, προσμαθεῖν τι βουλοίμην, id eſt, Etſi alterum pedem in ſepulcro haberem, adhuc addiſcere qvid vellem. Idipſum confirmat venerandus ſenex Medicorum facilé princeps Hippocrates Cous, qvi ſcribit Artem Medicam longiorem eſſe, qvám ut Homo etiamſi diutiſſimé vivat, eam perfectè aſſeqvi poſſit; cujus rei cauſſam aſſignat lib. 1. Aphor. 1. Vita, inqvit, brevis, ars longa, occaſio præceps, experimentum fallax & periculoſum, judicium difficile. Nec veró ſatis eſt, Medicum feciſſe ſuum officium, niſi qvoq; Ægrotus, ſuum Aſtantes faciant, ſintq;

externa

externa rité comparata. Brevis eſt vita duplici ratione. Primó ſi conferatur cum longævitate prioris ſeculi. In prima Mundi ætate Hominum vita fuit longiſſima. Adamus enim primus homo annos vixit 930. Enos 905. Jared. 962. Omnium diutiſſimé in his terris immoratus eſt Mathuſalem, qvi vitam ad nongenteſimum ſexageſimum nonum annum perduxit: Noachus vivendo attigit annum 950. poſteá paulatim cœperunt decreſcere & imminui anni. Abrahamus enim moritur anno ætatis ſuæ 175. Iſaacus 180. Jacobus 147. veluti ipſemet coram Pharaone Ægyptiorum rege conqveritur. Dies, inqviens, peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, parvi & mali, & non pervenerũt usq; ad dies patrum meorum, qvibus peregrinati ſunt. Moyſes vir Dei Pſalm 90. idem confirmat cum ait: In diebus ipſis annorum noſtrorum ſunt ſeptuageni anni, aut [ut ſimus valentiſſimi] octogeni anni, etiam excellentiſſimum eorum, laborioſum eſt & moleſtum, qvo feſtiné exciſo avolamus. Hac ultima & decrepita Mundi ſenecta, propter magnitudinem peccatorum in genere humano usq; adeo decurtati ſunt dies vitæ noſtræ, ut eam potius umbram judices, ſi cum Majorum ætate comparetur. χθιζοι ἐφήμεροι, *inqvit Hiobus 8. ſui libri capite, id eſt Heſterni ſumus & ignoramus, qvoniam ſicut umbra dies noſtri ſupra terram.*

Naſcentes morimur, finisq; ab origine pendet.

Dein Vita noſtra brevis dicitur facta collatione ad artem Medicam, ut de cæteris Artibus hoc loco nihil dicam. Hæc enim multarum & maximarum rerum cognitionem reqvirit. Primo, proprium ſubjectum, Corpus nimirum humanum conſiderat, admirabilem ejus fabricam naturamq; explorat, omnium partium numerum, ſitum, naturam, uſum, harmoniam, organa functionibus famulantia perpendit: Hinc cauſſas, quæ fabricam hanc & naturã conſervant, quæq; eandem deſtruunt & demoliuntur, inqvirit: Tandem indagat præſidia, qvibus ea, qvæ Elementorum concordiã turbant, & omnis generis mor-

bos

bos accerſunt, propelluntur. Qvapropter cùm ſingularem Stirpium, Animaliū, & qvæ in Terræ viſceribus genita eruuntur, Metallorum nimirum, Lapidum, Gemmarum, Succorum, &c. Eorum item, qvæ ex Mari & aqvis extrahuntur, vires Ars Medica explicet, hæcq́; omnia Medico cognoſcenda ſint, fieri vix poteſt, ut unus Homo omnia invenire, diſcere & perficere poſſit: ſiqvidem Memoria debilis, tempus vivendi breve, & materia ejusmodi non uni Terrarum loco á Deo conceſſa, ſed longé lateq́; per Terrarum orbem diffuſa ſit. Stirpium, qvas ſolum Sileſiacum producit, & Foſſilium, qvæ terra eruuntur, Catalogum ſeu Indicem in tyronum gratiam ante triennium publici juris feci. Qvoniam veró inter ea, qvæ Medicinam facere volenti ſummoperé neceſſaria ſunt, haud poſtremū locum obtinent Animalia, qvippe ſine horum cognitione, vix diætam convenientem ægro præſcribere, multó minus pharmaca ſeu præſidia, qvæ ab iis deſumuntur plurima, commodé propinare liceat, ut Memoriæ inſervirem, qvæ labilis eſt, & ſtudioſis gratum facerē, amicis urgentibus, Patriæ noſtræ Sileſiæ Animalia, qvæ paſſim & varié diſperſa, partim in aëre volitant libero, partim oberrāt in ſylvis, aut Montium receſſibus, acceſſu alioqvin difficilimis vitam peragunt, partim in terræ latebris occultantur, partim deniq; in profundis aqvarum gurgitibus ſtabulantur, aut limpidis Montium rivulis delectantur, certo & anguſto qvaſi vivario includere volui: ex qvo tyrones, eorum formam, colorem, differentias, partes, locum, vitæ genus, mores, naturam & uſum ſine magno labore cum voluptate addiſcerent, & tanqvam ex promtuario ad ſanitatem conſervandam, Morbosq́; propulſandos, non ferinas modó & delicatas, ſed ſalubres carnes ac pharmaca in uſum Hominis depromere poſſent. Ut enim Remedia, qvæ ab Animalibus petuntur, facilius quám Stirpes & Mineralia, ob innatum humorem ſuperfluum vicientur, minusq́; durant, præſertim qvæ aliunde ex remotis terris acqvirere oportet, ſæpé ſemiputrida

á Vermibus

á vermibus eroſa inutilia ad nos feruntur: ſic multó magis é re foret, Medicū diligenter conſideraſſe domi nata & ſuæ regioni ſeu patriæ propria, (utpote á qvibus poſſit habere remedia genuina, recentia, vegeta, incorrupta) qvám neglectis inqvilinis, exotica ſolúm eligere, ſitu, ſqvalore & vetuſtate labefactata & viciata. Nec medico ſolúm utilis Animalium contemplatio, verumetiam Homini Chriſtiano ſumma admiratio de infinita Conditoris potentia, ſapientia, bonitate, adminiſtratione accedit. Nullum enim Animal tam exiguum, nullum inſectum tam minutum, in qvo non aliqvid ſummum, illuſtre, rarum, imó non aliqvid divinum ſpectetur. Præclara, ait Siracides, cap. 43. ℣. 27. ſunt Jehovæ opera & mirabilia, varia beſtiarum genera & omnium pecorum & creatura beluarum. Item ℣. 36. Multa abſcondita majora his, pauca enim vidimus operum ejus. Et Pſaltes Pſalm 104. ℣. 3. Sit honor Jehovæ in ſeculum, lætetur Jehova in operibus ſuis. Taceo voluptatem, qvæ Philoſopho ex harmonia, varietate, colore, cantus ſvavitate, concentu vario, & mira loqvacitate ſuboritur.

Patriarchas legimus pecoris ditiſſimos ac ſtudioſiſſimos fuiſſe. Jacobus ſui avunculi Labanis, Joſephus, Iſaaci, & David patris ſui gregem pavit. Solomon Rex omnium ſapientiſſimus, ſicuti ex libris Regum conſtat, præter hiſtoriam plantarum etiam Animalium naturas diligentiſſimé exploravit, & Avium, Reptilium ac Piſcium hiſtoriam conſignavit. Alexander, qvi propter rerum geſtarum magnitudinem Magnus dictus, Macedonum Rex, inflammatus cupiditate Animalium naturas noſcendi, Ariſtoteli, ſummo in omni doctrina viro hoc muneris delegavit, eiq́; autor fuit, ut per Aucupes, Paſtores, Venatores, Piſcatores & alios qvoscunq;, eorum naturas diligenter percontaretur & exploraret; unde libros de Animalibus qvinqvaginta condidit; ob qvem laborem cúm ei obtuliſſet

octingenta talenta muneris in loco rependiſſe ex hiſtoriis conſtat.

Romani priſci non alium in finem ex remotiſſimis terris Animalia varia & beſtias indomitas Romam adduci magnis ſumtibus curabant, eaq; vivariis veluti carceribus coërcita alebant, qvám ut eorum naturas inveſtigarent: unde etiam Theriotropheia, Ornithones, Piſcinas, Aviaria paſſim extruebant. Quare ſi eximios Dei viros, Reges potentiſſimos, Medicos excellentiſſimos, Philoſophosq; doctiſſimos non puduit cum ſumma admiratione Creatoris, perpendere & inqvirere Animalium naturas, cur nobis dedecori eſſe putemus, ſi huic ſtudio aliqvid temporis tribuamus? Divus Paulus Apoſtolus propterea Ethnicos inexcuſabiles pronunciat, qvód Deum, qvem ex operibus agnoverunt, non coluerint. Hinc Sirac. 43. ℣. 32. Glorificate Dominum, qvantumcunq; poteritis, ſupervalebit adhuc & admirabilis magnificentia ejus. Tibi veró, Vir Nobiliſſime, hunc laborum meorum fœtum offerre, dedicare & conſecrare volui. Primúm qvód Tibi præter L L. doctrinam, cui naturæ ductu Germaniæ & Galliæ Academias, & præſertim celeberrimam Pariſiorum Scholam freqventando, animum applicuiſti, inprimis veræ pietatis, ſanæq; doctrinæ, & aliarum liberalium Artium ſtudia ſummopere ſint curæ. In te enim omnes hoc ſuſpiciunt & admirantur, qvód ad generis nobilitatem, & nominis ſplendorem, exemplo clariſſimorum olim in Repub. virorum; liberalium Artium cognitionem & literarum ſtudia adjunxeris. Deinde qvód tanto amore proſeqveris Artem Medicam, ut non ſolúm valde familiariter utaris Medicorum conſvetudine, verumetiam ipſe ſimplicium medicamentorum, qvantum tibi per graviora negotia licet, inqviras, conſignes, & pauperculis ſubditis tuis, qvibus res anguſta domi, jam ægrotantibus gratis pharmaca ſubminiſtrare non dedigneris. Inſuper, ut publicum extaret teſtimonium amoris mei erga T. M. ſummi, & ut grati animi

ti animi erga eximiam tuam in me voluntatem, qvæ mihi multis argumentis perſpecta eſt, aliqvam ſignificationem darem. Tantam enim ſenſe jam elapſo anno, dum thermas noſtras valetudinis ergó viſitaſſes, tuam in me benevolentiam, ut nullo officio compenſare poſſe exiſtimem. Demum ut eſſet qvaſi præſervator ſanitatis, ſine qva Homini nihil utilius dari poteſt, nihil gratius, nihil ſvavius eſſe poteſt. Cúm enim præſervatio ab Arthritide & Calculi torminibus, qvibus ſæpé graviter divexaris, utplurimúm conſiſtat in proba & exqviſita victus ratione, legitimorumq́ prophylacticorum uſu, qua absq́ cognitione hujus materiæ vix poteſt attentari, reperies ea hoc Theriotropheio, qvæ eligenda, qvæ vitanda ſint, non pauca ἐυπόριστα, *ſi adjunxeris Stirpium & Mineralium Catalogum, qvæ mali utriusq́ vim infringant, Corpusq́ ab ejusmodi moleſtiis liberent.*

Abs te itaq́, qvod reliqvum eſt, Vir ampliſſime, ſummopere peto, ut hocce munuſculum ſerena fronte tranqvillóqve animo ſuſcipias, me uná cum meis commendatum habeas. Deus Opt. Max. qvi univerſum Terrarum Orbem ſua omnipotentiâ & providentia regit & gubernat, T. M. Eccleſiæ, Reipublicæ, Patriæ, qvám diutiſſimé conſervet, ac indies toti familiæ tuæ nobiliſſimæ largiter benedicat. Vale. Cervimontii Anno 1603. 20. Maii, qvo patria mea dulciſſima Gryphiberga, (proh dolor) ex improviſo ſubortis ignibus tota in cineres redacta eſt, qvod hoc Eteoſticho Dn. Caſp. Conr. continetur.

MaII LVX VICena poLo nItet eCCe ſVperno,
Vt rVIt In CIneres heV GrIfeberga LeVes.

Amplitud. V.

A

CASPAR SCHVENCKFELT
MED. D.

CATALOGUS AUTORUM,

qvorum opera in hoc Theriotropheio uſus ſum.

Ælianus
Albertus Magnus
Alciatus
Anaxagoras
Andreas Libavius
Angelus Politianus
Annales Vindelicæ
Antonius Gvainerius
Ariſtophanes
Ariſtoteles
Athenæus
Avicenna
Autor Philomelæ
Baptiſta Fiera
Baptiſta Mantuanus
Beda
Bellonius
Biblia Sacra
Caſpar Bauhinus
Caſpar Peucerus
Celſus
Cicero
Columella
Columbus
Conradus Geſnerus
Conradus Lycoſthenes
Dioſcorides
Diphilus
D. Ambroſius
D. Auguſtinus
D. Baſilius
D. Hieronymus
Euſtathius
Felix Platerus
Ferrantes Imperatus
Franciſ. Valeriola
Franciſ. Maſſaria
Fulgoſius
Gabriel Fallopius
Galenus
Georg. Agricola
Georg. Fabricius
Gvido
Gviliel. Rondeletius
Had. Junius
Heſiodus
Heſychius
Hieronymus Cardanus
Hippocrates
Homerus
Jacobus Hollerius
Joh. Bauhinus
Joh. Bodinus
Joh. Fernelius
Joh. Goropius
Joh. Wierus
Iſidorus
Jul. Cæſar Scaliger
Lambertus Danæus
Levinus Lemnius
Macrobius
Manilius
Marcus Varro
Martialis
Mizaldus
Nicander

Nigidius

Nigidius
Olaus Magnus
Oppianus
Orpheus
Ovidius
Palladius
Paræus
Paulus Ægineta
Paulus Eberus
Paulus Jovius
Perottus
Petrus Gyllius
Petrus Andreas Mattiolus
Philemon
Piſanellus
Plato
Plinius
Plutarchus
Pollux
Porphyrius
Praxagoras
Proclus
Q. Serenus
Rabi Moyſes
Rembert. Dodonæus
Rhazes
Ruellius
Scribonius
Seneca
Sophocles
Strabo
Suidas
Sylvius
Theocritus
Theodorus Gaza
Theophraſtus
Turnebus
Virgilius
Ulyſſes Aldrovandus
Wottonius
Xenophon.

AD CL. VIRUM
D. CASP. SCHVVENCK-FELTUM,

De Tractatu ipſius Zoographico.

NOſſe DEUM & ſeſe veré ſapientia prima eſt,
Ultima nec, reliqva & noſſe creata DEI.
CHRISTUS Doctorum Doctor ter maximus unus
Doctores noſtros hæc creat atq; vocat:
Ad volucres, inquit, veſtros attollite vultus,
Inſpicite inculti & florida prata ſoli,
Ex his non dubia & Patri confidere mente
Diſcite, qvi certa cuncta tuetur ope.
Hujus ab exemplo doctus, Clariſſime Doctor,
Si patriam ſic vis noſſe creata tuam,
Grata tuo tua ſunt & grata futura futuro
Sæclo, poſteritas ſi qva futura pia eſt.

M. Nicolaus Ludovicus
Scholæ Lig. Rector.

In opus Phyſicum D. D.
CASPARIS SCHWENCK-FELDII &c.

IN dubio eſt ob te, SCHVVENCKFELDE, Sileſia magno,
Plus uter ex vobis debeat alterutri.
Ipſa tibi vitam, & qvidvis dedit artium, opumq;,
Tu vitam ipſi, artes, reddis, opesq; datas.
Reddis, qvæ data ſunt: patriæ tu plurâne debes?
Das, qvod non reddat: debet ea ânne tibi?

Das

Das patriæ nomen tua per monumenta, facisq́; huic
Ut vita, ars & opes ſint operæ tuæ opus.
Reddere perge tuæ patriæ data, plura datisq́;
Omnia debere ut gaudeat illa tibi.

M. JOHANNES AB HOECKELSHOVEN.

IN NATURALEM SILESIAE HISTORIAM CASPARIS SUENCKFELDII, MEDICI CELEBERRIMI

ODE ALCAICA.

SIGNE ergo Soles atque Proſerpinas,
SWENCKFELTE, totas non Cerebri ſine
Sudore multo, ponderoſis
Eſt operis amor immoriri;
Somniculoſi ut raro aliquid tibi,
Quamvis per aſtum vimque, papaveris
Indat laborum pertinaci
Latmius Endymion, quietis
Statæ madeſcens largius umidam
Vapore frontem & tempora languida?
Menſes per omnes arduorum
Mole frequente negotiorum

Quantum

Qvantum occuperis, novimus; & tuo in
Lare hoſpitali vidimus: anxiè
Nunc CERVIMONTANO popello
Viva tuæ ſitiente Hygeiæ
Pocilla: nunc & finitimis opem
Tuam obſtinatè ſollicitantibus
Tam civibus, qvám conglobatis
Nobiliumq; agminibus virorum;
Gleboſa amœnæ jugera SLESIDOS,
Et imminentis rura BOHEMIÆ
Gaudentium impreſſis aratris
Findere, divitiore cenſu.
Qvos langüentes Pœonium in modum
Succinctus herbis vividioribus
Succo & ſalubri tam recoctos
Et vegetos dare ſueſti: utrumque ut
Porrexe gnatum non Epidaurii,
Neque Æſculapum pharmaca crediim
Præſentius, per tempe habentes
Theſſala, ſeu Pelopis rotundâ
In Cherronéſo. Proin' quaſi nuſpiam
Alii labores ſuppeditent, ita
Miracla Naturæ propritim
SLESIDOS indigenis abundé
Indulta terris munere Cœlitum
Indagine acri nec ſine Apolline
Rimaris. Agros perque vaſtos
Vidi egomet, patriosque montes
Te curioſum ferre pedem; undique
His congerendis, quæ facerent rei &
Telæ inſtitutæ. Vidi & hujus
Ipſe domi penoris ſtupendas

Nuper

Nuper ſtruices ! Segrege in arculâ
Quævis videndam ſe ſpecies dabat:
Heic ſtirpium diſcrimina, illic
Cernere erat genus omne Gemmas,
Noſtris repertas finibus, haut ſine
Argenti & Auri ac Foſſilium omnium
Dite apparatu. Sentientum
Sæcula mille alibi figuris
Diverſa miris adſpiciebam; uti
Jovis ſereni filiolas, Aves,
Gregesque nantum ſqvamiveſtes,
Reptiliumque Animalculorum
Spectacla plusquám mirifica: ut Parens
Natura noſtro ſub Jove nil feré
Vi Dædaléâ exiſtimetur
Subter humum, inque eâ, & ex eâdem
Proſeminare, aut gignere in aëre
Aquisve rari & monſtrifici, in tuis
Compendioſum quod locare
Hoſpitium laribus recuſet.
At non in arcis has tacitis tibi
Gazas acervas lividus: omnibus
Sed poſſidendas liberali
Diſtribui gaüdes papyro;
Doctâ papyro, congenitabilem
Naturam & uſum ac vim generum ratam
Delineanti ſingulorum,
Et methodo facili ſtiloque.
Nondum ter acrem ſigna per obvii
Phlegonta Phœbus Zodiaci rapit,
De Plantulis ex quo peritum
Fossilibusque anui dediſti

c Librum

Librum Ævitati; nunc' Animalibus
Super docendis auctor idoneus
Idem æmularis : quod bonum ſit.
Macté GenI atque operæ beatæ
Suenckfelte ſollers! Macte o Apollinis
Germana proles! Scilicet hoc pol eſt,
Hoc eſt benignam præbuiſſe
Materiam Patriæ inquilinis;
Dantis Jehovæ tot bona tantaque
Deprædicandi: hoc nempe reciproca eſt
Rependere Altrici benignæ
Præmia promeritasque grates.
Hoc eſt, Lucernam non modii invido
Damnare clauſtro: ſed patulam ſuis
Aptare Lychnuchis; ut almæ
Munera lucis aliîs miniſtret.
Silvas Sabothis montibus arbitrer,
Feraſque ſilvis, gramina paſcuis,
Piſces abundanti Viadro
Defore, aves per inane magnum
Non ſerius: quám nominis in tui
Clarore telam texet Aráneus;
Famamque Lethæus tuorum
Suſtulerit meritorum Obáter.

M. Mel. Laubanus
Illuſtris Gymnaſii Goldberg.
Pro-Rector pangeb.

Ad

Ad Patriam Apoſtrophe.

NOmina Scribenti pecudum, volucrum atq; ferarum,
Et quæ plura foves, Sleſia, jure faves.
Alma fave, firmaq; gradus conſtanter, & illum,
Atq; via ſimili qvos juvat ire, fove.
Ut faveas, foveasq;, ſatis tibi cenſeo cauſſæ:
Quód, quæ ſis, mundo jam propé ſcire datur.
Nimirum iſtud habes modò munere Palladis, in te
Quæ ſedem á Grajo tranſtulit orbe ſuam.
Teq; locans cœlo, diverſas extudit artes,
Et campum ingeniis pandit, amore tui.
Ne, veluti quondam, lateas, cúm ſcilicet eſſent
Hæc loca pellitis barbariora Scythis.
Nunc nulli cedis terrarum. Et tempore nullo
Ut cedas ulli, munus habeto Dei.

M. Andreas Calagius
Vratiſlav.
P. C.

In Cl. Viri

D. CASPARIS SCHVVENCK-FELDII PHYSICI REIPUB.

Hirſchbergenſis Ordinarii

THERIOTROPHEUM SILESIACUM.

Parodia ad Od. 1. lib. 2.
Horat.

MOrbum ex peracto crimine noxium,
Morbíqve cauſſas, & genera, & modos;
Viréſqve Parcarum; gravéſqve
Lethi inimicitias, & auſa
Nondum expiato tetrica corpore,
Laborioſi plenum opus ingenI
Verſas: & ſublevas miſellos
Suppoſitos Lacheſi ſeveræ.
Paullum perennis cura negocii
Relinqvat ædes: mox, ubi publicas
Res factitaris, grande munus
Panſophico repetis calore.
Prædulce cunctis præſidium malis,
Et concidenti, vir bone, corpori,
Cui Phœbus æternos honores
Antidoto peperit ſalubri;
Jam nunc ſonanti murmure turgidas
Rimaris undas; jam nemora expetis:
Jam cura naturæ volantes
Qværit aves, aviumqve formas.
Videre piſces jam videor vagos
Non impedito carcere conditos:

Digitized by Google

Et cuncta brutorum ſubacta,
Præter atrocem animum Unicornis,
Boa & repentum qvódqve nocentius
Sileſianâ vixerat inſcium
Tellure; cunctorum at figuras
Tu libro in hoc prior edidiſti.
Qvis non celébri carmine doctior
Vates Camœnis grande negocium
Collaudat, & conſcripta qvæqve
Sleſiacis animata terris?
Qvis Cous? aut qvís non celebrat Sophus
Opus venuſtum? qvis Phyſices amans
Non concinit magnum laborem?
Qvæ tacet ora Librum ævi-clarum?
Sed ne relictis, Calliope, modis
Coi retardes nomina Phœbici,
Parnaſſico mecum ſub arvo
Tange chelyn graviore plectro.

M. Caspar Conradus P. L.

In Hiſtoriam ſive Catalogum
Animalium Sileſiæ,

Viri Clariſſimi & Excellentiſſimi Dn.

CASPARIS SCHWENCKFELDII
PHIL. ET MED. DOCTORIS
ac Reip. Hirſchberg. Phyſici
Ordinar.

EPIGRAMMA.

Qvi nuper ſtirpes & foſſile qvodqve docebas,
Qvod modó ſub terræ viſcere Sleſis habet.
E terrâ ad cælum ſcandis, ſcribisq́; volucres,
Qvas modó ſub cæli culmine, Sleſis habet.
Addis & innumeras pecudum pecorumq́; cohortes,
Atq; hominem, qvi illas nobilitate præit.
Omnia ſcribuntur, qvæ cerni animalia poſſunt,
Et Grajâ & Latiâ ſcripta leguntur ope.
O opus auditu rarum! viſuqve venuſtum!
O opus & lectu dignum & amore hominum!

IN EUND. CATALOGUM &c.

Parodia Odæ Horat. *29.*
lib. *1.* Carm.

Caſpar, vetuſtis nunc Arabum invides
Libris: & altam qværis adoream,

Non

Non ante deſcriptis Sileſis
Alitibus, variisq; brutis
Addis nitorem, qvæ tibi Apollinis
Sopho-Medenti numina ſervient?
Phœbus qvis in mundo capillis
Ad genium ſtatuetur auctis,
Doctus volucres dicere Sleſicas
Venâ politâ? qvis neget urnulis
Doctum reduci poſſe Cöum
Triſtibus, & Medicam reverti?
Cúm Tu probatos undiq; nobiles
Libros Medentûm, Sleſiacum & ſolum
Ornare ſcriptis eruditis
Pollicitus meliora pergis?

BALTH. EXNERUS Hirſchbergius
JC. & Poëta Cæſarius f.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PSALM.

PSALM *103*. V. *22*.

Benedicite Iehovæ omnia opera ejus, in omnibus locis Dominationis ejus.

Digitized by Google

LIBER PRIMUS

Animalium generalis conſideratio.

ΘΗΡΙΟΤΡΟΦΕΙΟΝ SILESIÆ.

Θήρ, θηρίον τὸ, feram aut beluam veteribus propriè ſignificat. Interpres Dioſcoridis non ſimpliciter pro fera, ſed veneno obnoxia beſtia, ut Vipera, Lupo, accipit. Hinc θηριακα, á Medicis dicebantur pharmaca ex plurimis ſimplicibus, induſtria ſingulari, ſumtu maximo congeſta, compoſita & arte permiſta; vel qvód illarum carnes, ut Viperæ reciperent; vel potius qvód earum venenis adverſarentur. Interdum θηρίον vocabulum etiam de Leporibus, Avibus & aliis Animalibus, veluti apud Xenophontem, intelligitur. Ex hoc latâ ſignificatione componitur θηριοτροφεῖον, Ein Thiergarten Vivarium in qvo feræ aluntur. Erant. n. *Vivaria* ſepta qvædam loca, in qvibus feræ vivæ paſcebantur. *Marcius Varro libro 3. de Re Ruſtica,* Leporaria dicit appellari, inqviens: Villaticæ paſtionis tria ſunt genera, Ornithones, Leporaria, Piſcinæ; alii Roboraria vocant.

Vivaria Aprorum & Glirium cæterorumq; ſylveſtrium primus togati generis invenit Q. Fulvius Lippius, qvi in Tarqvinienſi ſepta habuit jugera 40. in qvo erant incluſi Lepores, Cervi, Apri, Capreæ, Oves feræ &c. Nec diu imitatores defuére L. Lucullus & Q. Hortenſius.

Gordiano Imperatori etiamnum privato erat ſylva, in qva habuit Cervos ducentos, Britannos eqvos feros 30. Oves feras albas mille, decem Capreas qvas inaurari

Digitized by Google

fecerat, Struthiones Mauros miniatos 300. Onagros 30. Apros 150. Ibices 200. Damas 200.

Aviaria primus inſtituit, incluſis omnium generum Avibus, M. Lælius Strabo, Brunduſii: eqveſtris ordinis, Ex eo. cæperunt Romani carcere coercere Animalia, qvibus Natura cœlum aſſignaverat. Plin. lib. 10. c. 50.

Marcus Varro Qviritium doctiſſimus & elegantiſſimus, in Ornithone qvem animi cauſa conſtituit ſub Caſine, longé vicit non modó archetypon inventoris ὀρνιθοτροφείων M. Lælii Strabonis, qvi Brunduſii primus in periſtylo habuit exhedra concluſas Aves, qvas paſceret objecto rete, ſic etiam in Tuſculano magno ædificio Luculli, ut ipſe *Varro* tradit lib. 3. c. 3. de Re Ruſtica.

In villa Oſtienſi M. Seius habebat greges magnos Anſerum, Gallinarum, Columbarum, Gruum, Pavonum, nec non Glirium, Piſcium, Aprorum, & cætera venationis, ex qvibus rebus Scriba librarius libertus in annos ſingulos plus qvinqvagena millia é villa carpere dicebatur.

Piſcinas qvám refertas habuerint precioſiſſimis piſcibus Romani illi nobiliſſimi Principes, L. Philippus & Q. Hortenſius, qvos Cicero Piſcinarios appellat, etiam illud indicium eſt, qvod M. Varro in libro de Agricultura refert, M. Catonem, qvi póſt Uticæ periit, cúm hæres teſtamento Lucilii eſſet relictus, Piſces de piſcina ejus 40. millibus vendidiſſe, *Macrobius lib. 3. Saturn. c. 15.*

Cochlearum vivaria inſtituit Fulvius Hirpinus in Tarqvinienſi, pauló ante civile bellum, qvod cum Pompeio magno geſtum eſt, diſtinctis qvidem generibus earum, ſeparatim ut eſſent albæ, qvæ in Reatino agro naſcútur, ſeparatim Illyricæ, qvib. magnitudo præcipua: Aſricariæ qvibus fœcunditas: Solitariæ qvibus nobilitas.

Romanos imitati ſunt Imperatores, Reges, Principes, Duces, qvi voluptatis & recreationis cauſſa, magnis ſumtibus aliunde ex remotis terris, accerſitis Animalibus vivaria extruxerunt.

Sin

Sic Imperator noſter Romanus Rudolphus Dei gratia II. omnis generis beſtias, veluti Leones, Tigrides, Pantheras, Urſos, Lynces, Aqvilas, Falcones albos, & alia plura, Pragæ in arce regia, certis locis tanqvam clauſtris coërcet.

Hodie paſſim extant Leporaria Ducum, Baronum, Magnatum, in qvibus cúm jucunditatis, túm utilitatis gratia, Cervi, Capreoli, Damæ, Lepores, & ſimilia Animalcula paſcuntur.

Hunc Animalium Sileſiæ diſcurſum Theriotropheii nomine inſignivi, eo nomine, qvód hîc non integra & univerſa Animalium hiſtoria contineatur: ſed qvorundam ſaltem & qvidem plurimorum, eorumq; tum perfectorum, tum Inſectorum, partim domi natorum, partim aliunde acqviſitorum natura perſtringatur. Cujus autorem agnoſco, non Q. Fulvium Lippium, non M. Lælium Straborem, non Q. Hortenſium, vel Imperatorem aut Regem aliqvem potentiſſimum: ſed ſummus Rerum Opifex ipſemet Deus Vivarium hoc inſtituit, qvi ut univerſum Terrarum orbem tanqvam vivarium ampliſſimum & ſpacioſiſſimum condidit, (eumq; in certas qvasdam claſſes ſeu regiones diſtribuit, variisq; non ſolúm Stirpib9 ac Plantis adornavit, verum etiam innumera Animalium varietate proſpexit, ut Homo, qvem tanqvam Cultorem & Dominum inſtituit, inde omnia ea ad Corporis ſui ſuſtentationem & conſervationem neceſſaria, ceu ex promtuario qvodam deſumeret, Animum voluptate recrearet, ac inprimis Deum conditorem ſuum veré agnoſceret & jugiter celebraret) ſic etiam pro immenſa ſua miſericordia & bonitate inexhauribili, hanc terræ partem, qvæ Sileſia dicitur, adeó benigné reſpexit, ut qvæ olim deſerta, inculta, ſterilis, & ſylvis denſiſſimis horrida, jam fertilis maximeq; exculta videatur. Olim erat domicilium gentis feræ, barbaræ, de Deo nullam cognitionem habentis; hodie Dei gratia Populus Deum timens & celebrans hanc incolit: olim latronibus & incurſionibus, nec non inteſtinis bellis dilacerabatur & devaſtabatur, ut peregrinari

ut peregrinari non tutum eſſet: nunc ſylvis denſis ac vaſtis cæſis ac diminutis, in certos Ducatus diviſa, oppidis,& pagis innumeris referta eſt, ut cuivis tuto ac ſecure iter facere liceat. In ſumma tanta omnium rerum, ſive Corporis conſervationem ſpectes ſive Animæ ſalutem conſideres, abundantia affluit, ut nulli provinciæ qvamvis ampliſſimæ cedat.

Situs. Poſitum eſt in ea Europæ parte qvæ Germania dicitur ſub grad. longitudinis 38. 39. 40. 41. 42. præter paucas minutas: Latitudinis veró 50. 51. 52. feré inter Bojemiam, Luzatiam, Marchiam Brandeburgenſem & Poloniam.

Figura ejus non rotunda ſeu circularis, ſed tetragoni fermé laterum inæqvalium. Longitudo enim qvæ miliarium eſt plusqvam qvadraginta germanicorum valde ſuperat latitudinem qvæ vix eſt miliarium viginti.

Sepimentum. Munitur natura, Auſtrum verſus muro qvadraginta leucarum, montibus videl. Sudetis, qvi ab occaſu Orientem verſus excurrunt, Sileſiam a Bojemia & Moravia diſterminantes, tandem cum Carpatho junguntur. A Septentrione & occaſu occurrunt vaſtæ ſylvæ, cum Viadi parte. Occidentale latus claudunt & obvallant Aqvæ ductus qui ſunt Luza, Qvadus, Boberus.

Loca Animalibus deſtinata.

Sunt varia & qvamplurima:

Montes Sudetes, Carpathi juga, ***Colles***, ***Sylvæ*** vaſtæ, ***Nemora***: ***Fluvii*** inſignes, Viadus, Boberus, Cattus, Qvadus, Torrentes & rivuli ex Montibus decurrentes innumeri: ***Stagna*** plurima veluti Cunicenſe, Slabacenſe, Culmenſe, Brenningenſe, Ilgenſe, Svibocenſe, Naſtich dictum, & alia multa, qvæ magnam alunt piſcium variorum copiam. ***Piſcinarũ*** per univerſam Sileſiam infinitus fere eſt numerus qvi Cyprinos gignunt laudatiſſimos præter Lucios, Caraſſas, Erythrophthalmos &c. ***Agri***, ***Campi latiſſimi***, ***Prata***, ***Ericeta***, ***Vrbes & oppida*** numerantur centum viginti & plura, Pagi ultra

ultra 19000. *Arces* Ducum Baronum, Eqvitum, Nobilium, Magnatum plurimæ, reticeo *Cœnobia, Abbatias* & *Canonicorum collegia*, de qvibus in Catalago noſtro ſtirpium & Foſſilium Sileſiæ egimus.

Animalia qvæ in hoc theriotropheio aluntur, varia & plurima ſunt, ac ſeqventibus qvinqve libris offeruntur.

Præfectus eſt Homo non qvivis, ſed Sileſiacus, cui Deus ex mera gratia hanc terræ partem conceſſit, ut eam coleret, plantaret, & omnibus cum terræ naſcentibus, tum Animantibus in cibo & medicina pro arbitrio cum gratiarum actione frueretur. De cujus origine, propagatione, partibus internis, externis, cõſervatione, deſtructione, brevi poſt, ſi fata vitã conceſſerint, peculiari volumine diſſeremus.

De Animalibus in genere.

Ζῶον, ἀπὸ τῆς ζωῆς á vita. Animans, Animal, Eine lebendige Creatur. Corpus eſt vivum anima ſentiente præditum, ut Homo, Leo, Aqvila, Delphinus, Angvilla, Mus, Aranea.

Viventia ſeu Animâ informata Corpora triplicia ſunt. 1. *Qvædam* Animam obtinent θρεπτικὴν nutritivam ſeu vegetalem, qvæ virtute vitali qvidem vivunt, pullulant ac germinant, ſibiq; ſimile procreant, ſed omni ſenſu privantur, ut Plantæ & Stirpes. 2. *Alia* non ſolummodo vegetatricis Animæ viribus inſtructa ſunt; verumetiam ſenſuum judicio, cujus opinione ad bonum feruntur & mala declinant, præcellunt, ut Bruta. 3. *Alia* deniq; intelligentia & ratione ſunt prædita ac reliqvorum, nempe vegetantis & ſentientis vires omnes ſub ſe comprehendunt, ut ſolus Homo, qvi omnium animalium perfectiſſimum, rationalis, ad juſtitiam & ſanctimoniam veritatis ſecundum Deum fuit conditus, ut reliqvis omnibus tanqvam Dominus præeſſet ac dominaretur.

Animalium Differentiæ.

Differentiæ & ſpecies Animalium ſunt variæ, qvæ ſumuntur

muntur *partim* ab eorum forma; *partim* á materia ſive partibus qvibus conſtant, qvas alia ab aliis diverſas habent; *partim* ab accidente, ut á victûs ratione, á vitæ actu, á moribus eorum, ab uſu, á motu, colore &c.

1. Animalium *alia* ſangvinem habent, ut Homo, Eqvus etc.

Alia Exangvia ſunt, ut Apes, veſpæ.

2. Alia veſcuntur carne, ut Σαρκοφάγα Carnivora, ὠμοφάγα, Leo, Lynx, Lupus, Aqvila, Accipiter, Polypus, Lucius, Aſtacus etc.

alia frugibus, καρποφάγα frugivora, ut Apes, Cervus, Boves, Columbus, Cornix frugilega.

alia omnia attingunt παμ, φάγα, Omnivora, qvæ herbis, fructibus, vermibus, ſeminibus veſcuntur, ut Urſus, Pica varia, Corvus, Inſecta nonnulla, ut Muſcæ, Veſpæ.

alia ἰδιότροφα cibo ſui generis utuntur proprio, ut Avis Paradyſi aëre, Apes Melle, Aranei venatu Muſcarum.

3. Qvædam in uno vivunt Elemento:

In Aere ut Volatilia.
in Terra ut Qvadrupeda.
in Aqva ut Aqvatilia.

qvædam in duobus, ut ἀμφίβια, ἐπαμφοτερίζα; & vel *in Aëre & aqva*, ut Ardea, Mergi, Anates &c. *in Aëre & Terra* Veſpertiliores. *in Terra & aqua*, ut Fiber, Lubra, Crocodilus, Teſtudo, Ranæ. Qvædam in tribus in aere, aqva & terra, Cygnus.

4. Nonnulla ſunt Gregalia, qvæ gregatim degunt amicaq; ſunt, ut Armenta, Cervi, Sturni, Columbæ, Cyprini, Lampretæ, Apes, Formicæ.

Quædam Solitaria, qvæ non gregatim inimicaq; vivunt, freqventiam vitantia, ut Leones, Vrſi, Lynces, Aqvilæ, Delphinus, Silurus, Conger, Struthiones.

Quædam ancipitem vitam agũt, qvæ modó ſocietate, modó ſolitudine gaudẽt, ut Lupi.

5. Alia μονόχροα, Unicolora, ut Leones fulvi, qvorum genus totum habet unum colorem, Corvi nigri, Olores candidi.

πολύχροα Verſicolora, ut Cuniculi, Porcelli Indici, Pſittaci. ὁλόχροα, Toticolora, qvorum

qvorum Corpus habet qvidem *unum* colorem, ſed non omnia ejusdem generis Corpora, ut Bos albus eſt, at non omnes.

ποίκιλα, varia: vel toto genere ut Panthera, Pavo: vel parte, ut Boves, Capræ.

6. Alia ſunt Civilia πολιτικὰ ζῶα, qvæ labore communicant, id eſt qvorum opus communi efficitur opera, munusq; idem omni eſt, ut Homo, Grus, Apis, Formica. Horum alia ſub duce degunt, ut Apes; alia nulli ſubdita ſunt imperio, ut Formicæ.

Incivilia, qvæ inter ſe pugnant, ut Carnivora.

7. Qvædam ſunt; Cicura, manſveta τιθασσὰ, ἥμερα, ut Homo, Mulus, Canis, Gallinæ, Columbæ.

Fera perpetuó, ἄγρια, ut Lupus, Lynx, Tigris.

non perpetuó, ſed interdum manſveſcunt, ut Elephas, Urſus, Corvus, Leo. *ſec. illud.*

Longa dies homini docuit parère Leones.

8. Nonnulla Stabilia, ſede ſtabili vivunt, qvam nunqvam mutant, nec peregrinantur, ut Domeſtica, Conchilia, Oſtrea, Conchæ, Spongiæ marinæ.

Mutant, ſed ſtatuto tempore, ut Grus, Ciconia, Hirundo, Acipenſer, Salmo.

9. Alia venantur, ut Lynces, Aqvilæ, Bubones, Lucii, Siluri. Recondunt, ut Cricetus, Nucifrangulus, Formicæ, Apes.

10. Alia domicilia ſibi parant, ut Talpa, Meles, Vulpes, Formicæ.

nullis includuntur caſis, ut Quadrupeda feré omnia, Inſectorum plura.

Cavernas ſubeunt, ut Urſi, Lacerti, Serpentes.

per ſumma Telluris degunt, ut Canis, Eqvus, Armenta. tota *hyeme deliteſcunt.* Horum alia ſibi annonam parant, cujus ope in veſtibulis veſcantur, ut Criceti, Apes, Formicæ; alia ſine cibo & potu hyemem feré tranſigunt acdormiunt, ut Urſi, Taxo, Muſtelarum genera, Serpentes, Glires, de qvibus Poëta:

Tota mihi dormitur hyems, & pingvior illo
Tempore ſum, qvo me nil niſi ſomnus alit.

Animal aliud

- Perfectum, Ἔναιμον, Sangvineũ, ſeu ſangvine præditum; vel
  - λογικὸν, Rationale, ratione præditum, ut Homo.
  - Ἄλογον ſeu Brutũ qvod ratione & intellectu caret, aliud
    - χερσαῖον ζῶον extra aqvam degit. Terreſtrium omne genus qvod vivit vel in
      - Aëre, ut Volatilia, Volucria, Aerivaga πτηνὰ vel πτητικὰ καὶ ἀερόπορα Plat. qvæ alis & plumis volant binisq; pedibus gradiuntur, Fliegende Thier/ geflügel.
      - Terra ut χερσαῖα, Terreſtria qvæ vel
        - qvaternis pedibus incedunt, ut πορευτικὰ, πεζὰ, τετράποδες, Terreſtria, Qvadrupeda, Vierfüſſige Thier.
        - Pedibus carent, ut ἑρπυστικὰ, ἑρπετὰ, Reptilia, Serpentes, Lumbrici, Kriechend Thier.
    - νηκτὸν ζῶον, Aqvaticum, qvod in aqvis immoratur, ut Aqvatilia, Natatilia, νευστικὰ Schwimmende Thier/ qvæ in aqva degunt victumq; ex humore petunt, nec ſine humore vivere poſſunt, veluti piſces.
- Imperfectum, Ἔντομον, Ἄναιμον, Exangve, Sangvinis expers, ut inſecta qvæ ſangvine carent, & Corpus inciſuris diſtinctum habent. Apis, Hirudo, Eruca.

Digitized by Google

Animalium partes.

Pars eſt corpus naturale conſiſtens toti cohærens &ejusdem uſui conferens, μέρος. Ein Theil.

Membrum μέλος, κῶλον, Ein Gliedmas/ Caro artus tegens.

Artus Αρθρον, μέλη, compages & nodi corporum. Qvædam ſunt veluti vincula Membrorum qvibus arctantur & colligantur, Glieder / Gliedmaſſen.

Articulus Αρθρίδιον. Gelenck/ Gleichlin / junctura & nodus Membri.

Corpus σῶμα, δέμας, qvaſi vinculum Animæ, qvo alligatur corpori, Ein Leib.

Corpuſculum σωμάτιον, *id eſt*, parvum Corpus, Ein Leiblin.

Corpus mortuum, Cadaver, Caſſum animâ Corpus, νεκρός. Ein Leich / Todter Cörper/ Aas.

Anima ψυχὴ die Seele. eſt forma vivificans.

Anima alia eſt Stirpium, qvæ vitam vegetalem largitur.

Beſtiarum, qvæ cum vegetatione ſenſum & motum tribuit. Hominis, qvæ vegetalem, ſenſualem & intellectualem vitam largitur: hæc ſeparata á Corpore per ſe ſubſiſtit & immortalis eſt: Ila Stirpium & Brutorum perinde ac forma domus aut feneſtræ perit ædium ruina.

Partes Animalium aliæ ſunt *Communes*.

Omnibus, ut Cor, Caput, Venter, Os, Oculus, Inteſtinum.

Pluribus diverſi generis, ut Pedes Qvadrupedibus, Avibus, Homini.

Propriæ ſeu peculiares uni tantúm Animalium.

Generi, ut pennæ Avibus, ſqvamæ Piſcibus.

Speciei, ut Lana Ovibus.

Partium item aliæ ſunt Similáres, ὁμοιομερῆ μόρια, quæ ſibi undiqvaq; ſimiles ſunt; aliæ Inſtrumentariæ, Officiales, μόρια ὀργανικὰ & ἀνομοιομερῆ, qvæ ex Similaribus conſtant.

Animalium partes Similares.

Cuticula Επιδερμὶς, δερμάτιον. Ein Häutle/ Fälle/ pars ſimilaris tenuiſſima Ce-

parum exteriori involucro ſimilima.

Cutis χρὼς, δέρμα, Pellis, Corium, Haut / Fähl / Leder / corpus eſt nervoſum, totam Corporis ſuperficiem exornans atq; protegens, idq; decoris gratia; etiam ut offenſam & noxam omnem prohibeat. Contextus perpetuus in omnibus Animalibus, nec alibi interpellatur, qvàm ubi naturales meatus, ut in ore & excrementorum exitibus & ungvibus.

Cutis craſſior Brutorum; tenuiſſima Hominis.

Cutis meatus, Meatus cuticulares *Plin.* Pori, Foramina inviſibilia Cutis *Celſ.* πόροι, die Schweißlöchlin.

Membrana, ὑμὴν ein zart Häutlin / pars Cuti prætenui ſpiſſæq; ſimilis in ſangvineis Animalibus, Cute ſiccior.

Membranula ὑμένιον Ein Fällichen.

Tegumentum, Animalium: vel *Molle*: & læve ut Cutis Hominis.

Villoſum, Corium Qvadrupedibus.

Durum continuum.

Corticeum, Oviparis pedeſtribus ut Teſtudini.

Cruſtaceum, Cruſtatis, Cancris, Locuſtis, Aſtacis;

Teſtaceum ſiliceum, Oſtreis.

Durum non continuum.

pennatum, Avibus.

ſqvamoſum, Piſcibus.

aculeoſum Hyſtrici, Erinaceo.

Pilus, θρὶξ, craſſior & procerior lana. Gignitur ex vaporibus fuliginoſis ex Cute prodeuntibus, jam lori formam adeptis. Haar.

Pilos habent Pedeſtria, qvi differunt:

ſubſtantia, dum alii duri, molles, mediocres.

Colore, dum qvidam albi, nigri, ruffi, flavi, medii.

copia, dum pauci vel multi.

magnitudine, dum longi, breves vel criſpi

Pili deſunt Avibus, Piſcibus, putamine Intectis.

Caro, σὰρξ, κρέας, Fleiſch / Caro qvaſi carens vita, eſt veluti molle fulcimentum & pingviuſculum oſſibus impoſitum, ornandi pariter & velandi cauſa. Aboletur & in venas ac fibras tranſit, qvoties extenuatur Animal & gracileſcit. Vertitur in

pingve

Digitized by Google

pingve, qvoties pabuli copia ſuppetit.

Caro triplex. 1. ſincera ſeu proprié abſq; fibris, nunqvam per ſe, ſed Muſculi pars.

2. Muſculoſa.

3. Viſcerum παρέγχυμα, qvalis ſubſtantia Cordis, Jecinoris, Lienis, Renum.

Caruncula σάρκιον, σαρκίδιον, κρεάδιον Ein ſtück im Fleiſch.

Muſculus, μῦς, Die Maus pars ex ſimplici carne & villis nervoſis contexta. Media præcipué Muſculi pars eſt caro, extrema deſinit in tendinem.

Glandula, Αδὴν, Ein Drüſe/ Αδὴν ἐστι συστροφὴ σαρκώδης, Carni proxima naturà, veluti conglomerata Caro, ſed exangvis.

Glandulæ triplices ſunt.

1. denſæ, ſicciores, vaſorum, venarum ſcil. & arteriarum fulcimentum, neq; ſenſum neq; motum habent, neq; nervum ullum.

2. rariores, cavernoſæ, fiſtuloſæve ac madidæ, ſpongiæ in modum, humore imbutæ. ut ſalivares, Teſtes, in Mammillis &c.

3. utriusq; generis admodum exiguæ, ut vulgus ipſum lateant, veluti in Meſenterio.

Pingvedo, Adeps, Axungia generaliter ſumitur, pro cujuscunq; Animalis oleoſa & pingvi ſubſtantia, ſive dura & concreta, ſive liqvida & fluida fuerit.

Adeps, πιμελὴ, κνίσσα, Arvina, Schmer/ Schmaltz/ Feiſte. pingvedo ſubcutanea, ſeu oleoſa & pingvis ſubſtantia, Sebo liqvidior, qvæ ad ignem facilé liqveſcens difficilé rurſus denſatur, oleo longa vetuſtate incraſſato ſimilis. Gignitur ex ſanguinis parte magis aëria pingviq; & fluxili, per tenues venas effuſa circa Animalis membranoſas ac nervoſas partes, ubi cogitur & concreſcit. Reperitur in Animalibus humidioribus utrinq; dentatis, non Cornigeris & multifidis, ut in Homine, Leone, Urſo, Porco, Cane, Gallina, Aqvila, Anſere.

Sebum, Sepum στέαρ, Adeps ſolidior, Unſchlitt/ Un-

gel/Tolch. Craſſius & durius.

Adipe: fragile eſt nec ad ignem tam facilé liqveſcit & funditur, fuſusq; ac liqvefactus celerrimé coit ac conglaciatur. Sebum habent Animalia terreſtria & ſicca non utrinq; dentata, Cornigera, ut Boves, Cervi, Hirci, Oves.

Axungia, ὀξύγγιον, Schmaltz / Fiſchtron / Adeps fluidior, Liqvamen: Pingvedo eſt media inter oleum & adipem craſſioris conſiſtentiæ. Raró & difficilé poſt liqvationem concreſcit, veluti Piſcium, Angvillæ, Teſtudinis, Lutræ.

Medulla μυελός Dioſc. ἐντεριώνη, das Marck in Beinen / alimentum eſt ſangvineum, qvod in oſſa ſpinamq; diſtribuitur, concoqvitur & in ipſorum naturam tranſit. Omnis medulla mollit, calefacit, rarefacit, ulcera replet. Colligitur æſtatis exitu, appetente Autumno & hyeme, in uſum Medicum.

Vena φλέψ, ἐπανθισμός, Blutt Ader / ſangvinis canalis. Non æqvé in omnibus patet venarum ſeries.

Arteria, Ἀρτηρία, Ἀόρτη vena pulſatilis, ſangvinem continens arterioſum, Pulsader / Schlagader.

Fibra, villus, ἴς, Zäderlin / Zäſerlin der Ader / Mediæ inter nervum & venam naturæ.

Tendo, τένων, Ἀπονεύρωσις μυῶν Gal. Ein Sehne / Seine / Span Ader / naturæ miſtæ, mediæ inter Ligamentum & Nervum. In hos Muſculi deſinunt.

Ligamentum, Συνδεσμός, qvo ligantur oſſa, Corpus nervoſum, album, exangve, ſolidum ſine ſenſu, concavitatis expers, ex oſſe ortum habens, Os oſſi aut Muſculum oſſi conjungit & tanqvam vinculum continet. Haarwachs.

Cartilago χόνδρος Kroſpel / Knorpel / ejuſdem feré cum Oſſe naturæ, ex oſſe ligamentoq; conſtans; verúm ligamento durior, oſſe mollior. Inſeritur articulis veluti pulvinar, ne attritu mutuo lædantur oſſa.

Cartilago: Terreſtrium nullo foramine hiſcit, nec Oſſium more medullâ continet.

Aqvatilium, Cartilagineis oſſibus

oſſibus proportionatur, humorem in medullæ ſpeciem continens.

Greſſilium Nares, Aures, Extrema, cartilagine conſtant.

Os, ὀστοῦν, Bein / omnium partium duriſſimum maximeq; terreſtre, naturâ ſicciſſimum. Oſſa habent ſangvine prædita omnia, qvæ ad proportionem tantummodó, duritie, mollitie, magnitudine, figura aut multitudine diſcrepant.

Pauló differunt Avium oſſa.

Proportione eadem ſunt piſcium, aut aliqvod obtinent qvod vice fungitur oſſium, ſpinám aut cartilaginem.

Oſſa: *grandia*, ampliter concava & medulloſa, Hominis.

Minora, ſolida ac ſine Medulla feré, Leonis.

Denſa & dura, Robuſtioribus Qvadrupedibus, Camelo Pantheræ, Lupo, Eqvo: Avibus, Aqvilæ, Accipitri, Corvo.

Laxa, cava & levia, Imbecillioribus Animalibus, Homini, Ovi, Capræ.

Nervus. Νεῦρον Ein Bewegader Nerve/Flachſe/Tóον/ pars eſt longa, alba, poroſa, per qvam ſenſus & motus á Cerebro in univerſas Animalis partes diffunditur.

Nervi ſunt omnibus Sangvineis: prætenues incerti, Piſcibus juxta ſpinam.

Sangvis, αἷμα, Anima Blut vitæ theſaurus.

tenuior, craſſior, Bubulûs ſincerior, turbulentior, frigidior, calidior.

Multa de Sangvinis Animalium viribus, á Scriptoribus prodita ſunt, quæ facto periculo fabuloſa potius & vana reperiuntur qvám vera. Galenus.

Cruor, ſangvis ater á vulnere manans, gerunnen Blut.

Sanies ἰχῶρ inconcoctus ſangvis; etiam qvod in Exangvibus vicem ſangvinis præſtat.

Pituita, φλέγμα, ſangvis crudus imperfecté coctus, Feuchtigkeit/wäßrig/roh Geblütte.

Bilis flava χολὴ ξανθή, Galle/Cholera. Humor amariſſimus folliculo qvodam Hepati adnato incluſus.

Pauca Animalia felle carent, Aſinus, Cervus.

Pleraq; habent, idqve humidius

midius ac maximé imbecillium, Majora Animalia, Qvadrupeda, Piſces, Olor.

Subtilius minora, Lynx.

Acrius & ſiccius, Aves rapaces, Aqvila, Accipiter.

Omnis fellis vis eſt acris & excalefaciens, intenſis tamen & remiſſis viribus.

Bilis atra, μελαγχολία, χολὴ μέλαινα, ſangvis craſſior ſeu fæculentus, Schwartz Blut/ Melancholey.

Succus, χυμὸς, χυλὸς, Humor in corpore valente abundans, Safft / qvalis eſt Chylus in ventriculo, & Chymus in Hepate.

Genitura, γένος, γονὴ, σπέρμα, θορὸς, Natürlicher Samen/ Semen naturalē, ſemen genitale.

Excrementum, περίττωμα, Wüſt/ unflat/ uberſlüſſiger unraht.

Saliva, σίελον, πτύσμα, σίαλον, Sputum, Geiffer/ Speichel/ Oris excrementum.

Spuma, Αφρὸς, Schaum/ ſordities qvædam ebulliens in ſaliva, in ſangvine, &c.

Sudor, ἱδρὼς, Schweis/ Excrementum aqveum per cutem exudans.

Muccus, Mucus, μύξα, λέμβος, βλέννα, Narium humiditas & craſſior pituita, Rotz.

Lotium, Urina οὖρον, Harn/ Brunß/ tertiæ concoctionis excrementum ſeroſum.

Alvi excrementum, Alvus, Stercus, Merda, κόπρος, σκύβαλον, Αφόδιον γάστρος, Dreck/ Kott/ Miſt/ Unflat.

Animalium Partes Diſſimilares.

Caput κεφαλὴ, κάρα, σφαῖρα, Das Häubt / der Kopff/ ſuperior in Animalis corpore pars, qvæ Cerebrum continet, & in qvo ſenſus omnes demto tactu, (qvi in toto Corpore æqvabiliter fuſus eſt) interpretes & nuncii rerum, tanqvam in arce mirificé ad uſus neceſſarios collocati ſunt, á qvo etiam motus in univerſum Corpus, veluti á fonte derivatur.

Capitulum,

Capitulum, κεφάλιον Ein Köpfflin.

Vertex capitis, κορυφὴ μεσόκρανον Orph. Der Wirbel auffm Haupte / Calvæ medium diſcrimen & æqvamentum Capillorum.

Sinciput, βρέγμα, βρεγμὸς pars prior, das vörderthteil.

Occiput, Occipitium, ἰνίον, pars poſterior das hinderthteil.

Calvaria, Calva, κρανίον q. κράνος id eſt, galea, qvód Cerebrum integat, Hirnſchale / Perficitur continuo oſſe, Cani compacto ex pluribus, Homini & reliqvis Animalibus.

Commiſſuræ Cranii, ῥαφαὶ, συμβολαὶ, γραμμαὶ. Suturæ die Fugen der Hirnſchale.

Pericranion, περικράνιον, Cutis Calvariam integens & capillos generans, die Haut der Hirnſchale.

Corona, στεφάνη, περίδρομος, extremus Capillorum ambitus Haarkrantz.

Facies, πρόσωπον, das Angeſicht / das Antlitz / pars in Homine tantúm, qvæ in priore parte Calvæ ſubjacet. Qvia Homo unus Animalium erectus eſt, ſolus proſpicit antè verſus, vocemq; antè verſus mittit.

προτομὴ In piſce & Bove.

ῥόμφος Roſtrum, ῥύγχος. der Schnabel.

Frons μέτωπον ἢ ἴον, μεσόφρυον die Stirne / pars faciei ſub ſyncipite poſita, inter idipſum & oculos exiſtens.

Tempora, κρόταφοι, κόρσαι. ab utraq; frontis parte ſita, die Schläffe / pars inter utrumlibet Oculum, Aurem & Verticem.

Oculus, Ὀφθαλμὸς, ὄμμα Ocellus Ein Auge.

Sinus, Oculi pelvis, Oculi cavum, κόγχος Poll. πυελὶς Ruff. das hole der Augen / Concavæ altitudines, qvibus Oculi continentur, qvæ Palpebras circumdant.

Supercilium, ὀφρὺς, ὀφρύων, γεῖσα, τύλοι, Augbrauen / Ductus Pilorum ſupra Palpebras Ober Augbrauen.

Intercilium, μεσόφρυον Ruff. Intermedium inter ſupercilia ſpacium, unde Naſus incipit, eſtq; depile.

Capita

Capita Superciliorum, ὀφρύων κεφαλαὶ, Partes Superciliorũ, qvæ Naribus proximæ ſunt.

Οὖραι Caudæ qvæ ad Tempora accedunt.

Τύλοι. Pili Superciliorum.

Palpebra, Gena, *Plin.* βλέφαρον, σκύτιον, κάλυμμα, pars ſuperius inferiusq; tegens, Viſus tunica operculúmve, Augendeckel / Augenlied.

Palpebra carent Piſces, Inſecta, Cruſtacea.

Palpebrarum crepido, Ελυτρόν, Εντρύχωμα, Ορχος, Extremus Palpebrarum ambitus, unde Cilia excreſcunt.

Cilium βλεφαρίδες, τάρσοι, *Ruff.* pili, qvi extremo Palpebrarum ambitui adhærent, Augbrauen Haar.

Cilia obtinent omnia qvæ pilos habent. His carent Piſces, Inſecta & Cruſtacea.

Pupilla, Κόρη, Augapffel / Augſtern / pars oculi media, ſeu humor qvo videmus.

Pupilla rotunda in Homine; oblongiuſcula veluti rima in Brutis.

Oculi nigrum, Oculi Iris, τὸ μέλαν καὶ ἶρις, Oculi circulus Pupillam ambiens, Das ſchwartze im Auge.

Unicolor omnibus Animalibus in ſua cujusq; ſpecie.

Atrum Boum.

Cœſium, γλαυκόν,

Fulvum χαροπόν, Aqvilæ, Lynci, Leoni.

Caprinum Αἰγωπὸν, Caprino generi.

Aqvinum ὕδαρον, aqveum Ovibus.

Ruffum, aureum ſeu croceum Buboni, Oto.

Verſicolor, πολυχρόον, Homini, Eqvo.

Oculi candidum.

τὸ λευκὸν, σφενδόνη, album qvod poſtremo nigrum circundat, Das weiſſe im Auge / Simile ferè in omnibus.

πασσαὶ partes Pupillæ proximæ.

Αλως, Circulus qvi candido proximus eſt.

περίμνον, ultima pars candidi totius.

Ηών totus Oculorum ambitus.

Anguli Oculorum.

Radices Oculorum, Εγκανθίδες, Augen ecken.

Κάνθος Oculi angulus, pars communis ſuperioris, inferiorisq;

feriorisq; Palpebræ, Augenwinckel/ qvi duplex utriusq; Oculi.

πηγαὶ, anguli Oculorum juxta nares, Augenwinckel gegen der Naſen.

παρωπίαι, anguli qvi tempora ſpectant.

Oculi grandiores, Homini, Lynci, Aqvilæ.
mediocres,
parvi,
prominentes, Muri Corylino.
conditi.

Auris, Οὖς, Ακοὴ, Poll. Ακουσμα, Das Ohr/ pars Capitis qvâ audimus.

Auricula exterior, Omnis Cartilago Aurem ambiens.

Auricula, πτερύγωμα, qvaſi Ala ſeu pinna, πτερύγιον, Auris Celſ. Ohrleplin/Conſtat ſolùm Cartilagine & cute. Cartilaginea pars Auriculæ latior.

Auricula infima, Anſa Auriculæ, λόβος, Kroſpel am Ohr. Auriculas habent parvas ſeu perexiguas :
immobiles Homo.
mobiles Bruta.

Majores, Aſinus, Cervus, Lepus.

Auriculis carent Aves, Piſces. Qvæ penna, cortice aut ſqvama teguntur, iis patet meatus auditorius.

Capreolus, ἕλιξ, Ruff. κοχλία. Poll. exterior Auriculæ ambitus, Der Ohrenrand.

Scapha, Ανθέλιξ, σκάφος, Poll. pars interior, anfractus cochleæ ſimilis, deſinit in os qvod Auriculam planè imitatur.

Concha, κόγχη, κόγχιον, cavum Auriculæ.

Auris meatus, πόρος ἀκυστικός, Ακοή. Ruff. rotundum qvod in medio eſt foramen, Die höle des Ohres.

Teſtudo, Καμάρα, concamerata Auriculæ pars, ubi foramen Auris patet.

Naſus, ῥὶς, μυκτὴρ, Die Naſe / pars faciei inter Oculos, olfactûs organum.

Naſum: habent ſpirantia, explanatiorem Homines; minus Bruta,

Non habent qvæ non ſpirant, ut Piſces.

Nares, μυκτῆρες, μυξωτῆρες, Ruff ῥωθῶνες, μύξαι, Sophocl. partes concavæ utrinq;

poſitæ, qvæ meatum præbent ſpiritui, Naſi foramina ſeu feneſtræ Naſenhöler/ Naſelöcher.

Foramina ante os habent, ſed non explanata Aves, Serpentes, Ovipara.

Interfinium, κίων, ἰσθμιον, διάφραγμα, Interſeptum, Interſepimentum vel diſcrimen Narium, Imbrex Narium Arnob. Naſi pars cartilaginea qvæ Nares vel meatus ipſos diſcriminat, Mittelwende der Naſen.

Naſi orbiculus, Pirula Iſid. Orbiculus protuberans, cui ſubſunt Nares, ſeu tota Naſi ſummitas, σφαιρίον Ruff. das runde Zäpflin der Naſe.

Alæ, Pinnulæ, πτερύγια, ὑπλῶαι, externæ Narium partes ſeu pulpa utrinq; orbiculum Naſi ſepiens.

Vibriſſæ, Narium pili das Haar in der Naſe.

Malæ, μῆλα, Genæ, partes ſunt, qvæ ſub cavis inter Naſum & Aures veluti margines leviter eminent, Oculosq; ab inferiore parte tutantur. Wange/Backen.

Buccæ, παρειαὶ, γνάθοι ſub genis laxiores partes, qvæ iratis aut ſpiritu à pulmone revocato compreſſis ad hoc labiis inflantur, hilaritatem riſumq; indicantes Holbacken.

Lacuna, φίλτρον, Cavum in Labro ſuperiore ſub Naribus Grüblin unter der Naſen.

Labrum, Labium, χεῖλος, ἕρκος ὀδόντων, Hom. χελώνη. Leffze/ Lippe. Caro permobilis, mollis, Naribus ſubjacens.

Labrum ſupereus. Oberleffzen/inferius, unterleffzen.

Maxilla, Mandibula. γαμφύλη, σιαγών, γένυς, Kinnbacken.

Mandibula ſuperior, qvæ ſoli Crocodylo & pſittaco mobilis: Inferior, qvam movent omnia Animalia: ſurſum, deorſum, in latera, Homo, Qvadrupede: ſurſum deorſum tantúm Piſces, Aves, Qvadrupeda Ovipara.

Os, ςόμα, λογεῖον der Mund/das Maul/pars omnibus Animalibus maximé communis, qvâ cibus intró demittitur, qvo ipſa augeantur ac ſuſtineantur: ſeu fiſſura intra Labra & Maxillas, qvâ cibus recipitur.

Os compreſſum, reſciſſum,

amplum

amplum. Rictu Oris amplo ſunt omnia Carnivora Animalia, Leo, Lupus animal, Lupus piſcis, Rana piſcatrix, Silurus.

Palatum, ὑπερῴα, οὐρανίσκος. Gal. der Gaumen.

Fauces, Guttur. Plin. der Rache/ φάρυγξ, φαρύγγετρον, ἰσθμός, pars illa Oris univerſa, qvæ Gulæ prætenditur, cibum & ſpiritum capiens.

φάρυγξ etiam dicitur Gulæ ſumma pars atq; initium, ſicuti poſtrema Stomachus, der Schlund.

Lingva γλῶττα, πλῆκτρον γεύσεως, Nonn. pars ſentiens ſaporem, die Zunge.

Lingva: abſoluta, molliſſima, lata Homini.

dura, craſſa. Qvadrupedibus viviparis.

longa & bifida Lacertis.

triſulca & tenuiſſ. vibrans & prælonga Serpentibus.

imbricatæ aſperitatis ac limæ ſimilis Lynci, Leoni, Pardis.

oſſea: ſpinoſa Piſcibus qvibusdam: ut Trutis, Salmoni.

tota Certhiæ.

apice extremo Picorum generi, Jyngi.

Imperfecta,

Tota adhærens palato Teſtudini.

Progloſſis, pars prior qvæ acuta eſt.

Hypogloſſis ὑπογλωσσίς, Caro qvâ attingit inferiorem Maxillam.

Tonſillæ, παρίσθμια Gal. Αντιάδες ϖόγγοι Hipp. Amygdala Chir. Glandulæ, qvarum in intimo ore qvatuor conſpiciuntur: binæ ad Lingvæ radicem ſingulæ, utrinq; conſpicuæ, & binæ peculiares, qvæ μῆλα Polluc.

Columella, κίων, γαργαρεών das Zäpfflin/ particula carnea oris penitiore parte hærens σαφυλοφόρον, Uvula.

Gingivæ, οὖλα, Zahnfleiſch / Carnes qvæ Dentes continent. Internæ, ἔνουλα: externæ, οὖλα: qvæ inter Dentes continentur, ἀρμοί.

Dentes, ὀδόντες, τομεῖς Zähne qvorum uſus primarius ut cibum conficiant, ſecundarius, ut voci articulatæ inſerviant, invadant, defendant, retineant.

φραγμὸς, totus Dentium ordo, Dentium acies. die reihe oder ordnung der Zähne.

Præſepia, φάτνια, φάτναι oſſa qvæ dentes continent.

Cavernæ, ἑδράια, ὁλμίσκοι Poll. Mortariola Loculamenta, qvibus ſinguli dentes ſunt infixi, Zahnhöler/ Zahnlöcher.

Dentes exerti, χαυλιόδοντες, Schifferzähne/Hauzähne/ qvales Verri, Apro, Elephanto.

Dentes acuti, pectinatim ſe ſtipant, ſerrati καρχαρόδοντες, qvales Piſcibus feré, Serpentibus, Canibus.

Dentes continui, continuati, Bobus, Capris, Eqvo.

Dentes: plures ſunt Maribus.
pauciores feminis.
mutantur primores, Homini, Leoni, Cani, Ruminantibus.
non mutantur, ſed perpetuó manent Maxillares.

Mentum, Ἀνθερεὼν, γένειον, das Kinn.

Collum, τράχηλος, der Hals/ pars Corporis qvæ Capiti vicina inter caput, Humeros & Thoracem ſita ſeu interjacens,

Jugulum, λαιμακία, Ἀντικάρδιον Ruff. der Vnterhals/ A Collo communis Colli & pectoris pars ſeu cavitas prope thymum. Σφαγὴ á σφάττω, qvód mactaturi pecudes, illum locum incidant, cúm diſſecta in ramos ibi Vena cava lædatur; hoc modo & Mors præſentiſſima adferatur.

Cervix, Αὐχὼν, δειρή, ἰνίον, Ruff. das Genücke/ poſterior Colli pars.

Collum habent, qvibus gula & arteria, vivipara & Ovipara qvædam.

Perfectum, breve Homo, & quibus Crura brevia.
Longum Avibus, qvibus Crura longa, Struthioni Gruibus, Palmipedibus nonnullis, Olori, Anſeri.
flexibile, vertebris compactum Homini,
rigens oſſe perpetuo Lupo, Leoni.

Imperfectum, Collo proportionale, Serpentum.

Collo

Digitized by Google

Collo privantur Piſces, qvibus *non manifeſta* gula.

Guttur, Aſpera Arteria, *C*anna Pulmonis, Ἀρτηρία τραχεῖα, die Gurgel/das Lufftrohr. Colli pars anterior cartilaginea vocem & halitum transmittens.

Circuli, Cannæ Pulmonis, κρότωνες. *Hipp.* σήραγγες, Bronchia.

Larynx, φάρυγξ, βρόγχου κεφαλή, Arteriæ aſperæ pars ſumma, vocis inſtrumentum primum ac præcipuum, appareтq; in Collo tangenti durum.

Laryngis operculum, ἐπιγλωττίς, Sublingvium *Iſid.* Ligula *Lingva* minor *Plin.* Anhelitûs *Lingula* Adamszäpfflin.

Gula, οἰσοφάγος, λαιμὸς στόμαχος, der Schlund / die Kåle / Canalis per qvem cibus & potus in ventriculum deſcendit.

Thorax, θώραξ, ὅλμος, Truncus der Rumpff/ tota ea pars Corporis qvæ á collo ad Crura usq; ſeu pudenda trunca.

Pectus, στῆθος, στήνιον die Bruſt/qvod ſub juguli clavicula eſt, prior Thoracis ſitus.

Pectuſculum, στέρνον, στηθύνιον, Media Pectoris pars, qvó concurrunt Coſtæ, á ſummo ad Cartilaginem usq; illam enſiformem.

Cartilago enſiformis, Os enſiforme, ξιφοειδές, das Hertzeblat.

Coſtæ, πλευραί, ſpiritualium partium munimentum, die Rippen / Laterum oſſa.

Mamma, Mammilla, Vber, μαστὸς μαζὸς, τιτθὸς, κόλπος, Sinus, Sumen á ſugendo, Rumen veteribus, Bruſt/dutten/ Lactis receptaculum.

Papilla, θηλή, Bruſtwertzlin oder Zäpfflin / Striechen in vaccis, Capitulum Mammarum, per qvod Lac transmiſſum eldicitur.

Mammas obtinent Vivipara, qvæ protinus animal vivum pariunt: *in Pectore.*

Pectoris parte priore binas binis papillis Homines.

Sub armis duas Elephanti.

Inter, fœmina.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Binas papillis binis, Oves, Capræ.

Binas papillis qvatuor, Vaccæ, Cervi.

In ventre.

Plures, qvæ multos edunt fœtus, Sues, Canes.

Duas, qvæ pauciores. Leæna, Panthera, Camelus cum papillis qvatuor.

Mammis carent Ovipara omnia & Vivipara, qvæ prius ova pariunt.

Præcordia, προκάρδιον, qvod ſub Mammillis eſt. Dicitur & carneum illud, qvod ſub pectore eſt carneum molleq; ad Os ventris, qvæ qvidem pars σφαγὴ & Αντικάρδιον dicitur, die Hertzgrube.

Viſcera, σπλάγχνα, ἔγκατα, extra, Interanea, das Jngeweide. Viſceribus omnibus natura carnea, ſed ſibi conſimilis, παρέγχυμα *Eraſiſtrat.* πρόχευμα, veluti profuſio. Viſcera nulla habent Exſangvia.

Vitalia, Ευτοσκηδίδια πνεύματα, *Diod.* Vitæ inſtrumenta, Organa vitæ inſervientia, ut Cerebrum, Pulmo, Jecur, Cor.

Cor; Κῆρ, καρδία, das Hertze/ in pectore ſitum medio, opertum involucro pingvi & corpulento, qvo Venæ majori annectitur & Arteriæ, qvæ Aorta. Externum ejus πυθμὴν turbinatur in mucronem carnoſum & firmiſſ. Κεφαλὴ καρδίας, amplior Cordis pars, qva membranæ connectitur.

Cordis Ventriculi duo, inter qvos medium qvaſi qvoddam ſeptum. κοιλίαι, Cavernæ. Aliqvando tres in majoribus Animalibus viſuntur. Qvæ Animalia Pulmonibus carent, ea nullos ſinus habent.

Auriculæ Cordis binæ, ὦτα, concavæ Ventriculis adhærent utrinq; Cordi, ſicuti Aures Capiti, ſubſtantiæ cutaneæ.

Oſſi qviddam ſimile omnibus ineſt. In minutis ad cartalaginis duritiem propè accedit : in majuſculis perfecta cartilago eſt : in grandioribus cartilago oſſea : in maximis os cartilagineum.

Cor mucrone turbinato in prioré partem tendit : contrá in Piſcibus, Homini infra lævam papillam mucrone in priora eminet; Animalibꝰ reliqvis medio pectore ſituatur.

Pulmo,

Pulmo, πνευμών, πλευμών, die Lung / ſpirandi officina, attrahens ac reddens animam; idcirco ſpongioſus ac fiſtulis inanibus cavus. Bifidus omnibus, at non æqvalis ubivis diſtinctio. Venæ majori atq; Aortæ connectitur.

Pulmonem obtinent, qvæ ſpirant, Pedeſtria ſangvinea, Aqvatilia nonnulla, ut Balænæ. Hoc carent, qvæ branchias habent, ut Piſces.

Pulmo alüs ſangvine tinctus adundantiore Dia, ut Qvadrupedibus viviparis, qvæ neceſſarió per inter valla continua reſpirant.

alüs minus ſangvineus eſt, ut Oviparis qvadrupedibus, (& ex Viviparis, Lutræ & Phocæ) Serpentibus & Avibus.

Diaphragma, ὑπόζωμα, *Ariſt.* διάφραγμα, Septum transverſum. *Celſ.* Diſſeptum, Præcordia *Nonn.* das Zwerchfehl/die Leiſte/die Krahe *Lanionibus*. Tunica eſt muſculoſa Thoraci prætenſa, Pulmonem & Cor á Ventre diſterminans.

Jecur, ἧπαρ, die Leber/ ſangvinis officina ſub Septo, á dextro latere poſitum. Pars convexa ſeu gibba, κύρτη ad Diaghragma ſeu Peritonæum eſt: Cava σιμὴ inferné Ventriculum tangit.

Iecinoris fibræ, λόβοι ἥπατος, Zipffel/ende der Leber.

Jecur: *aliud* ſangvineo colore exhilarat, ut Avium qvarundam.

Pallidiuſculum eſt Qvadrupedibus Oviparis & Piſcibus nonnullis, ut Teſtudini.

adipeum, Cartilagineis aqvaticis nonnullis, ut Muſtelæ fluviatili.

Item: aliud

Continuum ut Hominis.

ſimplicius non fiſſum, ut Piſcium, Qvadrupedum, Oviparorum.

multiplex: diviſum in pinnas duas, tres, qvatuor, ſex, ſeptem, novem, ut Lupi, ſed ab una origine contentum.

duplicatum videtur eſſe, nec eadem origine continetur, ut Galei, Criceti.

Vehicula

Digitized by Google

Vehicula Fellis, κύστις χολιδόχος, receptaculum fellis, Gallenbäſglin/Gallenbläſslin.

Hac deſtituuntur, Qvadrupeda qvædam Vivipara.

Aves qvædam

Cetacea, Delphinus.

Plures habent, & qvidem major pars, idq; vel

annexum Hepati, ſeu ſub fibris Iecinoris deliteſcit, in Homine, qvadrupedibus, Avibus.

Inteſtinis adhæret Avibus qvibusdã, Piſcibus nonnullis.

utrisq; & Hepati & Inteſtino jungitur.

Lien, σπλήν, der Milß/ lævo latere ſitus qvaſi Iecur adulteratum. Differt.

qvantitate

Magnus, perfectus, Sangvineis Viviparis.

Minimus, imperfectus, adeo exiguus, ut ſenſum pene effugiat, Avibus, Oviparis.

Colore.

Niger, fortioribus & calidis Animalib9, ut Leoni, Cani.

Magis candicans humidioribus & frigidioribus.

Sangvinei coloris, Piſcibus nonnullis, qvibus Hepar pallet.

Lividus, ſub cæruleus in Homine, Porcis.

Ventriculus, Κοιλία, γαστήρ, pars in qvam cibus devoratur, der Magen. : Septo tranſverſo ſubeſt. Os ſub media Cartilagine Xiphoide, reliqva pars ſita ſub Septo. Fundus amplior, pars ſuperior qvæ ad gulam arctior eſt. In aliis ferè Animalibus in anteriora ad hypochondrium tendit. Oſtium inferius πυλωρός, qvo Cibo exitus patet, ad dexteram prope Iecur ſitum in Inteſtinum deſinit.

Simplex eſt Viviparis & utraq; Maxilla dentatis, isq; vel

Oblongus, Homini, Sui, Cani.

ſphæricus magis Qvadrupedibus, & Avibus nonn. & vel

Membraneus, Qvadrupedibus, Avibus rapacibus.

Calloſus Avibus pulv. ut Gallinis, Anſeri, Turdis.

Multiplex.

Duplex Criceto

Qvadruplex, Qvadrupedibus Cornigeris, Ruminantibus altera Maxilla dentatis.

cum appendiculis, ut Piſcibus qvibusdam, iisq; pluribus vel paucioribus.

Inteſtina

Digitized by Google

Inteſtima, ἔντερα, ἐγκοίλια Das Gedärm / Ingeweide/ Chordæ *Barb.* Inteſtina flexuoſis orbibus convoluta, in omnibus Animalibus eadem qvatenus Inteſtina ſunt: Magnitudine, craſſitudine, replicamentis & anfractuum (qvas ἕλικας dicunt) numero diſtingvuntur.

Inteſtinum: *Majus* Ruminantibus. *Minus, ſimplex* ſimile ſibi omnibus ſuis partibus, Piſcibus.

Diſſimile, & qvidem.

arctius parte ſuperiore, latius inferiore Majori Animalium parti.

laxius, qvá ventri jungitur, qvá deſinit arctius, ut Cani.

Anfractuoſum, in orbes convolutum, Homini.

δωδεκαδάκτυλον, ἔκφυσις, πύλωρος Der Magendarm/ Duodenum, primum Inteſtinum, principium Inteſtini, priusqvam in anfractus orbesq; convolvatur.

Jejunum νῆστις Leerdarm ſeqvitur flexuoſis orbibus convolutum, non ita tamen implicitum, qvia nunqvam qvod accipit continet, ſed protinus in inferiores partes tranſmittit.

Tenuius, tenue, λεπτὸν, ἔντερον καὶ ἁπλοῦν zartter/ſubtiler/geſchlancker Darm/ in ſinus vehementer implicatur. Orbes veró ejus in dexteriorem parte:n converſi, & é regione dexterioris coxæ finiti, ſuperiores tamen partes magis complent, dein cum craſſiore altero committitur.

Cœcum, τυφλὸν Blinderdarm/ á dextra parte incipiens in ſiniſtram magis pervium eſt, in dextram non, tumidum qviddam exiſtens. Hoc

Simplex, parvum in Homine vacuum: amplius in voracibus Animalibus, Suibus, Gliribus, Bobus.

Duplex, Animalibus rapacibus, Avibus qvibusdam, Anſeri, Olori Criceto.

Multiplex Piſcibus nonnullis.

Colon, κῶλον, Inteſtinum plenius, Alvus der groſſe darm laté fuſum ac ſinuatum; ab utraq; parte huc atq; illuc volutum, magis tamen ſiniſtras inferiorésqve partes tenens, contingit Jecur, Ventriculum, Renem ſiniſtrum.

D Rectum

Digitized by Google

Rectum, ἀπευθυσμένον, δακτύλιος, der Affterdarm, Maſtdarm/ breve corpulentumq; ad exitum excrementi rectá portendit.

σφίγκτηρ, muſculus Ani, qvi prohibet, ne effluant excrementa nobis invitis.

Pancreas, καλλίκρεας, Caro glandulosa & adipoſa Pyloro adjacens.

Meſenterium, μεσεραῖον, ἐπιχορδίς, Lactes das mitten der Jngeweide.

Omentum, Επίπλοον, Membrana præpingvis. Inteſtinis obtenta, das Netzlin O-ritur de medio ventre, ſtatimq; á ſepto tranſverſo dependet. Maximum Hominibus & Simiis. Eſt corpus ex duplici Peritonæi complexu compoſitum, in qvo venæ multæ ſparguntur. Hoc magnum, parvum, pingve, macilentum.

Alvus, Venter γαστὴρ der Bauch/ κοιλία, infra Pectus eſt totum, qvod á Sterno ad pudenda uſq; porrigitur, connumeratis Iliis.

Abdomen, Sumen, Aqvaliculus, Rumen á Mammis, ὑπογάστριον, ὑποκοίλιον der vnter Bauch pars qvæ ſub umbilico eſt uſq; ad pubem.

Ilia Feſt. ab ina, qvæ tenuiſſima chartæ pars eſt. qvód circa Ilia cutis ſit tenerior, Latera, Lumbi, die Seiten.

Genitale Αἰδοῖον, Pudendum, verendum, die Scham.

Penis, Coles, Veretrum, Mentula, Virga. Priapus, σάθη, καυλός, σκῆμα der Schwantz/ Cervici veſicæ annectitur, foramine uno fermé directo pervium.

Genitale Marium vel

Intus reconditum Delphino.

foras pendet: anté Homini: retró aliis.

Cartilaginoſum carnoſúmqve Homini.

Nervoſum Camelo, Cervo.

Oſſeum Lupo, Vulpi, Cani, Muſtelæ.

Teſtes, ὄρχεις, δίδυμοι die Hoden/ ſeminalis humoris receptacula, qvæ ex genitali Maribus pendent.

Abditi

Abditi ſunt, & vel lumbis adhærent circiter ſedem Renum infra Septum, Avibus & Qvadrupedib. Oviparis: vel in ultima alvi parte priore conduntur, Delphino, Elephanto.

Prominent penduli, & vel abſoluté pendent Homini, Eqvo: vel non abſoluté, ſed alvo adhærent, ut Apro.

παραςάται, meatus ſunt, qvibus defertur ſemen á teſtibus ad οὐρήθραν.

Veſica, κύςις die Waſſerblaſe/ ultimo Ventris loco ſub oſſibus latis, qvæ Ilium oſſa dicuntur, meatibus, qvi Ureteres dicuntur annexum, porrectis á Renibus ad Veſicam, pars nervoſa, tenuis, exangvis, collo carnoſo.

Veſicæ cervix, Collum Veſicæ, καυλός, τῆς κύςεως τράχηλος Blater-Hals.

Veſica carent Aves.

Uterus, Matrix, Loci, Vulva, μήτρα, δελφὺς, ὑςέρα καὶ γυναικεῖον, κόλπος, die Mutter/ die Bährmutter pars feminæ propria. Omnibus Animalibus intró reconditus Uterus, qvia injectum ſemen calore multo indiget, ut ſuſcitetur, concipiatur, formetur, foveatur.

Cervix Uteri, Oſtium τὸ ςόμα τῆς ὑςέρας, Muttermund.

Loci, Uterus in Homine, Vulva in reliqvis Animalibus. Pars interior, ſpacium internum.

Acetabula, κεραῖαι, πλεκτάναι, κοτυληδόνες, qvaſi cornicula & flagella cirrive. Ora ſeu meatus ſunt vaſorum ad uterum pertinentium, & in ſemen conceptum ſeſe diſpergentium, per qvos fœtui affertur nutrimentum, & ipſe Utero alligatur. In primis huc pertinet Vena umbilicalis, per qvam infans in Utero alitur.

Sinus uteri, κόλποι Praxag. duas habet ſinus Mulieris Uterus; multos qvæ plures ſimul fœtus generant, ut Sus.

Vulva: infrá longius á ſepto juxta genitale ſupra alvum poſita eſt, Mulieribus & Viviparis: vel lumbis adhæret, ut Piſcibus Oviparis.

Juxta ſeptum transverſum membrana conſtat & tenuis eſt, Avibus omnibus, Piſcibus Viviparis, Qvadrupedibus Oviparis,

anceps ratio, iis qvæ animal edunt in lucem cúm prius ova generarint, ut Cartilarginea, nam & lumbis adjungitur, ea pars vulvæ, qvâ ova continentur, & ſupra Inteſtina ejus oſtium eſt.

Amnium, Αμνιον, fœtûs involucrum tenue, qvod ejus veluti ſudores recipit.

Alanthoides, Αλαντοειδὴς, tunica media Amnio circumpoſita, á farciminis figura ſic dicta, urinæ receptaculum. Subtilior primâ, rugoſa & valdé ſinuoſa, ſimilis veſti ſinuoſæ. In Brutis tantúm reperitur.

Secunda, χωρίον, δευτέριον, membrana Alantoidem cingens. Prima & extrema tunica fœtûs. In qvibuſdam brutis firmiſſimé Matrici adhæreſcit, in Homine non item. In Canibus & aliis Brutis habet eminentias, qvæ ſunt acetabula.

Umbilicus, ὄμφαλος, der Nabel/ Concavum illud qvod in ventris medio eſt.

Dorſum, νῶτον, μετάφρενον, Tergum, der Rücken/ tota poſterior Corporis pars, á Collo uſq; ad Os ſacrum.

Scapulæ, ὠμοπλάται. Scoptula operta Cel. Spatulæ, oſſa qvæ á tergo incumbunt. Schulterblat/ In Qvadrupedibus, reliqvis Pectoris oſſibus feré conjuncta ſunt. In Homine longiús diſtant á pectoris oſſibus, & Dorſo qvaſi innatant.

Humerus, ὦμος, Schulter / in Homine: Armus in reliqvis Animantibus.

Acromium, Ακρώμιον, Humeri ſummitas, ubi cum ſcapulis jugula committútur.

Κλεῖδες, Iuguli oſſa, inter qvæ jugulum ſitum eſt.

Μετάφρενον, medium inter ſcoptula, ad mediũ Dorſum, ubi ſepti tranſverſi locus.

Lumbi, ὀσφύες, πρότμησις ψόαι, infrá e regione Ventris ubi ſepti tranſverſi locus, die Lenden.

Dorſi Spina, ῥάχις, κλόνις, totius Dorſi media pars, ſuperna uſq; ad Os ſacrum, der Rückgrad. Spina rectitudinem & longitudinem continet Animalium, ex vertebris conſtat 24. excepto oſſe ſacro, in Homine: ſed in reliqvis Animantibus, ex pluribus compacta eſt.

Coſtæ

Coſtæ, numero variant.
Homini 12.
Suibus 10.
Cornigeris 13.
Serpentibus 30.

Os ſacrum, πλατὺ, ἱερὸν ὀςοῦν, Os qvod finit ſpódylos,

Uropygium, κόκκυξ, ὀῤῥοπύγιον, der Arßpurtz. Oſſis ſacri extremitas, vel potiús ſpinæ extremum, oſſi ſacro ſubtus àdhærens, podiciq; ſuperné imminens.

Cauda, Coda Veteribus οὐρὰ, der Schwantz/ qvâ donantur Vivipara & Ovipara: caret Homo.

Podex, δακτύλιος, πρωκτὸς, pars excretoria, der Arß.

Crus, σκέλον, bipartita compactio, utrinq; á Coxa dependens, ſeu totum qvod ex femore,genu,tibia, malleolis & pede cóſtat, Schenckel.

Crura carnoſa Homini: nervoſa oſſulétaq; Reliqvis.

Pes, πόυς, βάσις, der Fuß/ fundamentum totius Corporis, qvo Animalia ſuſtinentur & incedunt.

Pedes: poſteriores ſunt omnibus greſſilibus: priores Qvadrupedibus, qvorum loco Brachia & Manus Homini; Alæ Avibus.

Digitati: Horum aliis Digiti ſunt qvatuor, Avibus: qvinq; Homini: priores qvini, poſteriores qvaterni, Teſtudini, Lynci.

Solidi, Eqvo, Aſino,
Biſulci, Cervo, Capræ,

Qvæ Animalia pedibus carent: *inceſſu* undant fluctuántqve, κυμαίνοντα. Et vel flexibus, impulſibus per terram feruntur ut Angvis: vel corpus ſurſum flectentia progrediútur,ut Erucæ qvædam, *inceſſu* διοσπάσει utuntur (ac ſi per limum trahi dixeris) præcedente parte progrediuntur, & qvod reliqvum eſt Corporis, ad illud attrahunt, ut Vermes terreni, Hirudines.

Articuli, Internodia, φάλαγγες σφονδαλίδες, Gleich/ Gelencke.

Ungvis, ὄνυξ, Nagel/ corneum illud qvod in extremis digitis Anamalibus enaſcitur. Ungula in biſulcis & ſolidipedibus, der Huff.

Ungves: Lati Homini, & Mergo unico inter Aves,

Digitized by Google

Acuti Avibus nonnullis.
Adunci Leoni, Urſæ, Lynci, Aqvilæ, Accipitri & aliis rapacibus.
Imbricati Simiæ:
Recti Homini, Canibus, Mergo.

Senſus Animalium.

Omnes ſenſus habent; Sangvinea. Mollia, Cruſta intecta.

Pauciores Talpæ, qvi viſu privatur: Et cæci fodére cubilia Talpæ.

Præcellunt: Olfactu Canes, Vultures: Viſu Aqvilæ, Lynces: Guſtu Simiæ, Gallinæ: Tactu Aranea, Serpentes: Auditu Anſeres, Talpæ: *Cicero 2. de Natura Deorum.* Omnis ſenſus Hominum multó antecellit ſenſibus beſtiarum; qvorum ita clara judicia & certa ſunt, ut ſi optio Naturæ detur, & ab ea Deus aliqvis reqvirat, contentáne ſit ſuis integris incorruptisq; ſenſibus, an poſtulet melius aliqvid, non videam qvid qværat amplius.

Reſpiratio Animalium.

Animalia omnia qvæ habent Pulmones reſpirant. Et hæc *vel* Loqvuntur perfecté ut Homines, qvi differunt ſexu, regione, ætate: *vel* vocem edunt:

variam, Animalia Vivipara, Aves.

canoram, ſvavem Aves oſcines.

exilem, Qvadrupeda Ovipara.

ſibilum longum Serpentes.

abruptum, perexiguum Teſtudines.

Ululatum, Ranæ.

Animalium generatio.

Generatio eſt facultas, qva Corpus vegetum ex apto ſemine ad ſuæ ſpeciei ſimilitudinem naſcitur: ut Homo ex Homine, Bos ex Bove. Voluit enim Natura eorum qvæ vita prædita ſunt, alterum ab altero perpetua ſucceſſione propagari.

Oriuntur Animalia qvædã ſponté, nullo cognationis ſemine antecedente absq; coitu, ut Mures ex putredine, Oſtrea & Inſectorum multa. Plurima procreantur ex ſemine cognato ſui generis per coitum Maris & feminæ.

Sexus diſcrimen; nullum apparet in iis, qvæ vitam ſtabilem gerunt, & teſta integuntur.

Obſcurum eſt in Piſcibus, Inſectis. Alterutram enim partem non habent.

Manifeſtum

Manifeſtum utriusq; ſexus in pedeſtribus omnibus tum bipedibus, tum Qvadrupedibus, Mollibus Cruſta intectis conſpicitur.

Mas, ἄῤῥεν, appellatur qvod in alterum ſemen immittit.

Major in pedeſtribus ſangvineis viviparis.

Calidior, robuſtior, animoſior.

Ejus partes ſuperiores pótiores, aptiores.

Cornua habet Cervus.

Calcaria, Gallus.

Dentes exertos Aper, Verres.

Colore prævalet in Avibus.

Femina, θῆλυς, qvod in ſeipſa ſemen prolificum mittit, & á Mare immiſſum recipit. *Hæc*

Imbecillior, humidior, ad affectus pronior, infirmior, innervior, in educanda ſobole acerbior.

Major Mare inter Piſces & Inſecta. Habet præterea

Vocem exiliorem, tenuiorem,

partes inferiores, poſteriores robuſtiores.

genitalia intus recondita,

Mamnullas laxiores.

Sangvinem nigriorem craſſiorem,

pilos tenuiores.

Cornua ut plurimum nulla.

Coitus Animalium.

Ὀχεία, congreſſus ſeu concubitus Maris & feminæ.

Hic conſiderantur,

Actus. Coeunt octavo menſe Sues: qvinto, ſexto Piſces.

Anniculæ, Oves, Capræ, Canes.

Biennes, Eqvus, Aſinus.

Anno vigeſimo Elephanti.

Tempus Anni: Certum, ſtatum, freqventius Vernum obſervant propé omnia volatilia, Pedeſtria, Natantia. Tunc enim temporis omnia ad univerſi renovationem conſpirare videntur *Plantæ, Stirpesq;* omnes, Beſtiæ, ſive nantes, ſive volucres, ſive ſerpentes, ſive gradientes. Cuncta namq; tum gliſcunt & in animantibus ſeminis copia vaſa diſtenduntur.

Modus. Coëunt averſa, Pedeſtria ſangvinea, Ovipara, qvæ retró mingunt, ut Leo, Lupus, Canis, Lynx, &c. Cruſtacea: Inſecta.

Alia feminam Mare ſupergrediente conjunguntur, & diſſimili modo: vel.

Complexu

Digitized by Google

Complexu mutuo ſupinarum partium, ut Serpentes, Murænæ, Lacertorum genera.

admotis invicem ſupinis partibus copulantur, ut Piſces omnes exceptis cartilagineis.

Mare feminam ſuperveniente ut Aves.

oribus invicem admotis, complexuq; mutuo brachiorum libidinem explent, ut Mollia.

Superfœtatio

Accidere ſolet qvibusdam Animalibus, qvæ poſt unum fœtum ex coitu conceptum rurſus alium concipiunt á priore, unoq; aut altero die, vel etiam pluribus poſt primum emiſſum, ſuo tempore enituntur, qvæ emiſſio ſecunda & veluti novus qvidam partus, Superfœtatio dicta eſt.

Superfœtant freqventiús Homines, Lepores, Sues, Cuniculi, qvia poſt conceptionem Maris congreſſum appetunt.

Rariús aut nunqvam reliqva Animalia gravida. qvia poſt conceptionem Marem non appetunt, & feminis materia adfœtus nutricatum abſumitur.

Partus.

Pariunt t Animalium alia: Animal ut ζωοτόκα Vivipara: & vel ilico inter ſe animal formant perfectum, qvod foris incrementum recipit, ut Homo, Eqvus, Vacca, Ovis: vel non ſtatim ſed prius ova; mox animal in lucem edunt, ut Cartilaginea.

Ova, ut ὠοτόκα, Ovipara, qvæ edunt ovum: perfectum, qvod nullum inſuper capit incrementum ut Aves, Qvadrupeda qvædam Teſtudines, Crocodilus, Chamæleon, Serpentes plurimi: Imperfectum. Qvæ poſtqvam edita ſunt augentur, ut Piſces ſqvamoſi, Cruſtata, Mollia, Ranæ.

Vermem primó, dein Ovi ſpeciem accipiunt, ut Inſecta qvædam, qvæ primó vermiculum pariunt, qvi addito tempore accipit ſpeciem Ovi, qvæ chryſalis dicitur, tum ex eo animal gignitur.

Ovum ὠόν, eſt id qvod ubi in fœtura perfectum eſt, ejus ex parte principio animal conſiſtit, reliqvum veró

alimentum

Digitized by Google

alimentum ei, qvod gignitur, eſt, Ein Ey.

Vermis, σκώληξ, id ex qvo toto, non ex parte aliqva totum, per ſubjecti fœtus formationem incrementúmqve gignitur.

Item, Qvædam pariunt brevi á Coitu tempore, Inſecta maximé. Qvædam longiori, & gerunt: vel dies qvindecim, Sepiæ,
menſes tres, Locuſtæ.
menſes qvatuor Sues dom.
qvinq; Oves, Capræ.
Sexaginta dies, Canes.
Decem menſes, Vaccæ.
Undecim, Eqva.

Semel in anno, magno ſylveſt. pars, Leæna, Vaccæ, Vrſa.

Sæpius: Bis Hirundines, Sturni: Ter Chalcis: ſexies Cyprini: ſingulis feré menſibus Columbæ qvædam domeſticæ.

Fœtus, ſituatur in utero:
extenſus, Qvadrupedibus.
ex pedibus obliqvus, Piſcibus.
inflexus contractus Bipedibus, Homini, Avibus.

Naſcitur naturaliter in Caput; contra naturam in Pedes inflexo circumactoq; Corpore. Qvo majus eſt animal, hoc minús eſt fœcundum. Minuta numeroſi fœtus ſunt, adeó ut Acanthis minima Avicula duodenos pariat pullos: ita qvæ minus valent pondere, numero ſunt penſanda.

Hinc Animalia qvædam fœtus edunt pauciores, ὀλιγοτόκα.

Unicum ſeu ſingularem Homo, Cerva, Vacca, Eqva, Camelus, Elephas, Ovis domeſtica.
Binos Leæna, Caprea.
Ternos Urſa.
Qvaternos Vulpes,
Numeroſos πολυγονώτερα
Duodenos Sus.
Senos, ſeptenos Cuniculi, Porcellus frumentarius.
Septenos, Novenos, Denos, Feles, Canes.

Animalium uſus.

Condita ſunt Animalia. 1. propter Deum, Ratione prædita ſcilicet Homines; qvi ideó á Deo creati ſunt, & in Mundo collocati, ut Creatorem ſuū noſcerent, & omnem vitam in eius gloriam referrent. Hic enim Verbi ac Spiritus ſui potentia ex nihilo creavit Cœlum & Terram: hinc

hinc omne genus Animalia produxit, mirabili ſerie innumeram varietatem diſtinxit, ſuam unicuiq; generi naturam indidit officium aſſignavit, locumq; attribuit & ſtationem, neceſſariis provodit, & ne ſuo interitu prorſus perirent, vim propagandi contulit: Demum Hominem formavit, eumq; tam ſpecioſo decore, totq; ac tantis dotibus inſigniendo præclariſſimum in eo ſuorum operum ſpecimen edidit.

II. propter Hominem, Reliqva Animalia ἄλογα omnia, qvæ vel Corpori inſerviunt.

I. *Ad vitæ conſervationem*, dum ſuppeditant Cibum & Pharmaca. Cibum *vel* ſimplicem, dum ſunt alimenta tantúm, ut Qvadrupeda domeſtica, grandes feræ: Aves pulveratrices, Gallinarum genera, Columbæ, Aviculæ montanæ: Piſces littorales, pelagii, ſaxatiles: *vel* medicamentoſum, dum præterqvám qvód nutriant, Medicam habent facultatem, calefaciendi, refrigerandi, humectandi, ſiccandi, ut Caro Agnina, Leporina, Perdicum &c.

Hinc variæ exurgunt Alimentorum differentiæ, qvæ ab Animalibus deſumuntur.

Valentiſſimé nutriunt, in qvib. plurimum eſt alimenti.

Omne animal qvadrupes domeſticum.

Omnis grandis fera, ut Cervus, Onager, Aper, Capræ.

Omnis grandis avis, ut Anſer, Pavo.

Omnes belluæ marinæ, Cete.

Mediocriter alunt:

Lepores, Cuniculi.

Gallinaceum genus, Gallinæ, Perdices, Merulæ, Turdi, Aviculæ plurimæ.

Piſces omnes, qvi ſalem non patiuntur, littorales, pelagici.

Imbecille alimentum dant: Aves montanæ, Fringillæ, Rubeculæ, Pari, Columbæ, Paſſerculi qvi in turribus degunt:

Piſces ſaxatiles, Iulides, Blicæ, Scari, Turdi, Creſſiones & alii.

Inter hæc viciſſim alia aliis valentiora, pro ratione

Soli

Soli ſeu loci, in qvibus degunt.

Domeſtica, otioſa carnem obtinent humidiorem & excrementitium, ut Oves, Anſeres, præſtant Caſtratorum.

Sylveſtria ſeu feræ duriora ſunt, minusq; excrementicia.

Piſces inter ſaxa, in arena leviores: graviores & deterrimi, qvi in ſtagno, lacu, palude, aut flumine immundo ac turbido vitam agunt.

Pabuli

Laudabilis copia, præſtantiores evadunt.

Defectu, leviora.

Ætatis

Adoleſcentium præſtantior, concoctuq; facilior,

Lactentium ſeu recens natorum muccoſa, præhumida, excrementoſa, ut Porcelli, Agnelli.

Pullorum cohortalium.

Piſciculorum media.

Seneſcentium, dura, nervoſa, arida, concoctu difficilia, paucioris alimenti.

Partium, ſeu Membrorum.

Carnoſæ pingves probé nutriunt.

Extarnes, ut Pedes, Roſtra, Aures, Cartilagines, minimum præſtant alimenti.

Nervoſæ, ut Ligamenta & Tendónes, ſuccum gignunt lentum glutinoſumq;

Qvadrupedum caro circa labra glutinoſum procreant, ſed minimé craſſum: verúm facilé concoqvuntur, ut & Alæ.

Lingva carne eſt rariore & glanduloſa.

Glandulæ ſvaves pariter & friabiles, ſuccum gignunt craſſiuſculum.

Mammæ οὔθατα, dulces ſunt, & á guloſis expetuntur, ſi probé fuerint concoctæ, ad Carnis naturam accedunt, ſed craſſum ſuccum efficiunt, maximé ſi fuerint Animalis boni habitus.

Viſcera concoctu difficilia, craſſi ſucci & excrementoſi.

Digitized by Google

Cerebrum pituitoſum craſſumq; nec probi ſucci, ægré concoqvitur,tardeq;permeat, atq; á Stomacho alienum eſt, ídq; haud modicé. Qvippe qvod nauſeam moveat &vomitum concitet.Idem tamen ſi probé concoqvatur,alimentum præſtatnon exiguum. Avium Cerebrum præſtantius.

Medulla Oßium Cerebro dulcior, ſvavior, pingvior; ſi liberius edatur nauſeam excitat ut Cerebrum, nutrit utCerebrum, facilé putredinem ſentit.

Renes ex urina viroſum qviddam habent, duriores, concoctu difficiles, & vitioſum gignunt ſuccum.

Teſtes Qvadrupedum adultorum virus olent: Altilium Gallinaceorũ ſvaves optimi ſunt. Qvadrupedum juniorum, Tauri, Hirci, Arietis ſaporis ſunt ingrati, concoctu difficiles, mali ſucci.

Sangvis omnis concoctu difficilis, præcipuè qvi craſſus, qvalis Bubulus. In cibo gratus Leporinus, Suillus, Gallinarum, Anſeris, Cyprini.

Pingvedo omnis pauci nutrimenti eſt, potiusq́,carnis qvæ nos alit condimentum.

Lac cibo utile, Bubulum, Caprillum, Ovillum, probè nutrit, nec malum gignit ſuccum, ſi non corrumpatur.

Animalia εὔχυμα

id eſt,boni ſucci,qvæ probum & laudabilem gignunt ſangvinem.

Qvadrupeda ſi bené concoqvantur.

Aves mediæ materiæ, ſylvaticæ,montanæ,qvæ volatu ſe exercent.

Piſces ſaxatiles, & omnes feré, præter paluſtres, lacuſtres, & aqvarum limoſarum.

Omnis venatio.

Caro omnis pingvis, recens.

κακόχυμα.

Mali ſucci, qvæ ſangvinem efficiunt minimé probum, ſed humoribus vitioſis exuberantem.

Qvæ fridigiora & pituitoſa
calidiora & bilioſa
melancholicò ſucco abundant.

Caro Ovilla,Caprina,Hircina, Arietina, Taurina,Cervina,
domeſtica permacra,
ſalſa, fumo indurata.

Piſces

Piſces tenerrimi, minimé duri, viroſi, qvos ſtagna, lacus, limoſi rivi ferunt, qviq; in nimiam magnitudinem excreverunt.

Εὐστόμαχα

Stomacho idonea.
Omnis venatio aſſa & elixa.
Piſces duri, ſaxatiles.
Caro bubula & porcina, qvæ ætate media.

κακοστόμαχα

Aliena á Stomacho
Salſa
Pingvia
Cerebrum omne
Medullæ omnes.

Εὔπεπτα

Facilé concoqvuntur
Piſces maximé ſaxatiles
Avium genera collata cum Qvadrupedibus.
Carnes Suillæ, Vitulinæ, Hædinæ, adoleſcentium.
Ova ſorbilia.

Δύσπεπτα

Difficilius concoqvuntur:
Caro Caprina, Bubula, Cervina, Sues ſeneſcentes, Annoſa omnia, Anſeres, Anates, Pavones.

Raja, Sqvatina, Trachuri, Mulli, Cochleæ, Cruſtacea omnia & mollia.

Ἄφυσα

Minimé inflant:
Qvæ ex venati[illegible] aucupio acqviruntur.
Piſces
Conchylia
Ova mollia vel ſorbilia.

Δύσφθαρτα

Difficulter intus vitiantur:
Aves & eæ potius duriores
Aurati piſces, Scari, Locuſta, Trutæ, Lucii,
Caro omnis dura, bubula, macra, ſalſa,
Omnia ſalſamenta,
Cochleæ, Murices
Teſtacea.

Εὔφθαρτα

Facilé corrumpuntur:
Lactentia omnia
Piſces teneri
Lac, Caſeus vetus & recens.

Ὑπακτικὰ γαστρός

Alvum moventia:
Lac, Lactentia omnia
Cochleæ, Oſtrea, Pelorides.

Digitized by Google

Conchulæ ferè omnes
Salſamenta.
Piſces omnes teneri,
Pingvia,
Aves natantes.

Εφεκτικὰ

Adſtringunt, cohibent:
Ova dura, maximè aſſa.
Aves minutæ, Merulæ, Turdi, Palúbes, Grues, omnes Aves qvæ magis currunt qvám volant.
Carnes aſſæ, Leporinæ, Cervinæ.
Capreæ, bubulinæ.
Caſeus vetuſtior.

Διουρητικὰ

Urinam moventia.
Lepus, Pectunculi.
Turdi qvi baccis juniperi veſcuntur,

Λεπτύνοντα

Tenuantia:
Piſces ſaxatiles,
Aviculæ montanæ,
Animalia montana.

παχύχυμα

Craſſiorem ſangvinem procreant.
Piſces Cetacei, Tunni, Angvillæ.
Cochleæ, teſtaceum genus omne.
Mollia, Loligines, Sepiæ
Caro Cervina, Caprina, Bovilla, Leporina, Porcina.

γλίσχρα

Lentum glutinoſumq; ſuccum gignunt.
Caro Suilla, Agnina,
Tendines omnes.
Partes circa Labra,
Lingva.

Medium inter tenuem & craſſum.

Gallinæ, Phaſiani, Perdices.
Attagenæ, Merulæ, Aves parvæ,
Piſces littorales, Pelagici, Gobii.
Murænæ, Bugloſſi.

περιττωματικὰ

Excrementitia,
Palumbi, Anſeres, Aves, in paludibus aut ſtagnis victitantes.
Caro porcina, Ovilla, omnis novellorum & domeſticorum Caro, & qvæ otiosè vivunt.
Piſces lacuſtres aut fluviorum limoſorum.
Cetacea omnia.

Απέριττα

Minimũ excrementi habent.
Caro ſylveſtrium Animalium, qvæ in ſiccioribus locis victitant, Colla Animalium: Caudæ & Alæ.

In

In omni autem genere ad ſalubrem victus rationem præferuntur Animalia qvám exercitatiſſima, & qvæ Cibo ſicciore aëreq; puriſſimo utuntur; iis qvæ aut otioſé degunt, aut humidiore alimento aëréve impuro craſſoq; vivunt.

Animalium præparatio Perficitur ablatione, additione, immutatione.

Auferuntur Pelles, Coria, Plumæ, Sqvamæ, Sordes, Sapores ingrati, amarus, auſterus, ſalſugo elixatione: Acria mordacia aceto diluto. Aſſatum veró ſeu elixorum virus fœtórve, aut ſucci ipſius malitia, ſi qva adſit, partim auſertur partim immutatur, & ab igne & ab iis, qvæ cuiq; accommodata ſunt, condimentis.

Pharmaca deſumuntur ab *Animalibus vel integris*, ut Lepuſculi integri uruntur contra Calculum.

Ex vulpe paratur qvod vulpinum dicitur.

Paſſer Troglodytes integer crudus comeſtus Nephriticis ſuccurrit.

Aſtacorum fluviatilium cinis morſui Canis rabidi medetur.

Lumbrici terreni integri præparantur ad varios uſus.

vel eorum partibus, ut

Pilis, Leporis.

Pellibus, ut Arietina, Cervina.

Lana ſuccida, cremata.

Pingvedinibus, Porci, Taxi, Avium, Piſcium.

Carnibus, Viperæ.

Teſtibus, Caſtoris, Eqvi.

Cornibus, Cervi.

Ungula, Alcis.

Ungvibus, Lyncis.

vel excrementis, ut

Mel

Urina, Hominis, Apri.

Fel, acrius & ſiccius Avium rapacium: imbecillius Qvadrupedum: mitius Piſcium.

Stercus, Muris, Canis.

Moſchus.

Zibethum.

Horum alia μαλακτικὰ durities emolliunt

Adipes, Medullæ.

συμπεπτικὰ concoqvunt

Oeſypus,

Butyrum.

πυοποιητικὰ pus movent

Adeps vitulinus,

porcinus.

Butyrum.

Διαφο-

διαφορητικὰ per halitum digerunt.

Coagulum omne
Adeps Leonis,
Pantheræ
Aqvilæ.

ῥυπτικὰ abſtergunt
Cinis Lepuſculi, Aſtaci
Teſtæ teſtaceorum
Lapilli Aſtacorum, Percarum
Oſſa Sepiæ,
Erinacei uſti,
Lactis ſerum.

Καυστικά.

Cantharides,
Bupreſtes,
Pityocampe.

2. Ad *vitæ commoditatem* Animalia inſerviunt Homini:

dum operas commodant Agricolis, ut Eqvi, Boves.

dum Mercatoribus ſubvehunt Merces, ut Aſini, Muli, Eqvi, Cameli.

dum Mechanicis omnis generis materiam ſuggerunt:

Arculariis Glutinum,
Pannificibus Lanam Oves.

Cerdonibus Pellionibus Sutoribus Sartoribus	Pelles & Coria	Oves Hirci Capræ Tauri Cervi Eqvi.

dum veſtimenta præbent, ut
Hirci, Cervi, Alce
Vituli, Oves, Martes
Vulpes, Camelus, Eruca ſericea.

Animalia tandem Animum

Informant. Sunt enim.

Teſtimonia ineſtimabilis potentiæ, ſapientiæ, juſticiæ, bonitatis Divinæ. Vult enim Dominus, dum hæc in Creaturis veluti in ſpeculo contemplamur, non tantúm eas fugiente vento percurrere, & evanido intuitu: ſed in ea cogitatione diu immoremur, eam ſerió ac fideliter Animis revolvamus, memoriaq; identidem repetamus.

Fidei documentum, qvamvis non præcipuum, Naturæ tamen ordine primum, meminiſſe eſſe Dei opera, & ſimul qvem in finem á Deo condita ſint, pia mente reputare.

Incitamentum, ut nos ad ipſius Creatoris fiduciam, invocationem, laudem, amorem excitemus.

Exempla Virtutum, Omnia, Sobrietatis & Continentiæ.
Leo Magnanimitatis.
Taurus Fortitudinis.
Serpentes Prudentiæ.

Ciconia

Digitized by Google

Ciconia Humanitatis.
Columba Simplicitatis.
Canis Amoris & Fidelitatis.
Agnus Manſvetudinis.
Bos & Aſinus benefactorum grata memoria.
Gallus Vigilantiæ & Liberalitatis.
Formicæ Diligentiæ & Induſtriæ.
Pavones Pulcritudinis.
Pulli promtæ Obedientiæ.

Natura ènim in iisdem Brutis qvasdam virtutum inſevit imagines, ut ex iis etiam Homo ad virtutum cultum longé magis excitetur.

Exhilarant, dum voluptati ancillantur, veluti Eqvi generoſi, Urſi ſaltantes, Canes Melitæi, Pavones, Pſittaci, Luſciniæ &c.

Aliqva enim voluptas ſeu Animi recreatio in hac miſeria, qvaſi vitæ condimentum, á ſummo Rerum Opifice conceſſa Hominibus.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS.

Vivarium:

CONTINENS ANIMALIA *Terreſtria ſeu Quadrupeda* SILESIÆ.

Animal qvadrupes
Τετράπους.
Τετράκωλον,
Ζῶον τετράποδον,
Ein Vierfüſſig Thier.

Qvadrupes, animal eſt ſubſtantiæ inter aeream & aqveam mediæ, cum terrena craſi participantis, pilis obductum, qvaternis pedibus incedens, ut Leo, Bos, Mus.

Partes Quadrupedum cum Homine communes, at nonnihil differentes.

Caro: Pedeſtrium Carnes duræ ſunt, & excrementitiæ: ſi veró concoqvantur, probum ſuccum gignunt, & potentiſſimé nutriunt. Differunt tamen pro ratione victus, loci, generis, partium.

Domeſticorum humidior eſt, & excrementitia magis.

Agreſtium durior, minus excrementoſa, plurimi alimenti, & ſucci mediocris.

Præſtant Caſtratorum.

Sangvis Schweis vulgó, Suillus aliis præfertur, Leporinus ſvaviſſimus.

Lac, γάλα, Milch/eſt benigni alimenti ſuperfluum, in Mammillis ex ſangvinis coctione genitum.

Differt: *Sapore.*

Gratum, Caprinum, Bubulum, Ovillum.

Ingratum, Suis. Canis, Urſæ.

Conſiſtentia:

Craſſiſſimum & pingviſſimum Bubulum, Ovillum.

Seroſum, Camelinum, Aſininum.

Digitized by Google

Mediocre, Caprinum.

Anni tempore.

Vernum dulciſſimum, liqvidiſſ. copioſiſſimum.
Æſtate media mediocre.

Paſcuis,

Lætis, dulce, probum.
Vitioſis, acre, acidum, auſterum.

Partu,

A partu dulciſſimum.
Procedente tempore craſſeſcit.

Adeps, pingvedo ſubcutanea, Feiſtigkeit / qvæ ad ignem facilé liqveſcit, & difficilimé rurſus concreſcit, cogitúrve. Reperitur in Animalibus utrinq; dentatis non Cornigeris & multifidis, ut in Sue, Urſo, Taxo, Cane.

Servatur in coqvinarium uſum ad condiendos Cibos, tum ad pharmacian.

Calefacit, humectat, emollit, lenit, rarefacit. In Cibis ſumta Ventriculum offendit, appetentiam dejicit, pituitam auget, parum nutrit, ſuccum illaudabilem gignit, facilé in bilem vertitur & in vapores caput petentes.

Medulla, das Marck ex oſſibus, Cerebro dulcior, ſvavior, pingvior: largiús ſumta Ventriculi appetentiam deſtruit, pituitámq; gignit: ſi tamen probé conficiatur valentiſſimé nutrit, magisq; Ori placet, qvám ſpinalis. Medetur ſcirrho in Muſculis, tendinibus, ligamentis, viſceribus.

Optima Cervina, Vitulina, Boum juniorum, Caprina: Acrior, ſiccior Hircorum, Taurorum.

Spinalis medulla, Marck auſſm Rückgrad / pituitoſum ac craſſum generat ſuccum, ægré concoqvitur, Ventriculo nocet, nauſeam movet. Robuſtis tamen ventriculis concocta bonum præbet alimentum.

Oſſa.

Spina Dorſi. qvæ Qvadrupedibus transverſa impoſita eſt, & pedibus poſterioribus incumbit: in Homine erecta eſt, & in os ſacrum deſinit.

Nervi, alii ad exqviſitum ſenſum, alii ad fugam tantúm & averſionem triſtantium, qvales ſunt multi

in ventri-

Digitized by Google

in Ventriculo.

Cartilago.

Fel, χολὴ Dioſc. Calefacit, mordet, ſcindit, extrahit, diſcutit. Fel Qvadrupedum ſubditum, Alvi dejectionem Infantulis molitur. Felle carent Eqvus, Mulus nonnullus, Aſinus, Cervus & Mures nonnulli:

Caput, κεφαλὴ der Kopff.

Cerebrum, ἐγκέφαλος das Gehirn/ pituitoſum craſſum gignit ſuccum, ægré concoqvitur ac tardé permeat.

Aures, Ohr. Harum Cartilago ſicca eſt & minimé nutrit.

Nares, qvibus Maxillæ longæ in acutum exeunt, in Rictu appellato continentur: Cæteris explanatius magisq; diſerté ad Maxillas junguntur.

Maxillæ, longæ jumentis rotundæ Simiis.

Os, magno hiatu reſciſſum Cani, Leoni, omnibus qvibus dentes ſerrati: mediocre Suum generi.

Dentes: exerti χαυλιόδοντες Verri, Apro, Elephanto.

ſerrati καρχαρόδοντες Cani, Leoni.
continui, Eqvo, Bovi,
acuti primores
plani interiores.

Animalia plurima utrinqi dentes habent: altero ordine carent Cornigera, & Camelus.

Lingva dura, craſſa & minimé abſoluta: hinc fit ut vocem parum explanare poſſint.

Collum, Gula, Arteria, eodem ſitu qvo Hominis.

Pectus magna ex parte coarctatum non latum ut Homini: inde eo loco Mammas non habent.

Thymus, θύμος, Glandium die Milch/ corpus glandulosum ad ſeptimam Spinæ vertebram ſitum, in vitulis eſui jucundum.

Mammæ μαζοὶ proprié Euter A Lacte habent dulcedinem comparatam, Animalis boni habitus abundé nutriunt,& probum ſuccum generant, ſi recté in Ventriculo concoqvantur, at craſſiorem. Minimé veró probi & ſeneſcentis, ſuccum procreant crudum & pituitoſum.

Pulmones, pars ſpongioſa & fiſtulis inanibus cava, concoctu facilis, minus alit Jecore, & pituitoſum gignit alimentum.

Cor, durioris ſubſtantiæ, difficilis concoctionis, at non mali ſucci.

Ventriculus, Inteſtina duriora ſunt,concoctu difficilia: ſuccum gignunt, ſi concoqvantur, non omninó inculpatum, ſed frigidiorem, craſſiorem & crudiorem.

Jecur, Qvorundam non omninó malum, ſuccum parit craſſum, tardiús permeat & ægré concoqvitur.

Lien: rotundus Biſulcis & Cornigeris, ut Capris, Ovibus & reliqvis omnibus, præter Boves.

Prolixus multifidis, Muri, Cani.

Medius Solidipedibus, Eqvo, Mulo, Aſino.

Sapore eſt inſvavi, ob acerbitatem manifeſtam, chymum gignit vitioſum, melancholicum. Suillus min[illegible] malus eſt, aliqvando Pauperum cibus.

Renes, duriores, concoctu difficiles, nec laudabile dant alimentum.

Veſica, die Blaſ[illegible]latter.

Genitale, anté plurimis: retró aliis.

Teſtes, ſaporis ingrati, concoctu difficiles, viroſum qviddam ſapore referunt.

Cauda, durior eſt,& minus excrementitia.

Crura omnibus qvatuor. Prioribus qvædam Multifida vice Brachiorum utuntur, ut Leones, Lynces, Urſi, poſterioribus repugnant.

Digiti

Digitized by Google

Digiti Multifidis aliis priores qvini, qvibus ex rapina victus, ut ungvibus numeroſioribus faciliùs obrepant ad ſuperiora, veluti Leoni, Lupo, Cani, Lynci, Teſtudini: poſteriores qvaterni.

Reliqvis cùm priores tùm poſteriores qvini.

Partes Qvadrupedibus peculiares & propriæ.

Seta, χαίτη,
eqvina Roßhaar.
ſuilla Sewburſten.

Θρίξ craſſior & procerior lana, ſeu multorum pilorum qvaſi collectio, Villus, ut in Leonibus, Canibus nonnullis/ Zotten.

Juba, λοφία, Crines á collo penduli, Haarlocken/ in Eqvo, Leone.

Lana, ἔριον, Wolle in Ovibus.

Aruncus, ἤρυγγος, villus á Caprarum Mento dependens, Ziegenbarth/ Geißbarth.

Tergus, Corium, Pellis, σκῦτος σκύτιον, δέρμα, δορὰ, exuviæ propriè á carne ſeparatæ, die Haut/ Leder/ das Fehl.

Pellis agnina, Ἀρνακὶς, ξωὶς Hipp. Lambſfehl/Lemmer-Haut.

Pellis caprina, Αἰγὶς, αἰγέη, ἰξάλη Hipp. σέρφος ἄιγειον Geißfehl / Bocks haut / Bockfehl.

Pellis ovina, ὀιέη Schaffſehl.

Pellis Suilla, Suina φορίνη, Schweinleder/Schweinshaut.

Pellis cervina, νεβρὶς. Hirſchhaut.

Palearium, locus ubi conditur palea.

Palear, Ἀνθερεὼν, pellis é Boum gutture dependens, die Wamme In bove. generoſitatis ſignum,

Roſtrum, ῥύγχος, προτομὴ Rüſſel/Sewrüſſel. In Cervis die Schnotze: in Canibus Hundsſchnotze,

Promuſcis

Promuſcis, προβοσκὶς, Manus Elephanti, Schneiße/ Rüſſel/ oder Helfands Naſe.

Cornua, Κέρατα. Hörner/ In Cervis, Gehürn/ Hirſchgeweih.

Adminicula, Αμυντῆρες, *Ariſt.* Stangen.

Rami Cornuum, ἔρνεα, σόρθυγγες, Hornäſte/ Zancken an Hörnern.

Cornua ſimplicia, πάτταλοι, Subulæ, tubercula Cornuum recta.

Qvadrupeda *alia* mutila ſunt ſine Cornibus, Leo, Urſus, Canis:

alia Cornuta, Cornigera, κεράστινα: eaq; *vel*

Monocornis, qvæ unicum & ſimplex cornu habent, in capite Subulo, in fronti Monoceros, in Naſo Rhinoceros.

Bicornia, duo diviſa: *Recta* in palmos & digitos Platycerota: in ramos ſparſa, Cervi, Capreæ.

Obliqva non ramoſa: Prona, convoluta in anfractum, Arietes.

in dorſum adunca, Rupicapræ.

Infeſta Tauri.

in adverſum Damæ.

erecta & rugarum qvaſi lirarum ambitu contorta, Strepſiceros.

Contraria, Boves.

Ruma, Μήρυγξ, Rumen veteribus μήλιστρον, eminens ſub Mento Gutturis pars, qvá Cibus in alvum demittitur, & admiſſus á certis revocatur Animalibus, Gurgel/ Kropff/ in wiederkewenden Thieren.

Venter, ſimplex Dentatis in utraq; Maxilla; amplior, Sui, Urſo; arctior, Leoni, Cani.

duplex, Criceto

multiplex, Ruminantibus Cornigens altera maxilla dentatis, Hæ enim qvaternos habent ſinus. Gula incipiens ab Ore deorſum tendit ad Pulmonem Septumq; transverſum, hinc ſe ad Ventrem applicat majorem, qvi κοιλία μεγάλη, dicitur, & parte interiore aſper interceptus eſt; ac prope Gulæ commiſſuram, ſinum ſibi annexum habet, qvem ex argumento κεκρύφαλον, id eſt, reticulum vocant. Eſt enim Ventri extrinſecus ſimilis, intus reticulis capilli Mulierum implexis magnitudine multó qvám venter minor

minor. Hunc excipit Omaſum, ἐχῖνος, parte interiore aſperum cancellatum, cruſtatum magnitudine Reticuli. Abomaſum ἤνυστρον, venter ab eo alius jungitur magnitudine amplior Omaſo, forma oblongior Cancellis intus & cruſtis multis magnis & lævibus inornatus: mox inteſtinum ſeqvitur.

Duriores ſunt & difficiliús perficiuntur.

Armus, ὦμος, qvod in Homine Humerus, Schulter/ Spale/ Laffe.

Suffrago, ὀπισθία, μεσοκύνιον κνώμ. in poſterioribus Qvadrupedum pedibus, qvod in prioribus Genu dicitur, Wieder oder Hinterbug.

Aſtragalus, os illud ultimum pedis eſt, qvod tibiæ Cruris annectitur.

Ungula, ὄνυξ, Ungvis, Ein Klawe/ Huff/ Horn.

Ungula ſolida, Eine gantze Klawe/ſo vnzerſpalten/ Eqvo, Aſino.

Ungula ſciſſa, χαίλη, biſulca, bifida, Zerſpaltene Klawe.

Falcula, *Plin.* Aduncula feré vngula, ὁπλὴ Kromme Klawe.

Corona, στεφάνη, Ungulæ exortus, Ungulæ commiſſura.

Chelidon, χελώνη, Cavum Ungulæ, Straale.

Hirundo, Impetigo, λειχὼν, καὶ χελιδὼν, Sqvamula in Cruribus anterioribus Eqvorum ſub armis nata,

Qvadrupedia alia:

Ασχιδῆ καὶ μώνυχα, Solidipedia, infiſſo ſunt pede, ſeu ſolidas vngulas habent, ut Eqvus, Aſinus, Mulus.

Fiſſo ſunt pede, Ungvifida: eáqve vel

διχηλῆ, δίσχηλα Biſulca qvæ χηλὰς, id eſt, forcipem pro vngula habent, ut Cervus, Oves, Capræ, Alce, Bos, Sus.

πολυσχιδῆ, πολυδάκτυλα, Multifida, qvæ multiplici pedum fiſſura digitantur, ut Canis, Leo, Lupus, Lynx, Urſus, Sciurus, Muſtela, Felis.

Cauda οὐρὰ, ἀλκαία Nic. Κέρκος. der Schwantz.

Muſcarium, σόβη, Eqvi, Cauda, Roßſchwantz.

G Tenor

Tenor στίλος

Cauda prolixior piſis longis cum tenore brevi Eqvis : brevioribus cum tenore longo Bobus.

brevior, perexigua Vrſi,

lata longiuſcula ad Cubiti menſuram, Ovibus Syriæ.

Coagulum πιτυά, Dioſc. Lipp' Rennwagen / Käſe Lip / Lap / eſt concretum in lactentium qvorunq; pullorum Ventriculis lac, qvod omnia Ruminantia & inter dentata utrinq; , Lepus, habent, non in magno Ventre, ſed in Omaſo. Coagulum omne aëris eſt & digerentis potentiæ; ob id calefacit & ſiccat, diſſipata cogit, coagulat, & coacta diſſolvit. Qvò vetuſtius eò præſtantius.

Sebum, Sevum, ςέαρ, Adeps ſolidior, Unſchlet / Ungeſn / qvi difficulter funditur, & fuſus celerrimè coit ac conglaciatur, multoq; apparet pingvedine durior, Siccius eſt Adipe. Hoc propriè Ruminantia habent.

Os Cordis, Cartilago Cordis, HertzCreutz / Cordis oſſiculum. Radix Arteriæ magnæ & Venæ Arterialis, Corpus eſt cartilagineum, qvod venæ arterialis & magnæ arteriæ radices committit, & temporis progreſſu indureſcit. Reperitur in grandioribus Animalibus, Cervis, Eqvis, Bobus.

Fimus, Κόπρος, Ἀπόπατος Dioſc. Miſt / Kaat.

Nihil projectius excrementis Animalium, & tamen ſtercorandis agris præcipuum habent uſum : ita nulla res eſt tam nihili, qvæ non aliqvâ proſit, ſi noris uti.

Qvadrupedum Cibus.

Qvadrupeda vel ſunt :

Omnivora, ut Ovipara, Teſtudines.

Veſcuntur herba, humiliori Oves; altiori, ramis, germinibus Capræ.

Herba & frugibus, Boves, Cervi, Eqvi, Sues Leones.

Carnibus, Leones, Lupi, Lynces, Canes.

Piſcibus, Fiber, Lutra, Ictis, Felis.

Aëre, Chamæleon.

Potus,

Digitized by Google

Potus.

Aqva frigida gratiſſima Naturæ, qvam ſemper, inqvit Plinius, Bruta proſeqvuntur.

Coitus.

Coitum perficiunt Qvadrupeda Vere ut plurimum, æſtate etiam & autumno qvandoqve.

Cum ferocitate, Leones, Eqvi, Tauri, Urſi, Lupi, Arietes.

Sine ferocia, qvæ ſæpius coëunt, & cum hominibus degunt, Sues, Canes.

Partus.

Alia ſunt Vivipara, ζωοτόκα qvæ animal & concipiunt & in lucem edunt, ut plura Qvadrupedum genera. Ovipara ᾠοτόκα, qvæ prius pariunt Ovum, ut Crocodilus, Teſtudo, Lacerti.

Mores.

Alia ſunt:

Manſveta, Pecora, Pecudes, βοσκήματα, θρέμματα, qvæ pabulo terræ veſcuntur: ὑποζύγια, Veterina & jumenta, ζῶα generaliter.

Armenta ſunt majorum Animalium genera, ut Boves Cervi, Taurorum cætus.

Greges ſunt minorum Animantium terrenorum, Homini commodorum, qvales ſunt Oves, Capræ.

Jumenta, qvæ operam noſtram adjuvant, ut Eqvus, Bos, Aſinus, Camelus, Elephas.

Immanſveta, θηρία, Beſtiæ, Belluæ, Feræ, eæq; vel

Cornutæ, ut Cervus, Biſons, Urus.

Acornes, ut Tigris, Leo, Urſus.

Lupus, &c. qvæ procul ab Hominum conſortio fugiunt, & in ſylvis, deſertis & montibus habitant.

Qvadrupedum utilitas.

I. Operas commodant, Vehunt, trahunt, arant, Eqvi, Boves.

Onera ferunt, Mulus, Aſinus, Camelus.

vigiles ſunt nocturni Canes villatici, pecuarii.
venationi inſerviunt, Canes venatici, Curſores, veſtigatores, Leopardus.
Mures inqvirunt & capiunt Feles, Erinacei, Muſtelæ.

2. Alimoniam dant.

Carnes: Domeſtica, Boves, Oves, Capræ, Porci.
Feræ, Cervi, Capreæ, Apri, Lepores, Cuniculi.

Lac, Vaccæ, Capræ, Oves.

Butyrum, Vaccæ, Oves.

Caſeum, Vaccæ, Oves, Capræ.

3. Medicinæ inſerviunt.

Integra, Lepuſculi, Erinacei, Catuli, Vulpes.

Partes eorum externæ, Pili Leporini, Lana Ovium ſuccida, Pellis Arietis, Priapus Tauri, Cornu Cervi, Monocerotis, Ungula Alcis, Axungia Porci, Cuniculi, Leporis, Sebum Hircinum, Caprinum, Medulla Hircina, Vitulina.

Internæ. Cerebellum Leporis, Pulmones Vulpis, Arietis, Cor Leporis, Hepar Lupinum, Coagulum Hædi, Leporis, Fel Tauri, Lumbi Scincorum, Teſtes Caſtoris, Veſica Suilla.

Excrementa, Moſchus, Bezoar, Album græcum, Muſcerda.

4. Corpus inveſtiunt.

Pilis Fiber, Camelus,
Lana, Ovis.
Pellibus Martes, Lynces, Lupi.
Tergore, Eqvi, Boves, Cervi, Capræ, Damæ, Alce.

5. Scriptoribus chartas præbent.

Oves
Vituli.

6. Muſicæ opem ferunt.

Inteſtina Ovium, ex qvibus chordæ finguntur pro Teſtudinibus.

7. Tempeſtatis ſunt augurium.

Aſinus qvatiens Aures tempeſtatem indicat.
Boves contra pilum ſe lambentes pluviam arguunt.
Lupus ululans tempeſtatem ſentit,

8. Agros

8. *Agros impingvant & hortos.*

Boves,
Oves,
Capræ,
Sues.

De Qvadrupedibus in ſpecie.

Alce.

Αλκη.
Eqvicervus Albert.
Bilons Jul. Caſ.
Alce, Aſinus ſylveſtris
Ein Elch

Elend á miſeria, qvód ei qvotidié Comitialis Morbus ingruat.

Animal eſt timidum, gregarium & biſulcum, medium inter Eqvum & Cervum, colore ex cæſio nigricante, pilis oblongis & duris. Mari cornua (qvæ qvotannis amittit) ſolida, colore qvi Cervinis, longa feré duos pedes, non ramoſa ut Cervorum, mucronibus tamen aliqvot diviſa, dodrantem lata, ſcabellis idonea, Armi potius qvám Cornu figura.

Magnus ejus numerus in ſylvis Boruſſiæ, Lituaniæ & Hungariæ, Pelles & Ungulæ freqventer ad nos feruntur.

Capta vel mediocriter vulnerata ſtatim expirat,

Alcis ungula.
Elends Klawe.

Commendatur dextra poſterioris pedis, Ferunt ſæpiſſimé Caduco morbo corripi, nec prius levari ab eo, qvám dextra poſterioris Pedis Ungula Auriculam ſiniſtram confricuerit.

Freqvens & nobilitatum apud Feminas noſtrates contra Epilepſiam amuletum.

Suſpenſum enim vel appoſitum ſolúm Infantibus, eos ab acceſſione liberare, etiam ſpumantes & recidivas inhibere, fortis perſvaſio.

Ramenta ſeu ſcobem ſæpé adverſus eandem noxam propinant per ſe, vel aliis admixtis.

Potu partum accelerat.

Pars ejus annulis incluſa hodie freqventer portatur, ut amuletum laudatum.

Digitized by Google

Ex pelle fiunt thoraces. Adeó enim denſa eſt & ſolida, ut vehementiores ictus punctim cæſimq; factos evertat, & ferrei thoracis inſtar expetatur.

Aper

Aper qvaſi Afer ſive Aſper qvód in aſperis verſetur.

Verres ſylvaticus, Porcus agreſtis mas, ein Wildſchwein/ Hawer/Leuffer/Haubtſchwein.

Sus fera, ὗς ἄγριος
Scropha ſylveſtris.
Wilde Saw/ Ranze.
Fehrmutter.

Porcellus ſylveſtris Ein Friſchling.

Fera cuivis nota, qvam non ſolúm Natura obdurata pelle pilisq; hirſutis veſtivit; verum etiam ipſa luto & reſina qvodammodó ſe loricat, ne telis facilé lædi poſſit, Unde niſi lethale vulnus acceperit Aper, Venatorem conculcat, ſi ipſum ferire neqviverit.

Dentibus armatur magnis & recurvis, ad incidendum aptis, Vulgó Wehren/ Waffen/ Hawzähne. Ante biennium in Giersdorff binos notavi, qvi adeó excreverunt, ut circulum feré expleverint toti in ſe reflexi. *Ovidius.*

Fulmen habent acres in aduncis dentibus Apri.

Feminæ, Apri non item, aut raró: unde Apri percutiunt, feminæ mordent.

Paſſim in ſylvis vaſtis & montibus oberrant. Glandibus veſcuntur qvercinis, nucibus faginis. Radices Sphondylii, Carvios, Angelicæ, Filicis maximé appetunt, qvas roſtro aptiſſimé effodiunt.

Sus fera ſemel in anno tantúm & qvidem hyemis principio coit. Vere parit petens maximé invia, prærupta, anguſta & opaca. Numerus, partus & ferendi tempus idem atq; in urbanis Suibus eſt. Apri hyeme, cúm fuerint ſaginati glandib. & Fagi fructu, capiuntur retibus tenſis, canibus, venabulis, lanceis & bombardis, cum auxilio venatorum.

Caro

Digitized by Google

Caro Aprugna inter ferinas optima, Suis cicuris ſeu domeſticæ, cúm propter exercitium, cúm ob cibum ſicciorem & aerem purum ac tenuem qvem inſpirant, anteferenda. Hyeme præſtát. Sale conditur additis Juniperi baccis, & doliolis reſervatur per integrum annum. Frigida eſt & viſcoſa, facilis concoctionis, citó deſcendit, multúm nutrit: at ſuccum gignit craſſiorem & viſcoſum.

Elixa conditur liqvamine ex Vino, Melle, Zingib. Cariophyll. Mac. Pipere, Croco, Paſſul. & amygdalis.

Caput elixum probé, frigidum cum aceto in delitiis, Magnatum menſis apponitur.

Jecur Apri recens, ſi arefactum teratur ex vino, contra Serpentum morſus bibitur, & Alvi fluxus reſtringit.

Fel Lienem ſedat, & ſtrumas diſcutit.

Fimus ad rupta & convulſa ex aceto utilis. Ex aqva aut vino potus rejectiones ſangvinis ſiſtit, vetuſtum laterum dolorem mulcet.

Veſica aſſa in cibo ſumta, ſive toſta ex vino ſumta, adverſus Urinæ incontinentiam valet, Veſicæ dolores tollit, & mingentibus in lectum opitulatur,

Urina Calculos Veſicæ comminuit & expellit.

Veſica Apri cum lotio, addita pingvedine, in fumo ſuſpéſa, ut ungventi craſſitiem acqvirat: tunc ſi illinatur Herniis mirificé prodeſſe, Venatores obſervarunt.

Dens Apri vi pollet adſtringendi maxima. In pollinem tritus ex aq. Card. ben. Pleureſi incipienti medetur.

Drachmæ pondere ex ol. Amygdal. dulc. & ſaccharo Candi, præſentaneum & arcanum in Angina remedium.

Aries.

κριὸς ὀχεῖος, ἀπο τοῦ κέρως.

Aries ab impetu feriendi ſubinde repetito; vel ab ara, qvód Aris imponi ad ſacrificium ſoleret.

Aries corniger.
Ovis mas.

Wieder/ Hodenwieder.
Leithammel/ Stár. *Sil.*

Maſculus

Maſculus, eſt Ovium & dux gregis, qui integer retinetur, & ad generandam ſobolem Ovibus admittitur. Convoluta in anfractum Cornua ei ceu ceſtus Natura dedit. In modum circuli enim nonnullis replicantur.

Blaterat hinc Aries, & pia balat Ovis.

Ad coitum commodiſſima ætas á ſecundo anno usq; ad octavum. Singulis Ovilibus ſinguli duces conſtituuntur, qvi qvoties ſuo nomine á Paſtore vocantur antecedunt, qvod ab ineunte ætate facere aſſveſcunt.

Ad qvindenos annos interdum vitam protrahunt.

Caro Arietum, minus qvidem humoris & lentoris obtinet, qvám Ovilla: verúm durior, deterior & concoctu difficilior. Præſtat junioris ſeu anniculi, utpote moderatæ temperiei, ſvavior, concoctu facilior, & melioris ſucci. Improbatur in ſenecta.

Sebum, ambuſtis medetur, ſcabiem ſanat, Cicatrices replet.

Ad *mentis alienationem.*

Caput Arietis nigri nondum Venerem experti, unico ictu amputatum, Cornibus tantúm demtis, integrum cum pelle & lana elixabis: tum aperto eo Cerebrum eximes addendo:

Cinnamomi optimi,
Zinziberis albiſſ.
Nucis miriſtic.
Caryophillor.
Macis an. Vnc. ſ.

Commiſce ſubtiliſſimum in pollinem redacta cum Cerebro in patella ad prunam non magnam diligenter agitando, ne aduratur. De hoc per triduum Aegro qvotidié jejuno dabis cum pane, vel in ovo, vel ex jure, utcunq;, modó devoretur ab ægro, duabus ante prandium horis. Servetur loco obſcuro non lucido: diæta ſit conveniens.

Pulmo Arietis recens calidus Capiti, phreneticis utiliter imponitur: Livores, ſuggillationes & nigras cicatrices emendat, & á calceamentis læſos ſeu attritos pedes, minutim conciſus & impoſitus ſanat.

Fel cum Sebo, Podagris illinitur.

Pellis recens detracta, ſuggillata delet impoſita. Ex hac ad

ad Rupturam & Scroti tumores paratur in Officinis, Emplaſtrum é pelle Arietina; cujus deſcriptio extat apud Gvidonem in Chirurgia magna tract. 7. doctr. 2. cap. 7.

Lanæ Arietinæ nidor, uterum prolapſum in ſuum locum reſtituit.

Sangvinem ſiſtit, Succida uſta cum ſigillo Lemnio, loco aſperſa.

Pectine ex cornu Arietino Caput pexum, á proprietate ad Capitis dolorem valere, maximé in cauſſa frigida, autor eſt Gvainerius.

Ovis.

Ὄϊς *veteribus*.
πρόβατον.
Pecus *Plini*.
Ein Schaff.

Ovis victu fera videtur, ingenio tamen & moribus manſveta, Qvadrupedum mitiſſima ac placidiſſima. Molliſſimum eſt pecus & frigoris impatientiſſimum, nec minús æſtivi vaporis. Lupum naturaliter timet & horret. Morbis plurimis infeſtatur, maximé ſcabie.

Paſcua Ovillo generi utilia ſunt, tenuia, altiora, arida, qvæ vel in novalibus, vel in pratis ſiccioribus excitantur, faciuntq; lanam meliorem & molliorem. Ubera veró & humida loca, noxia ſunt; ſylveſtria damnoſa lanis. Herbas radicitús carpunt, & arboribus plurimisq; plantis exitiales ſunt. Hyeme paſcuntur Cordo, fœno, ſtramine Avenæ, Piſorum, Qvercus, item Ulmi, Betulæ, Fagi, Tiliæ, Fraxini frondibus repoſitis.

Pingves fiunt potiſſimúm ex potu: qvamobrem æſtate ad pabuli condimentum, canalibus ligneis, Sal cineribus permixtum Opiliones præbent in meridie, qvinto qvóq; die, ut ſitibundæ plus aqvæ hauriant. Sic enim pecus incolumé & pingvius redditur.

Coitus omnibus ab Arcturi occaſu, id eſt á 3. Idus Majas, ad Aqvilæ occaſum id eſt 13. Calend. Auguſti. Terno aut qvaterno coitu implentur. Ferunt uterum qvinq; menſibus, dies 150. Maxima ex parte ſingulos pariunt, ſed aliqvando & binos & ternos. Fœcundæ ſunt ad octavum annum, & ſi bené curentur, usq; in undecimum. Vita ad duodecim annos.

Animal eſt Ovis utiliſſimum, lacte nutrit & carne: Lana & Corio veſtit & calceat: Scriptoribus præbet chartas, & chordas Teſtudinibus: fimo agrum impingvat.

Caro ovilla, τὸ προβάτου κρέας, Schaffleiſch, excrementitia eſt, ſuperfluitatum plena. Succum gignit pituitoſum, lentum, pravum. Ventriculo nocet frigido humido, excrementitio. Melior eſt annicula. Ab Agricolis ſalitur & infumatur.

Pulmo Ovillus Maniacis & Lethargicis prodeſſe videtur, calidus circa Caput alligatus.

Cerebrum cum Melle dentientibus Infantibus illinitur.

Sangvis potus, Comitialibus commendatur.

Fel Auribus purulentis cum lacte muliebri inſtillatur.

Sebum ad ignem liqvefactum, ambuſto linteolo impoſitum ſanat: cum alumine partib. frigore uſtis illinitur: cum cinere Capill. Ven. permixtum luxatos articulos reſtituit. Ex vino rubro ſangvinem ſiſtit, diarrhæam, dyſenteriam & tormina ventris infuſum curat.

Omentum in ſartagine frixum, ventri calidé impoſitum, Colicæ medela.

Lac Caprino craſſius eſt, minusq; ſeroſum, dulce & præpingve: magis alit, non autem usq; adeó utile Stomacho.

Potum calidum, adverſus omne venenum commendatur. Recens mulctum gargarizatu, faucium inflammationes mulcet.

Dyſentericos juvat, ſilicibus ignitis in id demerſis. A jejuno potum ad peſtis præſervationem valere fertur.

Butyrum candidum ſit, deterius bubulo; facilé rancedinem acqvirit.

Caſeus ovillus Schaffkeſe Pingvis eſt, ſapore ſvavis, & boni ſucci: ob id ab Exteris commendatus, haud minus qvám Parmenſis aut Batavorum, qvibus ſvavitate haud inferior. In Nobilium aulis optimi fiunt ex lacte integro, non demto flore, & addito vaccino, ut nonnunqvam fieri ſolet. Condiuntur aliqvando Macis, Majorana &c. Qvó recentior eó melior, Vetus durior eſt

or eſt & difficilé digeritur. Comeſtus, vel ex vino potus, *Dyſentericis* auxilio eſt.

Stercus ovillum (σκύβαλα, Pilulæ ſtercoranæ Ovium Schaffslorbern vulgó) ex aceto ſanat Epinyctidas, Clavos, penſiles Verrucas, Thymos, & ambuſta igni, Roſaceo Cerato exceptum.

Lana ſuccida ἴξιον, ἔρια οἰσυπηρὰ, ἔριον Dioſc. ſchmutzige Schaffswolle / ſchweiſſichte Wolle, pingvis, ſordida, qvæ ſordibus, ſudorio & ſucco eſt imbuta. Æſtate colligitur é collo feminibusq; mollis ſudore referta.

Calefacit per ſe, emollit, replet, lenit dolores Capitis, Stomachi, aliarumq; partiũ, cum aceto & Roſaceo impoſita. Subvenit inter initia vulneribus percuſſis, contuſis luxatis, deſqvamatis, lividis, nervis dolentibus, Oſſibus fractis, aceto, oleo aut vino imbuta.

Lana ſuccida cremata ſeu uſta, gebrandte unflätige ſchmutzigte Wolle. Vim habet acrem, mordacem, calefactoriam, qvæ citó operatur & penetrat. Ea propter confert humidis, mollibus tumoribus, ulceribus inveteratis & ſiccat vehementer, Cruſtas obducit, excreſcentias in carne cohibet, & ulcera ad cicatricem perducit. Illinitur vulneratis, attritis, ambuſtis, & in fiſtulas aureſq; ſuppuratas inditur. Lavatur ad Oculorum medicamenta. Modum urendi vide apud Dioſcorid. lib. 21. cap. 67. & Hollerium Inſtit. Chirurg. lib. 3.

Oeſypus, um, οἴσυπος Dioſc. qvaſi οἰὸς ῥύπος, Hyſſopus humida, Iſopus humida offic. Wollenſchweis/ ſchmutz. Eſt ſuccidarum Lanarum pingvitudo. Excalefacit, explet ulcera & emollit, præſertim ſedis ac vulvæ cum butyro & Meliloto Reſolvit, dolores ſedat. In vellere appoſitum Menſes & partus evocat. Aurium & Genitalium ulcera cum adipe Anſerino ſanat.

Verberum vulnera & vibices Pellibus ovium adhuc calentibus obliterantur, idq; nocte ac die una.

Pelles detractis pilis á Cerdonibus parantur, & aliqvo colore tinguntur, ad Calceos, chirotecas, marſupia. Fiunt ex his etiam membranæ, maceratis in aqva cum Calce & poſtea extenſis,

Ovis rejicula.

Οἶς ἀποβολιμαῖος
Auswirffling.

Ovis qvæ non parit, id eſt, qvæ ætate vel morbo gravis eſt, aut ſaltem minús idonea.

Agnus.

Ἀρνὸς, Ἀρνειὸς, Ἀμνὸς
Ἀγνὸς Geſn.
Ein Lamb
Agnellus Ἀμνίσκος
Lemblin
Lemmerlin.

Fœtus eſt ovis, qvi annum nondum egreſſus. Agnus alius Vernalis, alius Autumnalis. Vernales qvi naſcuntur Vere, majores, robuſtiores & pingviores ſunt.

Agnus ſubrumus, Ἀρνειὸς γαλαθηνὸς, νεογιλὸς Homer. Agnus lactens, Lacteolus Ein Seugslemblin / Brad-Lemblin.

Agnus cordus, ὀψίγονος, ſerotinus tardeq; natus Ein ſpates Lamb/Spätling.

Agnus ſeparatus, Ἀρνες σηκῖται abgehaben Lemmer qvi á Matribus jam ſeparati paſcuntur.

Caro Agnina modicé eſt calida & humida, pituitoſa, lentore & mucore referta. Nutrimentũ præbet calidum & humidum, ſed pituitoſum.

Editur elixa & aſſa. Coxæ aſſæ meliores, ſvaves & ſalubres.

Coagulum omnibus venenis ex vino adverſatur, Lac concretum ſeu ſangvinem ex aceto diſſolvit. In aqva ſolutum & Naribus illitum, ſangvinem compeſcit.

Pulmo Intertrigines, qvæ á calceamentis fiunt, ſanare creditur.

Agnus monſtroſus biceps

Ein Zweiköppicht Lamb.

Natus hic in pago Plackwitz diſtrictus Leobergenſis: at mox expiravit.

Vervex

Vervex á viribus, qvód cæteris ſit fortior, vel qvód ſit vir & mas.

κριὸς ἐκτετμημένος.

Ein Hammel / geſchnittener Hammel / Heilwieder/ Friſchling Nonn. Schers vulgó.

Aries eſt caſtratus, cui inverſi & exemti ſunt teſticuli.

Caſtrantur Agni: non minores anteqvam calores aut frigora ſe exegerint.

Vervecina

Digitized by Google

Vervecina caro optima eſt. Melior & ſalubrior Ovilla & Arietina, ſapore grata & ſvavis, ſive elixa ſive aſſa. Conditur elixa Salvia, Rosmarino, Petroſ. Carvi, Cepis, Braſſica criſpa, Zingibere, aceto. Cale facit & humectat ad temperamentum tendens. Corpus alit & ſangvinem generat bonum.

Hyemis initio integri trunci ſale macerati, fumo indurantur, & ſic per integrum annum feré ſervantur.

Inſeſſus ex Capite, pedibus Inteſtinis àqva fluviatili ſufficienter decoctis, qvo ad carnes diſcedant, paratur tabidis, emaciatis & contractis conveniens ſæpiús facto experimento.

Aſinus.

Ονος παρὰ τὴν ὄνησιν qvód Hominum opera juvet.

Κίλλος,
Eſel.

Animal vulgatæ notitiæ, corpore macilento & deformi, gerulum, plagarum & penuriæ tolerantiſſimum. Auribus & vocis ignavæ ſonitu ſe prodit. Cor ei magnum, & felle caret. Dentes priores, ut Eqvus, trigeſimo amittit menſe, proximos ſexto poſtea menſe, neq; etiam tertios qvartosq, eodem modo.

Aſellus minor,

Aſellus degener & vulgaris Colum.

Aſellus Doſſuarius Varron.

Ein Mühl Eſel / Sack Eſel.

Color ei murinus.

Aſinus admiſſarius

ſpecioſior eſſe debet, ut ſcil. amplioris ſit Corporis, Cervice valida, robuſtis ac latis coſtis, pectore muſculoſo & vaſto, feminib. lacertoſis, Cruribus compactis, coloris nigri vel maculoſi.

Exiguo & qvalicunq; pabulo contentus, non ſolúm fruge & herba, ſed foliis ſpiniſq; vel perticis ſalignis veſcitur, vel abjecto faſce ſarmentorum, laboris & famis maximé patiens.

Parit duodecimo menſe, ſingulatim magna ex parte procreat prolem, Ea namq; Natura eſt, ut unum pariat, nonnunqvam etiam gemellos.

Vita eis amplior 30 annis, & fæmina vivacior Mare eſt.

Aſini *carnes* peſſimi ſunt ſucci, & concoctu difficilimæ, Stomachum lædunt, & edendo omninó inſvaves: ob id á Culinis abdicantur.

Adeps, cicatrices Corpori concolores reddit.

Fimus, vndeqvaq́, fluentem ſangvinem cohibet odoratus, & expreſſa humiditate in Nares injecta & retenta. Cinis ejus dyſentericis & Cœliacis medetur.

Ungulæ cinis per dies multos binis cochlearibus potus, Comitiales adjuvare proditur, oleo ſubactus ſtrumas diſcutit, & illitus pernionibus utilis. Ulceribus commodé inſpergitur.

Ejus nidore Comitiales excitantur, & utero ſuffocatæ.

Apes ex Aſini cadavere naſci, falſum eſt.

Aſina.

ἡ Ὄνος.
Ein Eſelin.
Aſinæ lac, Lac Aſininum, Eſels Milch.

Hoc, ſicut Lac omne ſeri exuberantia ſuperat: ſic cæteris pingvedine cedit. Tenuiſſimum eſt & minimé coagulatur, & qvoqvo verſus ocyſſimé digeritur in corpus, verúm parum nutrit. Remedium optimum Aſthmaticis, tuſſientibus, ſangvinem exſcreantibus, Hydropicis, Lienoſis & Hecticis.

Non enim eſt Lac, inqvit Avicenna, qvod Hecticis æqvé conferat, ac Aſinorum.

Hodie ejus uſus apud nos prorſus inolevit.

Mulus.

ἡμίονος.
ὀρεύς.
Ein Maul/Maul Thier
Maul Eſel
θῆλυς ὀρεὺς
Mula femina.

Coloris eſt nigricantis, viribus in labore eximium, & ſterile: τὸ ὅλον ἡμιόνων γένος ἄγονον.

Ex Eqva gignitur & Aſino, menſe duodecimo.

Mulæ veloces in curſu, duritia eximia pedum; verúm

ſtrigoſo

ſtrigoſo Corpore, indomito animo, ſed generoſo.

Vivit ad multos annos.

Ungula ex oleo Myrtio Alopecias delet.

Cinis potus ſteriles reddit.

Urina cum luto ſuo illita clavos Pedum curat.

Stercus Mulinum combuſtum,tuſum,cribratum,ex vino immodicum Menſium fluorem ſiſtit, & dyſenteriæ opitulatur.

Bos.

Βοῦς.
Ein Rind/
Rindviehe.

Vocabulum eſt commune, Taurum & Vaccam comprehendens. Dentes habet Bos ut reliqva cornigera continuos,bimusq; dentes amittit, non tamen vniverſos. Renes qvaſi ex multis Renibus exiguis conſtituti. Lien pro ſui magnitudine in longitudinem auctior. Caudæ tenor longus, Pili perbreves. Ruminat & Ungulam habet bifidam.

Pro regione cœliq; ſtatu, & habitum Corporis,& ingenium Animi, & pili colorem mutat.

Veſcuntur Boves & fruge & herba: paſcuntur etiam commodiſſimé in montibus, nemoribus, ubi virgulta & frondes multæ. Pingveſcunt iis qvæ flatus cient, ut Ervo & faba, piſis.

Bibunt ſorbendo,&clarum bibere geſtiunt.

Mortalibus magno uſui ſunt, Aratione,vectura,lacte, Butyro, Caſeo, Carne,Corio. Eam ob cauſſam apud Veteres tám capitalis habebatur, qvi bovem temeré & absq; cauſa, qvám qvi hominem occidiſſet.

Cornua apta ſunt Pectinibus, ſubductoriis, & tubis qvibus bubulci & Venatores utuntur.

Oſſa teſſeris & cultellorum manubriis apta.

Taurus.

Ταῦρος,
Βοῦς τέλειος καὶ ἐνόρχης,
Taurus non caſtratus.

Ein

Ein Stier/ Farr/ FarrOchſſe/ ViheOchſe/ Brummer.

Mas eſt in genere bubulo, & Vaccarum admiſſarius, naturæ robuſtæ & validæ, qvi tamen in libidinem usq; adeó concitatus & furens, non ſæpiús qvám bis inſcendit, conceptu veró ipſius Vaccæ modeſtus caſtusq;, nihil ulterius tentat,

Vitam extendit ad annos 20.

Caro Tauri craſſa eſt, & melancholicæ naturæ, difficilis coctionis,&pravum gignit ſuccum.

Sangvis craſſior Suillo, & nigerrimus, celerrimé omnium coit dureſcitq;. Discutit mollitq; tumores cum polenta illitus. Singulari ope dyſenteriis, menſtruis & internis hæmorrhagiis prodeſt.

Ad hæmoptoiſin cum aceto modico efficax habetur. Calidus oſſa fracta ferruminat.

Adeps Suillo calidior & ſiccior, nonnihil adſtringit, Podagris medetur & ſcirrhoſis affectibus. A Renibus laudatiſſimus colligitur.

Priapus Tauri rubri aridus,tritus, & præſumtus Mulieri aurei pondere faſtidium coitus affert. Dyſentericis utilis.

Fel Menſes trahit, ulcera maligna purgat, Sedis ulcera ſanat, & ad cicatricem usq; perducit. Auribus fractis & purulentis cum muliebri aut caprillo lacte inſtillatum medetur, & ſibiló earundum ex Porri ſucco. Anginis cum Melle utiliter in ungitur.

Vrina ſi cum Myrrha inſtilletur, Aurium doloribus occurrit.

Lapis in Veſica aliqvando reperitur, iſt pulvere per ſe, vel cum ſucco Rutæ Naribus attractus, Caput purgat.

Aſtragalus ἀςϱάγαλος, Dioſc. uſtus cum vino dentes vacillantes confirmat. Cum lacte potus, lumbricos rotundos educit.

Fimus tumores & duritiesdiſcutit, ſuffitu procidentes Vulvas reprimit. Accenſi nidore Culices abiguntur.

Ταιϱόκολλα, Dioſc. κόλλα ξυλοκόλλα, Taurighutinum Gluten taurinum.

Leim/ TiſchlerLeim.

Olim

Olim ex lentore mucoſo Tergoris bubuli excoqvebatur. *Plinius* ex Taurorum auribus & genitalibus fieri dicit. Hodie ex omnium Qvadrupedum pellibus conficitur.

Vulneribus prodeſt Melle aut Reſina. In aceto reſolutum Impetigines Lepraſq; Cutis delet. Ambuſtis igni ex aqva calida dilutum illitumq; erumpere non patitur.

Vacca.

Βοῦς, Βοῦθηλεια.

Bos lactaria.

Eine Kuhe/ Melckkuhe.

Forda, Horda ferens Bos eſt fœcundáqve, dicta á ferendo ein Kalbe/ Tragende Kuhe.

Taura ein gelte Kuhe.

Vaccæ probantur altiſſimæ formæ longæq;, maximis uteris, frontibus latiſſimis, Oculis nigris & patentibus, cornibus venuſtis & lævibus & nigricantibus, piloſis Auribus, compreſſis malis, palearibus & caudis ampliſſimis, ungulis modicis & Cruribus.

Eas, qvarum maculoſæ ſunt pelles, lacte abundare vulgo perſvaſum eſt.

Fert Vterum Vacca novem menſes, decimo parit, & qvidem ſingulum, raró geminos.

Tempus admiſſuræ optimum, medium Veris, aliis Autumno. Cúm appetit coitum (appetit autem non diutius qvám tres horas) túm, qvám maximé poteſt, mugitum edit: ſi non citó admittatur Taurus, naturam claudit, & in alium menſem differt. Uno initu impletur.

Mammas binas inter femora habet qvaternis papillis utplurimum, mit vier Strichen.

Vivit magna ex parte annos qvindecim: aliqvando apud nos decem & octo, & viginti, ſi corpore bené ſint habito,

Carnes vaccinæ Küh-fleiſch præter ſucci pravitaté, etiam ſexus ratione fridigiores ſunt; Agricolas tamen & laborioſos commodé nutriunt.

Ubera das Euter elixa & laminatim inciſa torrentur in craticula: & vel ſale aut aromatib. Zingib. ſeu pipere reſperſa, vel butyro frixa eduntur, ſaporis non ingrati, at concoctionis difficilis.

Ungularum anteriorum ambuſtarum cinerem epotum

Nutricibus lactis copiam præbere, Rhazis autor eſt.

Lac vaccinum.

γάλα *Dioſc.*

Milch/Kühmilch.

Lac Vaccinum, qvorumlibet aliorum Animalium craſſius ac pingvius judicatur; ob id Corporis molem & obeſitatem adipiſci volentibus accommodatiſſimum, alimentum cúm pauperculis túm divitibus commodiſſimum, ad pultes & fercula aptum.

Utiliter bibitur diarrhæâ, dyſenteriâ & teneſmo laborantibus, ſi in eo ſilices aut chalybs decoct. fuerint.

Recens efficax eſt contra roſiones uſtionesq; ab exitialibus medicamentis factas, uti á Cantharidibus, Aconito, Laureolo, Eſula &c.

Renum & Veſicæ dolori convenit.

Gargarizatu exulceratis faucibus tonſillisq; prodeſt,

Stomachum tamen non aſſvetis & Inteſtina inflatione vexat. Nocet Splenicis, Hepaticis, Comitialibus, Vertiginoſis, febricitantibus & capite dolentibus, atteſtante Medicorum principe Hippoc. aphor. 64. lib. 5.

Lac præbere Capite dolentibus, febriculoſis, & qvibus Hypochondria elata aut murmurantia, & ſiticuloſis, malú.

Lactis pingvedo, flos Lactis.

Αφρογάλα, πίον πίας τοῦ γάλακτος

Caput ſeu ſpuma Lactis.

Cremor Lactis.

Saum/Raum Milchraum.

Lac eſt pingviſſimum dulce, palato maximé arridens, ad nutriendum & moderaté penetrandum idoneum.

Condimentum variorum ciborum. Ad intinctus etiam menſis cum carnibus aſſis, maximé turdis, imponitur, inſperſis aromatibus Zz. Caryophyll. Cinnamom, Cymino & ſale: verúm nimius & freqvens ejus uſus ob pingvedinis copiá, ventriculum relaxat, cuncto ſupernatat cibo, nutrimentum ejicit, anteqvam concoqvatur, Vapores in Caput mittit, craſſum generat ſuccum, & febribus materiam præbet. Dentibus qvinetiam nocet gingvisq; uſus aſſiduus, qvippe has humidas reddit, dentes putrefactioni obnoxios.

Frangulæ cortices interiores

Digitized by Google

res crocei in lactis cremore decocti, ad ungventi conſiſtentiam, papillarum rimas in Mulieribus litu ſanant, & ſcabiem citiſſimé curant, vulgato ac freqventi uſu.

Butyrum.

βούτυρον Dioſc.

Butter.

Paratur ex lactis pingvedine diligenter agitato & concuſſo in vaſis lacte, donec pingve ſeparetur; dein abluitur aqva pura ſæpius, & addito ſale ad uſum reponitur.

Culinis & menſis Sileſiæ noſtræ nihil freqventius. Qvocunq; enim oleo magis tum nutrit, tum cibos condit; qvó fit ut obſoniis additum, olei atq; adipis vicem meritó penſet.

Calidum eſt temperaté, naturâ pingve & oleoſum, facultatisq; concoqventis, paullulum etiam habens digerendi potentiæ, in mediis nimirum Corporibus, ſecundum duritiem & mollitiem.

Mollit, lenit, polit, laxat, reſolvit, coqvit, hebetudini Oculorum præſertim á ſiccitate prodeſt. Cicatrices & Albugines exterit, declinationem calidarum fluxionum juvat.

In mollibus Corporibus phlegmonas concoqvit & digerit perfacilé. Bubones & parotides juvat, gingivas extenuat, Dentitiones Puerorum gingivis illitum, & omnes alios in ore affectus phlegmonoſos, poſteaqvam fluxio reſtiterit, digerit pariter & concoqvit.

In cibo cum amygdalis mundis & ſaccharo pituitam digerit, tuſſim frigidam & ſiccam tollit. Pleuriticis & Peripneumonicis affectibus commodú.

Recens etiam contra beſtias, qvæ virus ejaculantur, venenaq; & foris illitum & per os ſumtum, efficax eſt.

In Aëris peſtilenti conſtitutione, qvotidié cum panis buccella una atq; altera devorata notum prophylacticum.

Illud obſervandum, Butyrú bilioſis & calidioribus Naturis, & febricitátibus non æqvé competere, qvód facile in bilem convertatur. Inſuper, immoderatiore uſu, ob ſuperabundantem & humiditatem & pingvitudinem, Ventriculum reſupinare ac ſubvertere, & ad vomitú incitare. Neq; ultimo poſt alios cibos loco (qvod freqventiús apud nos fieri ſolet) ingerere convenit; qvippe cúm humidum ſit ac lubricum, facileq; ſubduci qveat in

 ſuperficie

ſuperficie natans corrũpitur: ob hoc ipſum ante alios cibos ſumendum eſt, ita enim citius ſubducitur & aliis cibis viam munit.

Butyri fuligo,
Butter Rum.

Exiccat, abſtergit, fluxiones cohibet, & ulcera celeriter ad cicatricem perducit. In medicamentis Oculorum utilis.

Lac ſeroſum, agitatum, ebutyratum, acidum.
γάλα ὀξῶδες
ὀξύγαλα Nonn.
ButterMilch/
RührMilch/
SchlotterMilch.

Colligitur, poſtqvam butyrum fuerit ſeparatum, Agricolis & validis Corporibus edulium utile & freqvens, æſtate præſertim. Sumptitatum Corpora maximé impingvat.

Craſſi eſt ſucci. Refrigerat, humectat, emollit, alvum lubricat, flatus gignit. Confert calidiori Ventriculo & febricitantibus: frigidiori econtrá adverſiſſimum.

Caſeus bubulus,
Τυρὸς Dioſc.
Ein Käſe / Rindern Käſe.

Paratur ex craſſiore Lactis ſubſtantia, admiſto Coagulo, & expreſſo inde ſero, ſalito & exiccato.

Fiunt variis modis: vel enim ex lacte tenuiore demto flore parantur: vel ex lacte cum cremore ſeu pingvedine finguntur, ſine aromatibus: aut variis herbis, Satureja, Salvia, Majorana, Roſmarino, Sambuci floribus, Macis, Caryophyllis, Croco &c. condiuntur.

Lac nonnihil calefit, dein coagulum demittitur, ut ſcindatur, tandem ſerum ſeparatur, & reliqvum in Orbis formam redigitur.

Probatur recens in cibo, neq; acris, qvi noxam Ventriculo non inferat faciliúsq; concoqvatur.

Non Argus, Largus, non Magdalena, Mathuſlem,
Non Abacuc, Lazarus, Caſeus iſte bonus.

Frigidæ eſt naturæ, adſtringit, craſſos gignit humores, ægré concoqvitur, Calculoſis & otioſis maximé noxius.

Ruſtica gens, & paupercula plebs, hoc indifferenter ſine noxa qvotidié in cibo fruitur; qvam probé nutrit & alit.

Caſeus

Caſeus & Panis, ſunt medicina ſanis.

Si toti humanæ naturæ malus eſſet; omnes utiq; læderet: ſed contrarium longa obſervatione conſtat. Igitur haud offenderit, ſi recens in fine menſæ non multúm ſalitus,pro ſigillo ſtomachi aſſumtus fuerit.

Schola Salernitana.

Ignari Medici me dicunt eſſe nocivum,
Sed tamen ignorant cur nocumenta feram.
Experto reor eſſe ratum, qva commoditate
Langventi ſtomacho caſeus addat opem.
Caſeus ante cibum confert, ſi defluat alvus,
Si conſtipetur, terminat ille dapes.
Ad fundum Stomachi dum ſumta cibaria trudit,
Vim digeſtivam non minus ille juvat.
Si Stomachus langvet, vel ſi minus appetit ille,
Fit gratus Stomacho conciliansq; cibúm.

Vetus, qvi lingvam parumper vellicat, qvampluri-mis gratior redditur, omnium peſſimus eſt. Cæteris enim magis adurit, ſitim excitat,& difficilius perficitur. Calculum in Renibus gignit, Iecur obſtruit, alvum cohibet. In calidis naturis atram bilem gignit.

Caſeus recens mollis impoſitus, Podagricorum dolores ex calida cauſſa mirificé lenit.

Acris Artheticorum tophis cum croco bené facit.

Caſeus preſſus, Ein Zwetzſch Käſe.

Sacculo incluſi lineo torculari fortiter premuntur & ſiccantur. Cæteris feré præferuntur.

Caſeus oxygalactinus Ein Quarck/ Sil. Caſeus acidiuſculus.

Ex lacte conſtat frigido, addito Coagulo, & per triduum reponitur loco ut aceſcat tepido, dein per ſacculum lineum ſero ſecreto,& ſemine Carveo, Croco, Satureja, Macis &ç. additis, in variam feminæ effingunt formam, vel tricipitem, vel in Pyri longiuſculam ſeu turbinatam, vel in rotundam, aut utrinq; acuminatam. Addunt aliæ Caſeum friatum,ſiccum, &cum pingvedine lactis add. ſem.carveo,Croco aut Caryophyllis in maſſam redigunt.

Digitized by Google

Hoc circumlinuntur Apum alvei, felle permixto taurino arbores ſi teredine infeſtantur. Vineis utile.

Aqva deſtillata ambuſta ſanat, Inflammationes mitigat & Podagricos dolores impoſita.

Vitulus.

ὁ μόσχος, Ἰταλος, πέταλος olim.

Vitulus á vitulando, id eſt, laſciviendo. Ein Kalb.

Bos novellus, Vitulus ſubrumus, qvi adhuc ſub matre eſt.

Ein Ochſſtälblin ſo noch ſauget.

Vitula, Bucula βοΐδιον ἡ μόσχος, Ein Küh Kälblin.

Bos lactens, tener, imbellis, ferox.

Caro Vituli lactentis, μόσχειον κρέας, qvatuor vel qvinqve hebdomadarum, mollis eſt & humida, facilioris digeſtionis, tutiùs qvám bubula editur. Temperati enim & probi alimenti exiſtit, ſuccum generat bonum, & probé nutrit.

Aſſaria Renum, Ein Nieren Braten.

Venter cum Inteſtinis, Das Gekröſe.

Elixatur aceto, Vino, & aromatibus conditus, primis menſis offertur, ferculum palato gratum.

Caput Vituli ferventi aqva pilis demtis elixatur, & aceto, pipere integro, Zingibere, Lardo frixo conditum apponitur. Ein Kalbes Kopff. Succum gignit glutinoſum & pituitoſum.

Oſſa ejus combuſta in pollinem redacta, ad catillos Metallorũ probatoribus idonea.

Ex Pulmonibus, additis Veronica, Betonica, Salvia, flor. Violarum, Macis &c. aqva elicitur, phthiſicis & tabidis ſalutaris.

Medulla Vitulina vim obtinet indurata & ſcirrhoſa Corpóra emolliendi, ſive muſculis, ſive tendonibus, ſive ligamentis id accidat, ſive etiam viſceribus.

Igni ſacro *Stercus Vitulinum* recens illinitur.

Juvencus.

Ταυρίδιον,

Ein Stierkechin/ Zeit Ochſe.

Bos junior, qvi jam vitulus eſſe deſiit, á juvando, qvód jam Dominum in agro colendo juvare poſſit.

Juvenca,

πόρτις, πόρταξ. Junix teneræ ætatis, Ein Kalbe,

Bos

Bos femina, qvæ jam ceſſavit Vitula eſſe, nec dum tamen ad ſummam magnitudinem pervenit.

Taurus caſtratus.

βοῦς ἐκτομίας,

Bos,

Ein Ochſe/geſchnitten Ochſe.

Tempus caſtrandi Anniculis eſt, alioqvin minores deformioresq; evadunt.

Præſtantiores ſunt juniores, pingviores. Commendantur á teneritudine & ſvavitate Carnis, Polonici, qvi qvotannis ex Litvania & Polonia adducuntur.

Caro bubula, κρέα βόεια. βούβελα, frigidæ eſt & ſiccæ naturæ, nec adeó pravi ſucci & difficilis concoctionis, ut qvidam prodiderunt. Corpora enim noſtra alit commodiſſimé, & alimentum præſertim laborioſis ſuggerit firmum, nec diſſipatu facilem, roburq; & ſanitatem tuetur.

Hyeme & Autumno accommodatior ejus uſus.

Vetulorum & macilentorum Carnes inſvaves ſunt, ægré concoqvũtur, & ſuccum procreant craſſum, turbidum & Melancholicum.

πιμελὴ τῆς χονδρώδης, der Bruſtkern/ das Bruſtſtücke/ ſolidior eſu gratiorqve eſt propter pingvedinem.

Aſſaria in fictili percocta, Ein Topffbraten.

℞. Aſſariam Lumborum ſine oſſibus, qvæ tota in vaſe reponatur, affuſo aceto cum ſale & baccis Iuniperi, & ſic vel horis aliqvot, vel etiam diebus macerata, cum jure illo admixta aqva lixatur, donec modicum ejus juris ſuperſit; qvo medio feré conſumto additur aliqvid Butyri cocti. Sic & tenerior, & palato gratior evadit.

Pedes in canario elixi, frigidi cum aceto manduntur.

Circa feſtum Galli & Simonis Iudæ, Noſtrates Carnes ſale maceratas in camino ſuſpenſas fumigant, ramis viridibus Iuniperi accenſis, dein reponunt, & ſic integro anno incorruptas ſervant, Aeſtate operariis & Agricolis cibus commodus.

Sebũ, στέαρ βόειον, Vnſchlet. Sicciꝰ eſt adipe, nec fúditur facilé aut liqveſcit, eſtq; fragile & ad liqvefactioné coit, atq; concreſcit iterũ. Valet ad roſionem in Inteſtino recto aut Colo, nec non difficultatem Inteſtinorũ aut Teneſmũ experientibus accommodatum.

Medulla

Medulla taurina colligitur hyemis initio. Calefacit, mollit, rarefacit, ulcera explet. Nervis induratis confert. Tertio loco poſt Cervinam & Vitulinam laudatur.

Os è corde Tauri, Creutzlin auſm hertzen Sæpé in corde Boum, maximé Taurorum, cartilago ſive oſſiculum continetur, Cervino non diſſimile, qvod Lanii Vratislavienſes diligenter colligunt, & paſſim pro oſſiculo é corde Cervi Pharmacopœis imperitis obtrudunt.

Lapilli in folliculo fellis naſcuntur, qvandoq; crocei coloris, friabiles, poti Veſicæ Calculos comminuunt, Icteritiæ medentur, & tritiBetæ ſucco immiſti in Errhinis, Comitialibus ſubveniunt, & viſum mirificé acuunt.

Coria veteramentaria
κατβύματα Dioſc.
Alte Schuſleck e.

Crematorum cinis ambuſta igni, Intertrigines, nec calceamentorum attritus ſanat.

Fumus Naribus acceptus efficaciſſimus ad Vulvæ ſtrangulatus remedium.

Eodem ſerpentes fugari, Aeremq; peſtilentem emendari compertum eſt.

Camelus.

κάμηλος
Camelus Bactriana.
Ein Camel/
Camelthier.

Animal inter biſulca maximum, longo & gracili collo, capite exili, altis cruribus, amplo pectore & villoſo; tuberibus in Dorſo binis, ut ephippia eminentibus, Colore fuſco vergente ad flavedinem, pelle dura, inimicum & infenſum Eqvis. Ab inceſto coitu alieniſſimum.

Dentium ſuperiore ordine caret, & ut Bos ruminat.

Toto tempore, qvo rei Venereæ cupidine incitatus geſtit, ſibi usq; ab omnibus animalibus timet, ut ſolitudines petat: & id temporis ab omnium conſortio ſeparatus ſolam feminam affectetur.

In Arabia freqvens, rara Sileſiæ, nec niſi aliqvando in aulis Principum viſitur.

Paſcit

Digitized by Google

Paſcit herbas & fruges. Hordeo delectatur.

Unipara eſt,& uterum fert decem menſes.

Vivit diu, plusqvám qvinqvaginta annos.

Duplex in miniſterium habentur Cameli,vel oneri ferendo accommodantur, vel ad pernicitatem leves.

Caro dulciſſima ab humana, ex Sacris literis cibo interdicta.

Camelus Dromedarius.

κάμηλος δρομὰς á curſu & velocitate.

Camelus Dromas *Geſn.*

Camelus Arabica

Ein Dromedar

Dromedir.

A Camelo, ſaltem gibbo in medio Dorſo elato differt. Curſu mirabili viget.

Aliqvando ſpectaculi cauſa circumfertur.

Ex pilis Dromedariorum & Camelorum,qvi mediocriter molles & criſpi ſunt, panni conficiuntur Camelotti dicti. Schamlot.

Canis.

κύων á κύειν id eſt amare.

σκύλαξ

Ein Hund.

Canis femina ein Zugel Hindin.

Animal eſt latrabile φιλάνθρωπον, homini fideliſſimum, á canendo dictum, qvód noctu in cuſtodia & in venando ſignum det. Qvis hominum clariús, aut tanta vociferatione beſtiam vel feram prædicat, qvám ille latratu? Qvis famulus amantior Domini? qvis fidelior comes? qvis cuſtos incorruptior? qvis excubitor inveniri poteſt vigilantior? qvis deniq; ultor aut vindex conſtantior? *Columell. lib. 7. cap. 12.*

Ambroſius: Nullum animal tam tenax eſſe beneficii poteſt ut Canis, & memor gratiæ, qvandoqvidem pro domino ſuo & latrones inſilire, & extraneis nocturnos acceſſus noverit prohibere, mori pro dominis, & commori dominis ſunt parati; ſæpé etiam illatæ necis evidentia Canes ad redarguendum reos indicia prodiderunt.

Mira ei docilitas, utpote qvi nutus domini ſui novit, nemine

nemine alio id animadvertente.

Ob calidiorem & ſicciorem Cerebri conſtitutionem maxima odorandi ſagacitate præditi ſunt Canes, ut etiam veſtigia ferarum & Dominorum longo póſt intervallo perſentiant.

Coeunt averſa parte, & uno coitu implentur, uterum gerunt novem hebdomadis aut diebus 61. 62. 63. Pariunt qvinqve, ſex, ſeptem, 8. 9. 10. & qvidem cæcos: ante ſeptimum aut nonum diem non cernunt.

Siccæ eſt temperaturæ.

Lac primiparæ perunctum facit glabeſcere: contra venena Antidoti vicem obtinet. Inſtillatum ſedat aurium dolores.

Axungia canina, Hundsſchmer / ex aceto ſeu Cereviſia bibitur adverſus caſum ex alto, ad contuſa & rúpta, vulgi experimento. Aures exſurdatas reparat, earumq; ut & podagræ dolorem tollit. Scabiem Manuum ſanat, & pruritum lenit inuncta.

Fel Canis nigri cum appropriatis ex pulvere ſumtū, Epilepticis facto periculo miré conducit.

Urina pruritus & Lepras cum nitro expurgat; vetus; ulcera Capitis manantia, furfures, Pſoras & fervidas eruptiones multó magis abstergit.

Stercus caninum.

Album græcum Officinarum.

Hundskaath / Hundsdreck.

Colligitur ab iis Canibus, qvi ſolis oſſibus per triduum nutriti fuerunt; ob id durum, album, neq; graviter olet.

Siccatur & lævigatur, per cribrum medicinale trajicitur, & ad uſum ſervatur.

Digerit, conſtringit, ſiccat ſine morſu.

Fiſtulâ Gutturi inſufflatum valentiſſ. eſt remedium in cruſtis Oris & Angina, in Pariſthmiorum Phlegmone, & Tonſillarum magna inflammatione,

In

In Dyſenteriis ex lacte Caprillo probé cocto, & chalybe ſeu ignitis lapidibus uſtulato.

Prodeſt & ſummé inveteratis & malignis ulceribus inſperſum, vel Emplaſtris ad id facientibus commiſtum

Ventri illitum aqvas trahit, hydropicis utile.

Calvariæ cinis ulcera deſiccat, ſedis vitia, rhagades & Teſticulorum tumores curat.

Dentium cinis cum Melle vel Butyro illita Mandibulis Infantium, facilem reddit dentitionem.

Pellis bené macerata & comparata cum materia adſtringente galla, alumine &c. geſtata, plurimum facit ad præcautionem Podagræ. Chirotecæ ex hac paratæ, Manuum leniunt pruritum.

Canum variæ ſunt differentiæ, moresq; diverſi.

Mille Canum patriæ, ductiq;
ab origine mores.

Cuiq; ſua. *Gratius.*

Canis domeſticus.

Κύων οἰκουρὸς,	Οἰκόθουρος
Canis villaticus	Adclamator
Ein Haushund/ Dorffriede/ Wacker.	Forbergs-Hund Wachthund

Adverſus Hominum inſidias eligitur, & villam, qvæq; villæ juncta ſunt, cuſtodit.

Canis pecuarius.

Κύων ποιμενικὸς
Canis paſtoralis
Ein Schaffriede/ Riede/ Vieh-Hund.

Qvi incurſus Luporum & Abigeorum cavet. Domi obſervat ſtabulum, foris pecora paſcentia.

Canis Anglicus.

μολοττὸς.
Canis Britannicus,
Moloſſus
Ein Engliſcher Hund.

Non ſpecie tantum & decore, qvantum viribus pollet & taciturna ſolertia.

Robuſtus eſt, magnanimus & fortis.

Digitized by Google

Canis aqvaticus.

Λάσιος λαχνώδης
Canis villoſus, aqvaticus.
Ein Waſſerhund
Schieshund/
Zottechterhund.

Qvi Aves bombardâ percuſſas, ex aqvis reportat.

Canis venaticus.

κύων θηρευτικός
Canis velox, gallicus.
Curſor.
Ein Wind Windſpiel
Jaghund/Flieger.

Qvi latebrâ ejectas & fugatas feras perſeqvitur, & vel mordicús comprehenſas retinet.

Canis veſtigator

Κύων ἰχνευτικός
Canis ſagax, odorus, odoriſeqvus.
Ein Spier-Hund.

Mediocris eſt magnitudinis, cujus in venatu ſolertia & ſagacitas plurima, Naris enim ſagacitate & odore ſcrutatur & explorat, & vel prodit inditio, vel de latebris perveſtigatas exturbat feras.

Vertagus

Ein Steuber.

Pauló minor cane ſagaci, qvi explorat feras.

Canicula cavernarum.

Ein Lochhündlin/Küchhündlin/Schliefferlin/Dachshund.

Subit Vulpium ac Melium cavernas,& morſibus ad exitum cogit.

Canicula ſangvinea.

Ein Bluthund / der dem Blutte nachſpüret/ Leithunde/die man an ſtarcken Koppeln allezeit leiten mus.

Qvi feram ſauciatam ac vulneratam ſcrutando prodit.

Canicula avicularis.

Ein Federſpiel / Ablaghund verlegen Hund.

Canis

Canis Melitæus.

Κύων μελιταῖος.
Ein Luſthündlin
Spielhündlin/
Jungfrawhündlin.

Catellus eſt, qvi animi cauſſa nutritur, & ad luſum Mulierculárum duntaxat.

Ab inſula Melita, ubi in delitiis fuiſſe Canes Melitæos, Athenæus ſcribit.

Catulus.

Catellus, Catella
κυνάριον σκύμνος
κυνίδιον
Ein Hündlin/ Junghündlin
Gwelff.

Catulus lactens ventri appoſitus malum Colicorum ad ſe trahit, doloresq; Colicos levat. Ventriculo frigido & langventi calorem & robur fotu afflat. Ingraveſcente dolore Podagrico ad pedem affectum poſitus, non tantúm calore ſuo difflat materiam & digerit, ſed mali vim ad ſe pertrahit, ita ut interdũ qvoq; mori ſit animadverſum.

Axungia Catuli articulis reſolutis auxiliatur, ſi ea Spina Dorſi & artus illinantur.

Canis rabidus.

Κύων λυσσώδης
ein törichter/raſender Hund/
wüttender tauber Hund.

Canis magis æſtate Caniculæ ardoribus, & hyeme frigoribus vehementiſſimis in rabiem agitur, qvám reliqvis temporibus ab atrabilariis excrementis: peruſto nimirum æſtate eorum ſangvine, hyeme veró frigoribus concreto.

Inſidet virus in ſaliva calidum & ſiccum, malignum venenatum & contagioſum.

Indicia ſunt: Corpus gracile ſiccum: Oculi rubent: Cauda demiſſa: ſpuma ex ore fluit: Lingva foris porrigitur tanqvam bile colorata: Obviũ qvemq; inſilit, citraq; rationem occurrit: gradu incedit lento: Aures demiſſæ: Vox abſciſſa: Caput ſtupidum &ç.

Morſi á cane rabido

λυσσόδηκτοι, ὑδροφόβοι.

Vulnus apparet manifeſtum.

Taciturni ſunt & cogitabundi.

Somnus inqvietus cum pavorib. nocturnis.

Aſpectus ferinus cum ſubmurmuratione.

Solitudines deligunt, Lucem & candida oderunt.

Facies & extremæ partes rubent.

Aqvam expaveſcunt: Nervi convelluntur.

Siti deficiunt, & tandem miſerabiliter moriuntur.

Antidota.

Cancrorum fluviatilium cinis cum Gentiana & Thure.

Raſura Taxi Arboris.

Gentiana, Ariſtolochia.

Lumbrici terreni præparati.

Fraxini ſummitates, Caſtoreum.

Jus Hirundinum coctarum potum.

Theriaca Andromachi.

Mithridatium.

Diateſſaron.

Antidotus Mattioli.

Aqva noſtra Theriacalis.

Vulneri: Oxalis trita & impoſita.

Verbena

Sigillata Strigenſis.

Bolus Armenus,

Theriaca.

Pili Canis rabidi impoſiti.

Capreolus.

Δορκὰς *Ariſt.* á δέρκω, id eſt, acuté video.

δόρξ, δορκαλὶς.

Caprea *Plin. & Recent.* qvód qvandam Capræ ſimilitudinem habeat; vel á carpendis virgultis.

Ein Reeh Gil.
Reehböcklin.
Reehgeiß.

Corpore Cervum refert, niſi qvód minor ſit. Cornua exigua, ramoſa, Cervinis feré ſimilia, nec ſingulis annis, ut Cervis, decidua. Timidus eſt & curſus velociſſimi, noctu æqvé cernere ac interdiu creditur.

Paſſim in ſylvis vaſtis & montibus verſatur. Hyeme Rubi foliis virentib. fruitur.

Capitur ut Cervus.

Caro Capreoli ex velocitate motus& curſu aſſiduo,á ſuperfluis humiditatibus exoneratur, teneriorq; & concoctu facilior redditur ſeu efficitur, ejusq; ſaporis & odoris gravitas tollitur. Corpori bonum alimentum exhibet, & minús excrementium; qvamvis ſangvinem ad atram bilem aliqvando tendentem creet.

Conveniens

Conveniens Cibus Pituitoſis, Colicis, Dyſentericis, Comitialibus, ob ſiccandi vim. Obſtruit tamen alvum.

Præparatur ut Leporina & Cervina. Coxæ Rechkeulen aſſantur, ſuperfuſo liqvamine ex vino ſaccharo, Amygdalis, Paſſulis & aromate cõdito, pro delitiis habentur.

Jecur toſtum comeſtum, Oculorum aciẽ reficere creditur.

Fel Auribus inſtillatur, cum ol. Roſ. earum ſtrepitus & ſibilum demit. Cum Melle Oculis illitum nævos & ungves diſcutit, viſumq́; reficit.

Stercus ex vino albo potum, contra Icteritiam præſentaneum remedium.

Pellis depilata præparatur ad indumenta & *tibialia*. Præfertur Hircinæ.

Ex cornibus candelabra fiũt.

Catus domeſticus.

ὁ γαλεώτης

Αἴλουρος, παρὰ τὸ αἰόλλειν τὴν οὐρὰν á blanda Caudæ vibratione.

Catus qvaſi cautus, á ſolertia & aſtutia in venandis Muribꝰ.

Felis, Feles, Cattus murilegꝰ.

Ein Katze/Katter.

Animal eſt nocturnum, familiare ac domeſticum, ſpecie Leoni non abſimile, præſertim facie, dentibus & ungvibus. Auriculæ acutiores. In tenebris illi fulgent radiantq́; oculi. Lingva imbricatæ aſperitatis, & limæ ſimilis, attenuansq; cutem hominis. Feminæ libidinoſæ ſunt & ſalaces: itaq; Mares ad coitum ipſæ freqventer alliciunt, invitant, cogunt, puniunt etiam, niſi pareant.

Tot numero pariunt, qvot Canes.

Muribus eſt infeſtus & Avibus. Lepuſculis qvóq; inſidias molitur, Piſces mirè appetit, qvibus tandem & veſcitur.

Ad decem annos vitam ſuam extendit.

Differt colore. Alius enim rubet, alius candicat, griſeus alius, alius niger prorſus, alius deniq; coloris varii.

Caro Cati laxa & mollis hæmorrhoides ſanat, ſalita, tuſa & impoſita, extrahit ſagittas, tela, aculeos, ſpicula.

Qvi de **Cerebro** maſculi Cati ederit, dementatur ferè. Meatus enim Cerebri obſtruit, ut ſpiritus Animales impediat, ne ad poſteriorem ventriculum tranſeant; unde excluſa memoria ſine mente efficitur Hinc proverbium enatum in Amentes.

Er hat Katzen gehürn geſſen.

Curantur Lemnia terra ex aq. Majora. Diamosch. dulc. cum Vino, Pulv. bezoartico noſtro precioſo,& aliis qvibus ſpiritus reficiuntur.

Axungia Cati caſtrati, mirificè Articulorum affectibus prodeſſe, experientia comprobatur.

Spinam aliudve qvid faucibus adhærens, Felis fimo extrinſecus perfricato, aut reddi aut relabi tradunt.

Stercus Cati æqvali pondere Sinapis ex aceto illitum, Alopecias curat, & Podagricos juvat.

Sangvinis guttulæ tres ex venula ſub cauda aperta Cati maris, cum Malvatico potæ, Caducum penitus curant, ut per vitam non redeat, Nobilis qvidam obſervavit.

Catus ſylveſtris.

γαλῆ ἀγρία Ariſt. Gaz.
Felis ſylveſtris.
Ein Wilde Katze
BaumReuter.

Major eſt domeſtico, pilo ex ariſco fulveſcente ſed variato, nigritie undulatim intermixta.

Vivit in montibus & ſylvis ex captu Murium, Avicularum & Lepuſculornm &c. Arbores ſcandit prædæ gratia.

Aliqvando retibus Leporibus tenſis capiuntur: freqventer bombardarum globis impetuntur.

Caro mollis & humida, qvâ Qvidam in cibo utuntur, capite & caudâ abſciſſis.

Axungia calefacit,emollit, diſcutit. Ad Contracturas & Articulorum affectus reponitur: haud contemnendi uſus.

Pellis mollis & pingviuſcnla paratur á Pellionibus ad calefaciendum Ventriculum frigidum, appetitumq; excitandum, inſtar ſcuti ſtomachici, verùm Oculos debiliores offendit. Arthetici Articulis imponunt.

Cercopithecus.

Κερκοπίθηκος
Κῆβος Ariſtol.
Simia Maris
Eine Meerkatze.

Ludicrum & actionum Hominis æmulum animal, Simiæ diſſimile voce, pilo Aſinino, nigro

nigro Capite, Cauda prolixa.

Cercopithecos generat Africa.

A Nobilibus aliqvando aluntur.

Cervus.

ὁ ἔλαφος παρὰ τὸ τοὺς ὄφεις ἑλεῖν qvód ſerpentes capiat.

Cervus ἀπὸ τῶν κεράτων á cornibus gerendis.

Ein Hirſche Hirß.

Cerva ἡ ἔλαφος Eine Hinn/ Hinne/ Hindin.

Genus Animalium ſylveſtr. ſimplex, & omnium rerum miraculo ſtupens, curſus velociſſimi, & ingentibus armatum cornibus.

Magnitudo ei Aſini, Corpus fulvum, aliqvando candidum. Collum gerit procerum, atq; erectum, ſummasq; cacuminat Aures. Crura habet gracilia. Dentium ordine ſuperiore caret, & ruminat. Nam ita diviſæ apparent, ut qvadruplices videantur: Cor pro ratione magnum. Felle vacat.

Femina minor Cervo, Cornuum inops mutilaq; eſt, viſu acuto, ſciſſa ac veluti diviſa Aure eſt. Ubera qvaterna ut vacca habet.

In Sileſia noſtra Cervi hodié minús qvám olim abundant, qvia ſylvæ ob Incolarum freqventiam indies minuuntur.

Ad ſex annos rami augentur. Vanum eſt credere, Cervorum ætatis annos dignoſci poſſe ramorum numero, qvód ſingulis annis unum ſuperaddant. Qvippe cúm longævi admodum ſint, ſi qvotannis ramorum numerus augeretur; profectò iis, qvos ultra centum annos vixiſſe narrant Autores, Cornua qvercubus & pinis majora fuiſſent. Senectutem indicant Dentes, cúm aut pauci inveniuntur, aut nulli.

Omnibus annis ſtatuto Veris tempore, menſe ſcil. Aprili Cornua amittunt. Qvo facto occultant ſeſe interdiu velut inermes, idq; aſperis opacisq; faciũt locis, ut Muſcarum tædiis vacent. Et qvandiu carent iis, noctu procedunt ad pabula, donec recipiant Cornua, qvæ primúm qvaſi Cute veſtita, & molli lanugine hirtiuſcula emittunt: ſed cúm creverint, Soli exponunt, ut excoqvantur & ſiccescant.

Coitus ab Arcturo, menſe Auguſto & Septembri circa diem Egidii, hinc venatores dicere ſolent :

Auff Egidi tritt der Hirſch in die Brunſt.

Implentur paucis diebus, & ab eodem multæ, Uterum ferunt octo menſes magna ex parte unum, aliqvando geminos pariunt.

Libidinis tempore efferantur, & certant pro feminis, ſeq; mutuis interdum vulneribus vel Mortis periculo conficiunt.

Caro cervina, τὸ ἐλάφειον, Hirſchwildpret/ Calida eſt dura & ſicca, Bubulæ ſimilis. Tardé enim concoqvitur, parú alit, ac bilem atram auget, & vitioſum ſangvinem gignit.

Hyeme tutius ſumitur qvám æſtate, meliusq; ab innato calore ſuperatur. Niſi enim probé concoqvatur, craſſum humorem generat, Jecurq; & Splenem obſepit obſtruitq;. Qvinetiam Corpus tremulum atq; infirmum evadere, ex freqventi & immoderato eius uſu traditur.

Libidinis tempore vitiatur & fœtet, Extremitas Caudæ venenata creditur.

Sangvis, Alvi fluxiones cohibet, ex vino ſumtus venenatis ſagittis reſiſtit.

Pulmo Phthiſicis utilis, cum gula ſubarefactus in fumo, deinde tuſus, ex Melle tuſſim ſanat.

Sebum ſiccantis eſt naturæ, calefacit, lenit. Intertrigines lenit, infarcit, ſanat Labiorum fiſſuras.

Medulla, ἐλάφειος μυελὸς, omnium laudatiſſima, calefacit, mollit, rarefacit, ulcera explet, venenata fugat peruncta ut Serpentes; indurata & ſcirrhoſa Corpora emollit, ſive Muſculis, ſive tendinibus, ſive ligamentis, ſive etiam viſceribus id accidat. Curat ambuſta. Conducit omnibus inflammationibus, præſertim Vulvæ.

Pudendum Cervi.

Αἰδοῖον ἐλάφου Dioſc.

Genitale

Genitale Cervi

Sangvine probé expreſſo, abluitur vino aut aqva deſtillata; deinde in furno probé exiccatur & reponitur.

Cum vino generoſo incitat Venerem, remorantibus urinis auxilio eſt,& dyſentericis ſalutaris.

Adverſus peſtem & Morbum Comitialem á Nonnullis prædicatur.

Teſticuli Cervini ſicci ex vino poti,concubitum cum voluptate excitant.

Cornu Cervi.

ἐλάφου κέρας *Dioſc.*
Cornu Cervinum
Hirſch-Horn.

Cornua gemina majora
Ein Gehürn/Hirſchgeweih.

Cornua tenera & ſimplicia Morchkolben. In cibum Nobilium & Principum veniunt. Aqva ex his deſtillatur, contra venena & morbum Comitialem magni uſus.

Rami majores Stangen.

Rami minores Ende/ Zincken.

Adminicula, Αμυντῆρες vocantur rami, qvi imis Cornibus prominent ante frontem, qvibus in pugna utuntur juniores : ſenes autem carent.

Integra ligneo Capiti inſerta, Divitum & Nobilium parietibus affiguntur, cúm ornamenti gratiâ, túm ut uſum præbeant ſuſpendendi á ramis, qvæ qvis voluerit.

Ad uſum Medicum commendantur collecta intra feſtivitates Mariæ, id eſt intra xv. Auguſt. & VIII. Septembris; qvód his temporibus Cervus ſe perfectiſſimé habeat, & conſtet ex omnibus partibus abſoluté.

Frigidæ & ſiccæ ſunt naturæ. Proſunt Dyſenteriæ, excreantibus ſangvinem, Cœliacis, Regio morbo, Veſicæ doloribus, feminis fluxione Vulvæ laborantibus, cum liqvore appropriato.

ξύσμα, Ramentum, geſchabet Hirſchhorn.

Raſura in aqva decocta & pota, mirabiliter Lumbricos

ventris enecat & expellit. Crede mihi, primas iſtas Cuſpides contra venena plus prodeſſe, qvám vulgare Vnicornu, præſertim ſi aſteriſci notam habuerint.

Cornu Cervi uſtum,
Gebrandt Hirſchhorn

Uritur fictili novo crudo, luto circumlito, ad candorem, in fornace figuli, & præparatur lævigando in porphyrio ad uſum. Maximé confert in febribus malignis, ubi fluxus adeſt, & vermes etiam Inteſtina lancinant. Ex vino curat Icterum. Oculorum ulceribus & defluxionibus ſalutare remedium. Dentes vacillantes confirmat. Mirabilem vim tribuunt Nonnulli renaſcentib⁹ Corniculis Cervorum, ubi primúm extuberant, & qvaſi plumata lanugine integra concoqvuntur, dum mollitie diffluant ad acopa.

Os é corde Cervi.

Cordis oſſiculum,
Cartilago Cordis Cervini
Hirſch-Creutzlin/
Creutz auſz'm Hirſchhertz.

Corpus eſt cartilagineum, qvod in ſiniſtra baſi Cordi, ab orificio Arteriæ magnæ & Venæ arterialis, duorum ſemicirculorum pené figura, ſeſe mutuo externo ambitu contingentium, conſiſtit.

In ſenioribus Cervis, nec omnibus, nec ſaltem intra Mariæ feſtivitates, ut vulgi opinio eſt, reperitur.

Paſſim bubulum in Officinis pro Cervino uſurpatur: qvám recté, doctis & in arte exercitatis dijudicandum relinqvo.

Omnibus Cordis affectibus confert genuinum. Occulta proprietate cuſtodit partum, & prægnantibus miré confert. Partum facilem reddit, Cordis Palpitationem, tremorem, Lipothymiam avertit. Omnibus venenis maximoperé adverſatur. Antidotis, Theriacalibus & cordialibus Confectionibus miſcetur.

Calcaneus Cervi.

Ἀςράγαλος Ἐλάφυ.
Ἐλάφειρ, κώνιορ; *Heſiod.*
Talus Cervi,
Hirſchſprung.

Dyſentericis pulver. ex aqva appropriata utilis.

Bezaar Elaphinum.

Bezaar Cervinus. Bezoar lapis *Non. falſo.*

Lachryma

Digitized by Google

Lachryma Cervi *Jul. Caeſ. Scal.*

Moſchus eſt infra Oculos Cervi juxta angulos lachrymales genitus, colore Citri, odore vini, Caſtaneæ magnitudine. Ante centeſimum annum in Cervo nulla eſt, poſt eam ætatem accreſcit ad Oculi canthum, ipſis oſſibus, atq; in os protuberans concreſcit, ea duritia, qvæ Cornu ſuperet; Qva parte prominet, rotunda eſt, inſigni nitore coloris fulvi, non ſine veſtigiis atriorum venularum. Tanta lævitate ut tactum feré effugiat: ita enim ſeſe ſubtrahit, ut propemodum ſeipſam movere videatur. Hæc Jul. Cæſ. Scal.

Vim habet ſiccandi & adſtringendi: Adverſus venena remedium præſentiſſimum. Peſte correptis datur cum vini momento: unde tantus cietur ſudor, ut pené totum ſolvi Corpus credas. Fabæ unius magnitudine ex vino robro ſumtum, mirum in modum commodat, & appropriatum eſt dyſentericis remedium.

νεβϱίς, δοϱά ἐλάφου.

Pellis Cervina Hirſchhaut / aptatur demtis pilis ad Thoracis femoralia & chirotecas.

Feminæ ea ventrem cingunt, Colicæ mederi & partum accelerare affirmantes.

Hinnulus ab hinniendo.
νεβϱὸς, ἐλλὸς
Κεμὰς
Ein Jung Hirß / Hind Hindkalb.

Cervus juvencus ſeu filius, Animal imbelle & debile, acutiſſimi viſus, & velociſſimi curſus.

Coagulum contra Serpentium ictus valet, æqvales cum Leporino vires ſortitur.

Carnes habet teneras & digeſtibiles, propter motus freqventiam.

Inunctus ejus ſebo vel ſangvine, á ſerpente illo die non tangitur.

Cervus Subulo.
Subulo Plin.
Brocardus.
Cervus bimus.
Ein Spiß Hirſch.

Subulones ſunt Cervi, qvibus Cornua ſunt ſimplicia minimeq; ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinem.

Digitized by Google

Anniculis nondum Cornua naſcuntur, niſi qvód initii grátiâ, fit initium qvoddam protuberans,qvod breve hirtumqve eſt. Bimis cornua primúm oriuntur ſimplicia & recta, ad ſubulæ formam. Trimis trifida; atq; deinceps ad hunc modum procedit numerus usq; ad annum ſextum.

Carnes meliores ſunt Cervinis antiqvís, faciliusq; perficiuntur.

Citellus.

Mus Noricus. Agric.
Ein Zieſel
Zeiſel.

Animalculum Criceto minus, inſtar Muſtelæ domeſticæ, longum & tenue, Cauda admodum brevi, colore cinereo ſeu dilutiore. Caret auribus, ſed meatus habet. Dentes murium dentibus ſimiles.

In agris Bojemiæ freqventes, terram excavant, & pro hyberno alimento fruges comportant.

In cibum repiuntur recentes, tum in fumo ſiccati.

Ex hujus pellibus olim fiebant pallia feminarum Sileſiæ, vulgó Weiber Kirſchen.

Cuniculus.

Κύνικλος, γεώρυχος
λαγιδεὺς, δασύπους Ariſt.
Lepus minor
Ein Künigle/ Künele
Kaninichin.

Animalculum Leporini generis, ſed minus, coloris albi, nigri in cinereo fuſci, leporini aut varii, nonnunqvam candidi, nigris aut rutilis maculis ſtellati: cætera Lepori non abſimilis.

In Angliæ, Hiſpaniæ, ac Balearum inſularum ſylvis, lucis ac nemoribus, ingens Cuniculorum copia. Apud nos non niſi domeſtici ſunt, & in domibus aluntur.

Magna ex parte ſub terra, qvam perfodiunt, in cuniculis vitam traducunt. Progrediuntur mané & veſperi, & veſcuntur herbis, gramine, trifolio aliisq; plantis; reliqvo tempore ferè latent.

Miré

Mirè brevi multiplicantur ob crebros partus. Omni enim menſe pariunt & ſuperfœtant, ferè circiter qvinos aut ſenos, aliqvando ſingulos. Statim à partu reqvirunt Mares, & niſi admittantur, indignantur aliqvando. Lac præbent Catulis per dies 21. ferè.

Caro horum dulcis candida, ori grata, melior & facilior Leporina, Stomacho utilis.

Cerebrum venenis reſiſtere creditur.

Cuniculus totus exuſtus cum Coſto & Folio medetur faucium inflammationibus der Breune.

Axungia articulis & nervis induratis utilis.

Dama vulgaris.

Δορκὰς πλατυκέρως Dioſc.

Caprea Platyceros à cornuum latitudine.

Dama recentiorum.
Ein Dämlin/Dämling
gemein Damhirß
Dänhirß.

Capræ eſt magnitudine, colore Dorcadis, Capreolo major. Accedit enim ad corpulentiam Cervi. Cornua habet lata parte ſuperiore, & ramoſa, & cervices jubatas.

His abundat Boruſſia: In Sileſia aluntur in theriotrophiis Magnatum.

Caro in qvalitatibus Capreolo ſimilis, modici recrementi. Sangvinem generat atrabilarium; hæmorrhoides movet.

Elephas.

ἐλέφας Dioſc.
Elephantus
Elephant/Helffant.

Ferarum Qvadrupedum vaſtiſſimum, mitiſſimum & placidiſſimum, ſi circuretur, evadit.

Caput ei magnum, Collum breve, Aures verò undiqꝫ duorum palmorum amplitudine. Naſum, qvæ peculiariter προβοσκὶς promuſcis appellatur, longiſſimum habet, concavum, grandis tubæ inſtar, gracilem, flexilem, mollem, qvi infra anteriores dentes ad terram fermè promittitur, qvo pro manibus utitur.

Eo

Eo namq; Cibos tám ſiccos qvám humidos colligit, capit & in os perinde ac manu admovet. Dentes illi utrinq; qvatuor intus, qvibus conficit cibum, atq; in farinæ ſpeciem molit. Os gerit Pectori proximum, ut qvod cum ſuillo ineat ſimilitudinem; é cujus ſuperna parte Dentes duo prominent præcipuæ magnitudinis, qvi proni cuſpide deorſum vergunt. Decidunt & renaſcuntur qvibusdam temporum intervallis. Pedibus nititur rotundis, diſci inſtar, latitudine duum tri úmve palmorum, qvos calloſa materia obducit. Ungulis qvoqve circum rotundis, mediocrium Concharum magnitudine. Crura ei magna ac fortia (priora poſterioribus longiora) uno tantúm oſſe indiviſa conſtant, ſed genua flectunt, utpoté & cætera Qvadrupeda. Cauda bubuli trium palmorum circiter longitudine, rariſſimis pilis referta. Corio integitur Bubalino ſimili, cancellato rariſſimis horrente pilis, coloris cinerei.

Viſcera Suillis proxima, ſed majora. Genitale parvum ſimile Eqvino. Teſtes intus conditi. Mammas femina habet binas cum papillis duabus, non in pectore, pauló citra ſub armis,

Adoleſcit ad ſexdecim palmorum altitudinem. Uniparum eſt.

Coituri petunt ſolitudines, ineunte Vere circa annum 20. Uterum fert ſex menſes & annum; per triennium ſec. *Ariſt.* Parit poſterioribus Cruribus ſubſidens innitensq; manifeſto cum dolore.

Elephantos fert Aphrica, Mauritania, & Æthiopia: ſed maximos gignit India & Zelia.

Victitant arborum tám frondibus qvám fructibus. Gaudent amnibus, circaq; fluvios vagantur, qvos lubenter intrant Bubalorum more, Hyemis ac frigoris impatientes.

Trecentos annos vivere, autor eſt Baſilius.

Alii Mares vitam extendere ad annos 200. Alii 120. ajunt.

Ingenio & intellectu Hominibus proximi ſunt: ſiqvidem patrios ſermones intelligunt, ſummam præſtant obedientiam, prudentiam ſervant, & religionem præ ſe ferunt.

runt. Solem namq; & Lunam venerantur.

Elephantum vivum Sileſia vidit.

Ebur.

ὀδὼν ἢ μᾶλλον κέρας ἐλέφαντος.
Dens Elephantis,
Cornua Elephantis, *Aelian.*
Elephanten Zahn/
Helffenbein.

Ebur, dentium Elephanticorum materies, non oſſium, qvorum nullus in medicina exiſtit uſus, officinis notum, Siccandi & adſtringendi vim obtinet. Confert diuturnis obſtructionibus. Cordi & Hepati robur addere creditur tota ſubſtantia. Albas Menſium fluxiones ex ſeminis Lactucæ cremore cum aqva, in qva chalybs extinctus, extracto, ſiſtit. Regio Morbo laborantibus ex vino aqva Cichorii aut Lupulorum datur: cum hydromelite, Epilepſiæ.

Singulariter ad vermes in febricitantibus valet.

Mulieres hujus potu ad concipiendum fœtum aptiſſimæ redduntur.

Cum Metridato ſumtum, non parum Memoriæ inſervit.

Illitum cum Melle abſtergit, Paronychia ſanat.

Ebur uſtum,
Σπόδιον,
Spodium *Offic.*
Gebrandt Elffenbein.

Plus ſiccat raſura Eboris. Cum aqua plantaginis curat Sangvinis fluxum & Diarrhæa: nec non Hepatico fluxui & Dyſenteriæ utile.

Eqvus.

Ιππος.
Eqvus ab æqvalitate ſeu paritate,
Ein Pferd/
Roß.

Eqvus admiſſarius,
καβάλλης, ὀχευτὴς ὀχεῦς.
Ein Gaul/
Spring oder Schelhengſt.

Emiſſarius, qvi ſobolis gratia admittitur ad Eqvam.

Digitized by Google

Eqva
ἡ ἵππος, ἱππὰς
ἵππος θήλεια

Ein Studte/ Merch/
Mutterpferd/
Fole.

Canterius qvaſi carentarius, qvód ſemine careat.

Eqvus exectis teſtibus.
Ein Walach
Münch
Hengſt.

Inter Qvadrupedes animal nobiliſſimum, vitæ humanæ multis modis utiliſſimum, ingenii ſimul & Corporis viribus præſtans. Cervix juba ornatur, & pili in juba largi. Dentes ei continui numero 40. in ſenectute candidiores fiunt.

Septimo anno omnes æqvaliter explentur, & ex eo cavatos gerit, nec poſtea qvot annorum ſit, ex Dentium mutatione comprehendi poteſt. Ungulas habet in pedibus ſolidas. Proprium ejus hinnire.

Pabulum ei convenit duriuſculum, & qvod non inflet, ut Avena: aliqvando & Hordeum. Alitur etiam ſtramento, fœno, herba. &ç. Gaudet pratis riguis & paludibus. Bibit enim aqvas libentius turbidas & craſſas; qvæ ſi clara eſt, interturbat cum ungulis ſuis.

Salaciſſim. omnium tum fœminarum, tum Marium Eqvus eſt, excepto Homine. Coire incipit bimus, tám mas qvám femina; ſed hoc in paucis fit. Plurimum autem trimatu coëunt, & proficiunt ſubinde in generando, ut proles præſtantior ad annos uſqve 20. procreetur.

Coitus ſit verno Æqvinoctio. Ab hoc fit admiſſio usq; ad ſolſtitium. Non certo dierum numero impletur; ſed aliqvando uno, duobus aut tribus, aliqvando pluribus. Menſe duodecimo, die 10. naſci ajunt. Pariunt magna ex parte ſingulos, raró gemellos. Gravida ſtans parit.

Vivit mas magna ex parte annis circiter 35. femina plus qvám 40.

Lac

Lac Eqvarum Epilepticis, Phthiſicis, tuſſientibus á veteribus commendatur: hodie ejus uſus contemnitur.

Pingvedo Partis mediæ inter Aures Kampff-ſchmalz Luxatis articulis commodiſſimé illinitur.

Teſtes Eqvi caſtrati fruſtillatim conciſi, & in fumo ſiccati, pulv. & in vino poti, qvantum tribus digitis datur, idq; ſi opus fuerit, bis aut ter repetatur; ad Secúdinas pellendas præſentiſſimum remedium; & plurimis jam deploratis profuit. *Geſn.*

Saliva triduo pota tuſſim ſanat; ad fervorem faucium commendatur á Ruſticis.

Ovum unum atq; alterum Eqvi avena paſti, aceto aut vino diſſolutum, & per ſindonem colatum, addito ſucco Veronicæ, in Colica & Pleuriſi auxiliare á Mulomedicis prædicatur remedium. Crematum cum aceto ſangvinis eruptiones cohibet; etiam recens olfactum. Cum ol. Roſato inſtillatur ad Aurium dolores.

Dentes uſti Dentifriciis miſcentur ad dealbandos dentes.

Ungula ſuffitu mortuos Partus ejicit.

Capilli uſti ſangvinem cohibent:

Ex ſetis Caudæ finguntur laqvei, qvibus, appenſis baccis Sorbi aucupariæ Autumno, in montibus & ſylvis, Turdelarum, Merulorum, Turdorum & Rubecularum infinitus numerus capitur, cúm aliunde in hæc montana advolarunt.

Lichenes Eqvorum.

λειχῆνες ἵππων Dioſc.

Sunt in Eqvorum genubus & ſuper ungulas indurati calli, in earum flexu nati, qvi ad qvemlibet morſum Animalium commendantur.

Hippolithos.

Lapis in eqvo natus.
Roßſtein
Roß Bezoar.

Ante annos paucos civis & vir conſularis Chilianus Othmannus Vratislaviæ aluit Eqvum, qvi per ſeceſſum plures lapides læves, ac ſi politi eſsét,

Bezoarticis Indicis non diſſimiles reddidit: tandem Eqvo mortuo, ſingularis reliqvis major & pulchrior Inteſtino hæſit, cujus magnitudo Limonii mali non exactè rotundus, ſed adeo lævis ac ſi arte expolitus eſſet, lapidem Bezoar dictum ferè repræſentans. Hanc Magnificus ac nobiliſſimus Dom. Abrahamus á Jenckwitz, Capitaneus Vratislavienſis mihi cum Bezoar Perſico pulcerrimo & maximi valoris, aliisqve gemmis Cratonianis oſtendit.

Eqvus refractarius
Hartmeuſig Roß.

ſternax das gerne abwirfft.
calcitro, calcitroſus ſchlahend Roß.
ceſpitator das anſtoſſet.
ſuccuſſarius das hart drabet.
gradarius, Aſturco Zeltner.
ſpadiceus Braun Roß / Breunling.
glaucus ein Schimmel
ruffus ein Fuchs.
niger ein Rappe.

Scutulator Ein Apffelgrauer Hengſt propter orbes qvos habet candidos.

Eqvuleus.

πῶλος, ἱππάριον
Eqvuleus, Pullus eqvinus
Ein Füllen/Muttfüllin
Hengſtlin/ Rößlin.

Medulla Crurum Eqvulei tendines induratos emollit, Contracturæ medetur illita.

Hippomanes.

τὸ ἱππομανές
Pferdgifft.

De Hippomane Amoris rabie inſaniaq; variæ ſunt Autorum ſententiæ.

Ariſtoteles hiſt. Anim. lib. 8. c. 24. Qvod Hippomanes vocant, hæret qvidem fronti naſcentis pulli, ut narratur, ſed Eqvæ perlàbentes abſtergentesq; id abrodunt *Hinc Virgil. 4. Aeneidos.*

Qværitur & naſcentis Eqvi de fronte revulſus,
Et matri præreptus amor.

Idem Ariſt. 6. Anim. c. 18. Eqvæ tempore coitus colligunt ſeſe, & ſocietate magis qvám anteá gaudent, jactant caudam crebrius, vocem immutant, non qvod pullis naſcentibus adhæret. Accipi eum humorem difficile eſſe

ajunt,

Digitized by Google

ajunt, qvód paulatim admodum labitur. *Virgilius 3 Georg.*

Hinc demum Hippamanes vero qvod nomine dicunt
Paſtores, lentum deſtillat ab ingvine virus.

Plinius lib. 8. cap. 42. Proditur Eqvis amoris innaſci veneficium, Hippomanes appellatum, in fronte Caricæ magnitudine, latiuſculum, orbiculatum, colore nigro ſeu fulvo: qvod ſtatim edito partu devorat fœta, aut partum ad ubera non admittit, ſi qvis præreptum habeat.

Petrus Gyllius ex Aeliano, Porphir. &c. lib. 4. c. 21. Carunculam uná cum pullo enatam, alii in fronte inſitam eſſe, alii ad lumbos, alii ad genitalia adhæreſcere ajunt; eam ſané nuncupatam Hippomanes, primúm ut Eqva peperit, continuó devorat, & Dei benignitate miſericordi in eqvinam ſtirpem occultat, ne ſi, ut ferunt, idipſum usq; ad extremum vitæ diem pullus ſemper inſitum in ſe perſeveraret habere, ad effrenationem impotentis Veneris, tám mas qvám femina rueret, & libidinis rabie eqvinum genus funditus periret. Qvod qvidem ipſum penitus cognitum Paſtores habent, ac ſi qvando ad amatorias inſidias egeant, ut ipſum ad cupidinem Veneris inflamment, diligenter obſervant, qvando Eqva ventrem ferens pariat, atq; ſtatim á partu pulli, á pullo abſcindunt, & in Eqvæ ungulam injiciunt Nam in hanc abditum & conditum optimé ſervatur.

Dicam, qvid ego obſervaverim: Pullus eqvinus dum naſcitur, ore geſtat nonnihil prominentem molem carneam, oblongam, molliuſculam, fungoſam, coloris fuſci, aliqvando ex livore rubentis, palmæ latitudine, longam fere dodrantem, Lieni formâ ſimilem, unde ab Hipponomis vulgó der Miltz appellatur. Hanc niſi Curator in continenti detraxerit, pullus non Eqva deglutire ſolet, ex ea Lienem naſci aſſerentes. Ea propter Nonnulli ſumma diligentia partus tempus obſervantes, eam citiſſimé præripere anteqvám devoret, ſolent, ea perſvaſione ducti, ablato Liene (ut vocant) Eqvos tandem fore curſus velociſſimi.

loci{ſſ}imi, nec facilé poſſe defatigari, ſollen Leuffer werden.

Sin veró arbori frugiferæ ſuſpendatur, gradarios fieri credunt. Alii hoc modó præparatum Caduco correptis propinant, non fruſtrato uſu.

℞. Lienis eqvini, (den Milß welchen die Füllen auff der Zungen bringen / ſic loqvuntur) vino dilig. abluti & exicc. vnc. .I

Corall. rub. præpar.
Sem. Pæoniæ
Viſci qvercini,

Ariſtoloch. longæ ver. ana vnci ſ.

Miſc. f. omnium pulvis.

Doſis á.drach.ſ.ad drach.2. ex aqva appropriata.

Num ſit Hippomanes Veterum, vim habens alliciendi ad libidinem,atq; amatoriam flammam excitandi, Doctis judicium committo.

Fiber.

Ab extrema ora Varroni: qvoniam dextra & ſiniſtra fluminis maximé videri ſolet.

Κάςωρ, á caſtrando, qvia ob caſtrationem maximé qværitur: vel παρὰ τὸ γαςὴρ, qvód totus propemodum nihil ſit qvám Venter.

Κύων ποτάμιος,
Canis fluviatilis
Ponticus, *Plin.*
Ein Bieber.

Animal eſt ἀμφίβιον terra & aqva ambigens, ſpecie Lutræ, pedibus prioribus Cervinis, poſterioribus anſerinis, qvibus,cúm natat,in aqvis remigat,pelle cinerea declinante ad nigredinem. Cauda Piſcium oblonga, lata & cartilaginea,ſqvamis tamen non obducta, admodum pingvis, lata feré palmum, longa dodrantem, qvâ fluitans vice gubernaculi utitur,Pellis ejus cinerea eſt ad nigredinem tendens,pilis nitidis mollioribus. Horrendi eſt morſus adeó, ut & arbores juxta flumina dentibus ceu ferro cædat,ut hominis parte comprehenſa non reſolvat morſus, qvám oſſa fracta concrepuerint.

Caſas ſibi in fiuminum ripas, veluti ad Viadrum, Barthara, conſtruit cum aliqvibus gradibus, ut aqva fluminis creſcente aſcendat, &deſcendente deſcendat.

Victum

Victum capeſſit ex Cancris & Piſcibus. Fructus qvoq; folia & cortices Arborum, veluti Alni, Salicis &c. avidé comedit.

Pellibus utuntur Pelliones ad tiaras, pileos, veſtes, qvibus Paralytici & Podagrici commodé veſtiuntur.

Caro ejus amara eſt, cibo inutilis, præter caudam & poſteriores pedes, qvi nobilium ſunt delitiæ. Elixantur, & aliqvo jure denſiuſculo additis aromatibus conditi, Menſis afferuntur. Svaves ſunt teneri & præpingves. Guſtatu Piſcium carnes ut Angvillæ maximé ſapiunt.

Dentes Crocei, ſi inde bibitur, Ictericis & Qvartanis febribus proſunt.

Axungia Articulis reſolutis, ſtupidis, convulſis.

Caſtoreum.

Καςόριον,
κάςορος ὄρχις,
Bibergeil.

Genitalia ſeu teſticuli ſunt Caſtoris bini, uno ortu membrana connexi, ſubſtantia intus flava, ſolida, Ceræ ſimili, odoris gravis, guſtus acris, naturalibus tunicis interſepta.

Vanum eſt credere, Fibras ſibi Teſtes ſeu partes genitales dentibus amputare, cúm venatu urgentur, ob hoc ſe peti gnari, Nunqvam enim compertum in his, qvi noſtra ætate capiuntur.

Demto Melleo liqvore & pingvedine in aëre ſiccatur. Durat ad annos octo.

Dioſcorides laudat Ponticum; nos utimur Polonicis. Rejicitur pingve, putridum, rancidum.

Medicamentum celebre, & multi uſus.

Tenuium eſt partium, guſtu acre, mordax, odoris gravis, virus redolentis. Calefacit 3tio. & ſiccat 2do. receſſu. Penetrat, digerit, aperit, movet ſternutamentum, Partus ac Menſes ciet, Venenis adverſatur, Medetur abſceſſibus frigidis, ulceribus malignis, & Nervorum vitiis.

Sumtum

Sumtum & odoratum Comitialibus, nec non utero ſuffocatis auxilium peroportunum. Lethargicis, Paralyticis, Tremulis Spaſmo, Opiſthotono, Iſchiadicis, Reſolutis & Vertiginoſis conducit. Inflationibus & torminibꝰ ventris, item Stomachicis opitulatur.

Humor melleus difficilé exiccatur, & inutilis intra Corpus, ut & pingvedo qvæ facilé rancèſcit. Extrinſecus commodé uſurpatur, & oleis ac ungventis permiſcetur.

Herinaceus.

Εχῖνος χερσαῖος, *Dioſc.*
Ακανθίων.

Echinus terreſtris, **Matthiolo.**

Ein Igel/
Eigel/
Hechel.

Animal eſt terreſtre Cuniculi magnitudine, ſpecie porcina, aculeis undiq; vallatum ut Hyſtrix, præterqvám in ima parte, ubi lanugo mollis, rara & innoxia.

Duûm eſt generum. Differentia cognoſcitur ex roſtro. Alter, cui caninum Caput, Echinus caninus, Hunds Igel: alter, cui proboſcis, qvalis in Suum genere, Suarius, ſeu Suillus, Schwein Igel nuncupatur.

In ſylvis & ſepibus dumoſis verſatur.

Raró exit niſi noctu.

Veſcitur Muribus, Juglandibus, Nucibus faginis, Malis, Pyris, qvæ aculeis ſuis infigit, & in domicilium ſuum reponit.

Hyeme in caveis arborum occultatur.

Undiqve ſpinis ſuis ſe claudit propter inſidias: at in aqvam calidam immiſſus, ea delectatus ſeſe aperit ac dilatat.

Frigidi eſt temperamenti, excrementis compluribus redundans, qvibus aculei nutriuntur: idcirco ejus carnes in Medicamētorū potiꝰ qvám in Ciborum uſum expetuntur. Cúm enim terreſtris ſit, ægré concoqvitur, & minimum ſané præbet alimenti:

Caro Stomacho prodeſt, Ventriculum lenit & provocat. Eadem manducata, vel deſiccata, pota, Elephanticis, Cacheticis, Convulſioni obnoxiis, Nephirticis & Anaſarca

ſarca laborantibus auxiliatur: qvia valenter digerit & exiccat.

Efficit qvinetiam, ne Pueri lectos permingant. Urinam enim tantoperé retinet in Cibo ſumta, ut ſi aſſidué qvis ederit, urinæ difficultatem incidere periclitetur; Avic. & Rhaz.

Fel pilos evulſos in palpebris incommodos enaſci non patitur.

Cinis extergit, digerit: ad ulcera ſordida carnemq; in ulceribus excreſcentem valet.

Cinis Corii & Capitis cum pice liqvida Alopeciis utiliſſimé illinitur.

Integer uſtus in pulvere potus, ſingulari proprietate in lectum mingentibus medetur.

Hircus.

Ἀνὴρ αἰγῶν.
Τράγος
Caper admiſſarius.
Ein Bock
Geißbock
Rammelbock.

Vir gregis, dux & maritus Caprarum, animal bellicoſum & laſcivum. Pilo eſt molliore atq; longo, Cervice & Collo brevi, gurgulione longiore, Cruribus craſſis, Auribus prægrandibus & flaccidis. Aruncus ſeu villus ejus Mento dependet.

Caper optimus eſt cui ſub Maxillis duæ verruculæ albæ collo dependent, ampliſſimi Corporis, Cruribus craſſis, plena & brevi Cervice, flaccidis & prægravantibus Auribus longisq;, exiguo Capite, qvám maximé ſimus, nitido, nigro, denſoq; atq; longiſſimo pilo, & potiſſimúm albo.

Mas vel Menſium ſeptem, ſatis habilis eſt ad procreandum. Celeriter enim & ante ſex annos ſeneſcit; qvód immatura Veneris cupidine primis Pueritiæ temporibus exhauſtor ſit.

Hircorum Caro minimé qvidem humida, pituitoſa ac lenta: ob fœtorem tamen ingrata, & Stomacho inmica, ægre concoqvitur, & ád ſuccum bonum generandum parum idonea.

Hepar, Canis rabidi morſui utiliter imponitur.

Digitized by Google

Pellis hircina Τραγὴ, Τραγείη, Eine Bocksℌaut/ ab Alutariis in veſtimentorum uſum aptatur.

Anno 1 6 0 2. Villicus qvidam in pago Fiſchbach Hircum aluit, qvi lac ex ubere reddidit papillis duabus. Idem accepi accidiſſe in Pleswitz.

Capra.

Αἴξ. Capra qvaſi Carpa, qvòd virgulta carpat, vel qvod captet aſpera, á crurum crepitu.

Ein Geis. Ziege.

Femella hujus generis Animal ruminans barbatum, Cornibus retortis & acutis, ex Arbuſcularum fruticumq; foliis & corticibus victum qværens; nec Rubos averſatur, vel vepribus offenditur. Caret ſuperiore Dentiū ordine. Lien ei rotundus. Mammæ inter femora. Omnibus dependet Mento villus, qvem aruncum, ſpecillum ſeu barbam Capræ vocant.

Capella probatur ſimillima Hirco, ubere maximo & lactis abundantiſſimo.

Qvinq; Menſibus ingraveſcit fœtu. Tempus admiſſuræ per Autumnum, ut propinqvante Vere pariat. Si generoſa eſt, freqventer parit duos, nonnunqvam trigeminos, qvaternos etiam ſed rarò admodum, veluti hoc anno in pago Plackwitz prope Leobergam obſervavi.

Ad undecimum vivit annum.

Gaudet montoſis potius qvá herbidis campis: ob id in montib freqventes ſunt. Morſus earum a boribus exitialis. Ineunte æſtate circa ejus medium Capræ melit agunt, & longé ſeipſis in Cib præſtantiores evadunt, ob Arbo rum & Fruticum ſurculos & ger mina, qvæ iis idoneum præben alimentum; proinde habitiores a pingviores, nobisq; alendis accommodatiores fiunt.

Capra temperamento longé eſt ſiccior qvám Sus, minùs tamen ſicca qvám Bos.

Caro ejùs calefacit & ſiccat, atq præter ſuccum vitioſum etiam a crimoniam habet.

Sangvis hydropicis confert: urinam enim excernit.

Butyrum Capræ potum, & extrinſecus umbilico illitum, tormina ventris ſolvit.

Adeps modicé ſiccat & adſtringit. Emplaſticam vim obtinet, acrimonias obtundit. In pulte ex Alica Phthiſin & Tuſſim ſanat: in ſorbitione convenienti Inteſtinorum vitiis magnoperé prodeſt.

Fel cum lana umbilico impoſita, Lumbricos necat ventris.

Veſica uſta ex vino pota, urinam retinere non valentibus medetur.

Cornu ad albedinem uſtum, dentes egregié abſtergit, & gingivas corroborat, earumq; turgentium dolorem reprimit.

La

Lac caprillum.
Geiß Milch / Ziegen Milch.

Inter cætera Lactis genera moderaté ſe habet, cúm non admodú ingve craſſumq; ſit: ob id medium qvoq; eſſe cenſetur, qvod in Corporibus noſtris præſtat, Stomacho accommodatiſſimú, alvumq; minus cæteris tentat.

Bibitur efficaciſſimé Phthiſicis, Hectica laborantibus, conſumtis emaciatis, recens ubi mulctum ſit tepidum.

Datur Melancholicis, Comitialibus, Paralyticis, Artheticis, & Iſciosis. Cum ſale & melle citat alvum.

Omnibus auxiliatur internis ulcerationibus, præſertim Faucium, Pulmonis, Interaneorum, Renum & Veſicæ.

Cum Oryza, Panico, Milio, ſive calculis fluviatilibus ignitis, Dyſentericis, Cœliacis, bilioſis alvi fluxionibus conveniens medicina.

Cum hordeacea priſana aut aluo cremore, magnoperé Inteſtinorum roſiones mittigat.

Si in eo decoqvantur rad. Filicis majoris, vel Chamomilla & fana: impoſitum mirificé inflammationes partium, vulgóuſtionem frigidam vocant, Den Kalten Brandt, compeſcit.

Serum Caprillum.
Lac ſchiſton *Med.*
Ziegen Molcken.

Lacti Caprillo cúm fervet, acetum affunditur vel Oxymel, qvod dein igni ablatum refrigeratione dividitur, ad pharmacorum uſum.

Abſtergit, purgat, alvum laxat, ſangvinem purgat, acres humores contemperat, & pharmacis viam ad purgandum Corpus aperit.

Hepar & ſangvinem refrigerat, ſitimq; febrilem extingvit, ſi Acetoſa ei incoqvatur, aut ſyrupus in eo diſſolvatur.

Caſeus Caprillus.
Ziegen Käſe.

In cibo utilis; boni ſaporis, faciliús dejicitur qvám bovillus, minús nutrit. Lactis copiam auget Mulieribus.

Mollis ac recens impoſitus, omnes punctiones ac dolores reprimit, cum Melle ſubactus & impoſitus linteo aut panno deſuper tectis, ſugillationes, livores, celeriter abſtergit: Idem ad fervorem & punctionem Oculorum, Capitis & Pedum dolorem commodus.

Fimus caprinus
ϲ πυϱάϛ, ο πυϱαδὸς
Geißkaath
Ziegenlorbern.

Acris eſt & digerentis facultatis, abſtergit. Convenit in omnibus duris & ſcirrhoſis

 tumoribus

Digitized by Google

tumoribus ſive Lienis, ſive etiam aliarum partium. Utimur & Splenicis, & ad Aqvam intercutem.

Uſtus tenuiorum fit partium. Additur commodé extergentibus & digerentibus Cataplasmatis ad Parotides & Bubones.

Caprina pellis Αἰγίς, αἰγέη, ein Ziegenfehl cum villis ſuis paratur & expolitur á Pellionibus ad Veſtitum Mulierum.

Pili ad funes á Reſtiariis colliguntur.

Hædus.

Ein Gitze
Zieglin
Kützlin.

ἔριφος mas usq; ad tertium aut qvartum Menſem.

χίμαιρα Capella usq; ad unius anni ætatem.

Hædus ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ab edendo vel á deliciis, eſt adhuc tenellus ex Caprarum genere, petulans, pingvis.

Carnes hædinæ ad conficiendum perfectis Capris meliores, & tuendæ valetudini accommodatiores, parum recrementi in ſe habent, facilimé concoqvuntur, moderaté nutriunt, ſangvinemq; bonum calido & frigido contemperatum gignunt.

Præſtantiores, & probioris ſucci ſunt, maximé bimeſtres aut trimeſtres lactentes adhuc. Adultiores enim primam gratiam amittunt.

Delicatis, & otioſæ vitæ deditis conferunt. Aſſæ vel elixæ ſvaves & ſalubres ſunt. Sangvis hœdinus ſpuentibus ſangvinem valdé commodus.

Coagulum Hœdi Ziegleín Käſerinne, pares vires habet cum Leporino. Contra Aconiti potum in vino, & concretum Lac in aceto aſſumitur. Dyſentericis prodeſt, & Menſes immodicé fluentes ſiſtit.

Sebum minus calefacit & ſiccat hircino, unde & melius ad oris rimas.

Ungventum Pomatum

℞ Pomorum Borsdorfianorum decorticator. & in partes diviſorum num. qvinq;, Caryophyllis infarciantur, & in Roſarum liqvore moſchat. qvatriduo macerentur:

adde

Adipis Hœdi rec. ℔. 1. fervefiant ſimul in Baln. Mar. donec omnia

nec omnia albeſcant, ſæpius cum prædicto liqvore abluatur, ut totum fiat album. Aromatizetur Moſcho,& in vaſe vitreo reponatur.

Aliud Polychreſtum

℞. Omenti Hœdi aq. Roſar. macerati. ℔. ſ. Caphuræ vnc. I. ſ. fiat ungventum. Ad fiſſuras Labiorum & Narium & Papillarum utile. A Mulieribus tum aliâs, tum ne facies á Sole aduratur, expetitur.

Pelles ad tunicas Infantium aptantur.

Caper.

Τράγος
Hircus caſtratus
Ein geſchnittener Bock.

Mas eſt, cui exemti ſunt teſticuli.

Hujus Carnes præſertim juniores cæteris præferuntur.

Sangvis Hircinus.

Τὸ ἄιγειον αἷμα
Manus Dei Aetii
Bocksblut.

Colligitur é jugulato juvene Hirco, qvi poſtremis diebus diureticis altus fuerit: medius excipitur, relicto eo, qvi primus fluit & poſtremus: fictili vaſe excipitur, inſolatur & exiccatus fideliter reſervatur.

Calculos frangit, ſangvinis grumos diſſolvit, ex vino tenui potus & illitus. Contra toxica efficax.

Freqvens uſus Plebeculæ, tum iis qvi Ruri degunt, & aliis auxiliis carent.

Leo.

λέων Θής.
Ein Löwe
Leæna eine Löwin.

Rex qvadrupedum, cordatum, magnanimum ac nobile Animal, Corpore longo, Pectore robuſto, medio ventre gracili.

Cervicem habet jubatam: Pelle tegitur fulva, anteriús villoſa, poſteriús brevibus & confertis pilis intertexta. Oculi ei charopi, ſpecies Oris feli ſimilis. Qvinq; digitos in pedibus anterioribus, qvatuor in poſterioribus habet. Oſſa ei ſunt duriſſima,& pené non medulloſa. Longa cauda qvam ſæpé qvatit. Interiora omnia Canibus ſimilia.

Proprium ejus rugire.

Digitized by Google

Averſus coit, urinasq; retró reddit.

Producit Leones Africa, India & Tartaria magna. Gaudent excelſis montibus. Ad has terras aliqvando ſpectaculi cauſſa afferuntur.

Aluntur vivi Pragæ in aula Imperatoris.

Præda vivit. Veſcitur carne ritu cæterorum ſylveſtſerratorum, ſed cibo incontinenter admodum utitur, multaq; devorat ſine ullo diſsectu: mox nihil triduo aut certé biduo edit.

Longa Leonum ætas. Animal calidiſſ. & ſicciſſimum, qvod probant nobilitas, fortitudo cum audacia & iracundia.

Adeps in calore primas obtinet, & magis digerit. Inveteratis tumoribus atq; ſcirrhis, induratisq; Nervorum tumoribus ἀγκύλας Græci vocant, maximé convenit, ſanat adusta nivibus.

Leopardus.

πανθὴρ, πάρδαλις
λεοπάρδαλις
Panthera *Plin.*
Pardalis, Pardus
Panterthier
Leopart. Leppard.

Animal, ut Qvibusdam placet, ſui generis, ex Leone & Pardo generatum, colore ſubruffo. Caput habet ſimile Feli ſeu Leoni, Pellem variatam maculis nigris, & velut Oculis nitentibus ac χαρόποις diſtinctam, non multo majus Cane venatico, Corpus longũ, Oculi ſplendore radiant. Dentes ſerrati. Mammæ in medio ventre duæ cum papillis qvatuor. Crura compacta & firma.

Aſiæ, Africæ, Syriæ notum animal. Cicuratur aliqvando ad venandum ut Canis, cúm ſit beſtia crudeliſſima, nunqvam tamen prorſus dejicit feritatem.

Pragæ ad venandum cum aliis beſtiis nutritur.

Fragranti odore cætera animantia ad ſe allicit, & eximia ſagacitate & celeritate & animi magnitudine prædita eſt. Diligit vinum, & inebriatus capitur.

Adeps feras ſcabies & impetigines tollit.

Lepus

Lepus.

λαγωὸς
λαγὸς χερσαῖος Dioſc. ἀπὸ
τοῦ λάειν.

Lepus qvaſi levipes á curſus velocitate.

Lepus maior
Lepus terreſtris
Ein Haſe.

Animal cuivis notum, curſus velociſſimi, timidiſſimum & fæcundiſſimum. Caput ei agile, breve, rotundum. Collũ anguſtum, rotundum, molle, oblongum. Aures ſublimes lõgæ. *Villi* breves, molles, leves. Crura poſteriora longiora prioribus, itaq; facilius aſcendunt qvám deſcendunt. Dorſum pullum ſeu cinereum, Venter albus, Oculi glauci, Cauda brevis. Cor magnum. Jecur ſæpé adeó fiſſum, ut duplex ſeu binum crederetur, cui inhæret bilis veſicula longiuſcula.

Fruitur in cibo gramine, herbis, ſegetibus hyeme. Pernicies Pomariorum. Hyeme enim dura & aſpera arbuſculas ſolet decorticare, niſi ſtramine muniantur.

Dormit apertis oculis, nec alio qvám fuga ſe tutari ſcit.

Ruminare qvoq; illi in more eſt.

Coëunt Lepores & pariunt, vulgó ſetzen/ qvoqvo tempore, dumq; utero ferunt, ſuperfœtant, & ſingulis menſibus præter hyemem generant, ut plurimum binos, rariús ternos: aliqvando qvini reperti ſunt; unde tam innumera fœcunditas. Nam etſi femina lac nuper natis præbeat, nihil tamen prohibet, qvin eadem repetat coitum, & lactans gerensq; utero, denuó concipiat fœtum.

Vana eſt perſvaſio, Eis utrunq; ſexum & utramq; gignendi vim ineſſe, & omnes Lepores æqvé gignere, ac ſi eſſent hermaphrodyti, ſeu utriusq; ſexus participes.

Capiuntur præcipué Canibus ſagacibus, & retibus aratoriis poſt meſſem ſtatim, & rigente bruma usq; ad Martium, ubi párere incipiunt.

Iſaacus Leporinam carnem pro pharmaco potius qvám alimento habendam cenſet.

Frigidæ

Frigidæ eſt & ſiccæ (2. gradu) temperaturæ, ægriús concoqvitur, & ſangvinem gignit craſſiorem; at non improbi ſucci, maximé ſi probé concocta fuerit.

Iis qvi Corpus exiccare volunt, utilis. Prodeſt Phlegmaticis & obeſis Corporibus, urinam proritat, & alvum cohibet.

Nobilibus eſt in delitiis, & in ſplendidis epulis apponitur, ut veré dicere poſſimus cum Martiale:

Inter Qvadrupedes gloria prima Lepus.

Offertur aſſa, Lardi ligulis & Roſmarino ſeu Cinnam. & Caryophyll. transfixa: vel elixa in jure nigro, cum liqvamine ex aceto, ſangvine proprio, lardo, pipere, Caryophyllis præparato.

Præferuntur Lepuſculi ſeu juniores.

Verúm nimius ac freqvens ejus eſus, obſtructiones Hepati ac Spleni efficit, Pulmoniq; nocet, multa movet ſomnia eaq; triſtia, & immodicis torqvet vigiliis.

Melancholicis & emaciatis minús ſalubris. Confert Dyſentericis aſſata ſumta.

Cerebrum inaſſatum mandi-tur juvandis tremoribus, qvi ex mala affectione Corporis contracti ſunt.

Affrictum gingivis facilem Infantibus dentitionem præſtat.

Oculus recens ſomnum conciliare fertur appenſus, vulgi perſvaſione.

Cor Leporis á Neotericis contra Qvartanam, ut ſingulare & certum remedium prædicatur, ſi nimirum præmiſſis univerſalibus, tertia pulveriz. Cordis pars ex vino albo ſeu aqva ſtillat. Cardui bened. calefacta, Ægrotanti in ipſa paroxyſmi invaſione offeratur; idq; ter hoc pacto repetatur, nempe in reditu ſecundæ & tertiæ acceſſionis.

Jecur areſactum Jecinoroſis utiliter exhibetur potandum.

Renes ſicci & inveterati pondere Scrup. 4. ex vino aut alio appropriato liqvore, Calculoſis propinantur.

Sangvis vulgó die Muncke dulcis ac ſapidus, dulcedine & concoctionis facultate, ſangvinem Avium ſuperat.

Fel Oculorum argemas nubeculásq; delet ſaccharo exceptum.

Uterus

Digitized by Google

Uterus ſeu Matricula, ſubſtantiæ membranoſæ undiq; venulis reſperſa, Haſiumütterlin/ vino abluta, reſiccata, trita potui data, qvando Mulier fuerit á menſtruis purgata, conceptionem promovet.

Pingvedo Haſenſchmaltz calidæ eſt naturæ. Corpori infixa extrahit, rumpit abſceſſus. Cantharidibus tritis permixta Eſcharas molitur, & Veſicas excitat. Dolori Dentium mederi, poſt Aures ſi ponatur, vulgi notum experimentum, vulgó Zahnpflaſter; at Auditui noxium.

Saltus Leporis, Talus Leporinus Plin. impropriè, Poplitis oſſiculum Haſenſprung qvód ea parte ceu baſi inter ſaliendum nitatur, Oſſiculum eſt in genu poſteriore vel ſuffragine potius, qvod geniculi patella eſſe videtur. Ex aceto ſumtus, Calculoſis, ex vino cum Mace Colicis prodeſſe fertur. Prægnantibus pauperculis ad facilitandum partum ex vino, aqva Pulegii vel Artemiſiæ datur.

Pili Leporini ſangvinem ſiſtentibus linimentis miſcentur.

Fimus rupta Inteſtina ſanare valet. Ambuſtis medetur: Impetigenes curat cum aceto.

Caput Leporis totum uſtum cum Melle Anthoſato dentes abſtergit.

Pedes ſcoparum uſus præbent, ad pulverem detergendum, & verrendas qvisqvilias.

Pellis Leporina ein Haſenbalg mollis eſt, calefacit & roborat; ad indumenta aptatur. Manicæ & caligæ parantur utiles Articulariis membris.

Lepuſculus.

λαγίδιον
μικρὸν λάγιον
Catulus Leporum.
Ein Häſelin
Jung Haſe.

Leporum fœtus ventre execti, vel uberib⁹ ablati, integri cum pelle, fictili exuruntur, Urinæ vitiis apprimè competentes, adeó ut Calculos ejiciant.

Coagulum Leporis, πιτύα λαγωῦ Haſenlipp/ Haſenlap Gerinſel/ gerunnene Milch im Magen.

Lactis eſt ſubſtantia in juniorum Leporum ventriculis concretum.

O Omnium

Digitized by Google

Sumtum & odoratum Comitialibus, nec non utero ſuffocatis auxilium peroportunum. Lethargicis, Paralyticis, Tremulis Spaſmo, Opiſthotono, Iſchiadicis, Reſolutis & Vertiginoſis conducit. Inflationibus & torminibus ventris, item Stomachicis opitulatur.

Humor melleus difficilé exiccatur, & inutilis intra Corpus, ut & pingvedo qvæ facilé ranceſcit. Extrinſecus commodé uſurpatur, & oleis ac ungventis permiſcetur.

Herinaceus.

Ἐχῖνος χερσαῖος, Dioſc.
Ἀκανθίων.
Echinus terreſtris, Matthiolo.
Ein Igel/
Eigel/
Hechel.

Animal eſt terreſtre Cuniculi magnitudine, ſpecie porcina, aculeis undiq; vallatum ut Hyſtrix, præterqvám in ima parte, ubi lanugo mollis, rara & innoxia.

Duûm eſt generum. Differentia cognoſcitur ex roſtro. Alter, cui caninum Caput, Echinus caninus, Hunds Igel: alter, cui proboſcis, qvalis in Suum genere, Suarius, ſeu Suillus, Schwein Igel nuncupatur.

In ſylvis & ſepibus dumoſis verſatur.

Raró exit niſi noctu.

Veſcitur Muribus, Juglandibus, Nucibus faginis, Malis, Pyris, qvæ aculeis ſuis infigit, & in domicilium ſuum reponit.

Hyeme in caveis arborum occultatur.

Undiqve ſpinis ſuis ſe claudit propter inſidias: at in aqvam calidam immiſſus, ea delectatus ſeſe aperit ac dilatat.

Frigidi eſt temperamenti, excrementis compluribus redundans, qvibus aculei nutriuntur: idcirco ejus carnes in Medicamẽtorũ potius qvám in Ciborum uſum expetuntur. Cúm enim terreſtris ſit, ægré concoqvitur, & minimum ſané præbet alimenti:

Caro Stomacho prodeſt, Ventriculum lenit & provocat. Eadem manducata, vel deſiccata, pota, Elephanticis, Cacheticis, Convulſioni obnoxiis, Nephirticis & Anaſarca

ſarca laborantibus auxiliatur: qvia valenter digerit & exiccat.

Efficit qvinetiam, ne Pueri lectos permingant. Urinam enim tantoperé retinet in Cibo ſumta, ut ſi aſſidué qvis ederit, urinæ difficultatem incidere periclitetur; Avic. & Rhaz.

Fel pilos evulſos in palpebris incommodos enaſci non patitur.

Cinis extergit, digerit: ad ulcera ſordida carnemq; in ulceribus excreſcentem valet.

Cinis Corii & Capitis cum pice liqvida Alopeciis utiliſſimé illinitur.

Integer uſtus in pulvere potus, ſingulari proprietate in lectum mingentibus medetur.

Hircus.

Ἀνὴρ αἰγῶν.
Τράγος
Caperadmiſſarius.
Ein Bock
Geisbock
Rammelbock.

Vir gregis, dux & maritus Caprarum, animal bellicoſum & laſcivum. Pilo eſt molliore atq; longo, Cervice & Collo brevi, gurgulione longiore, Cruribus craſſis, Auribus prægrandibus & flaccidis. Aruncus ſeu villus ejus Mento dependet.

Caper optimus eſt cui ſub Maxillis duæ verruculæ albæ collo dependent, ampliſſimi Corporis, Cruribus craſſis, plena & brevi Cervice, flaccidis & prægravantibus Auribus longisq;, exiguo Capite, qvám maximé ſimus, nitido, nigro, denſoq; atq; longiſſimo pilo, & potiſſimûm albo.

Mas vel Menſium ſeptem, ſatis habilis eſt ad procreandum. Celeriter enim & ante ſex annos ſeneſcit; qvód immatura Veneris cupidine primis Pueritiæ temporibus exhauſtor ſit.

Hircorum Caro minimé qvidem humida, pituitoſa ac lenta: ob fœtorem tamen ingrata, & Stomacho inmica, ægre conceqvitur, & ad ſuccum bonum generandum parum idonea.

Hepar, Canis rabidi morſui utiliter imponitur.

Pellis hircina Τραγίη, Τραγεία, Eine Bockshaut/ ab Alutariis in veſtimentorum uſum aptatur.

Anno 1602. Villicus qvidam in pago Fiſchbach Hircum aluit, qvi lac ex ubere reddidit papillis duabus. Idem accepi accidiſſe in Pleswitz.

Capra.

Αἴξ. Capra qvaſi Carpa, qvód virgulta carpat, vel qvod captet aſpera, á crurum crepitu.

Ein Geis. Ziege.

Femella hujus generis Animal ruminans barbatum, Cornibus retortis & acutis, ex Arbuſcularum fruticumq; foliis & corticibus victum qværens; nec Rubos averſatur, vel vepribus offenditur. Caret ſuperiore Dentiū ordine. Lien ei rotundus. Mammæ inter femora. Omnibus dependet Mento villus, qvem aruncum, ſpecillum ſeu barbam Capræ vocant.

Capella probatur ſimilima Hirco, ubere maximo & lactis abundantiſſimo.

Qvinq; Menſibus ingraveſcit fœtu. Tempus admiſſuræ per Autumnum, ut propinqvante Vere pariat. Si generoſa eſt, freqventer parit duos, nonnunqvam trigeminos, qvaternos etiam ſed raró admodum, veluti hoc anno in pago Plackwitz prope Leobergam obſervavi.

Ad undecimum vivit annum.

Gaudet montoſis potius qvám herbidis campis: ob id in montibus freqventes ſunt. Morſus earum arboribus exitialis. Ineunte æſtate & circa ejus medium Capræ melius agunt, & longé ſeipſis in Cibos præſtantiores evadunt, ob Arborum & Fruticum ſurculos & germina, qvæ iis idoneum præbent alimentum; proinde habitiores ac pingviores, nobisq; alendis accommodatiores fiunt.

Capra temperamento longé eſt ſiccior qvám Sus, minús tamen ſicca qvám Bos.

Caro ejús calefacit & ſiccat, atq; præter ſuccum vitioſum etiam acrimoniam habet.

Sangvis hydropicis confert: urinam enim excernit.

Butyrum Capræ potum, & extrinſecus umbilico illitum, tormina ventris ſolvit.

Adeps modicé ſiccat & adſtringit. Emplaſticam vim obtinet, acrimonias obtundit. In pulte ex Alica Phthiſin & Tuſſim ſanat: in ſorbitione convenienti Inteſtinorum vitiis magnoperé prodeſt.

Fel cum lana umbilico impoſita, Lumbricos necat ventris.

Veſica uſta ex vino pota, urinam retinere non valentibus medetur.

Cornu ad albedinem uſtum, dentes egregié abſtergit, & gingivas corroborat, earumq; turgentium dolorem reprimit.

Lac

Lac caprillum.

Geiß Milch/ Ziegen Milch.

Inter cætera Lactis genera moderaté ſe habet, cúm non admodú pingve craſſumq; ſit: ob id medium qvoq; eſſe cenſetur, qvod in Corporibus noſtris præſtat, Stomacho accommodatiſſimú, alvumq; minus cæteris tentat.

Bibitur efficaciſſimé Phthiſicis, Hectica laborantibus, conſumtis ac emaciatis, recens ubi mulctum fuit tepidum.

Datur Melancholicis, Comitialibus, Paralyticis, Artheticis, & Luſcioſis. Cum ſale & melle citat alvum.

Omnibus auxiliatur internis exulcerationibus, præſertim Faucium, Pulmonis, Interaneorum, Renum & Veſicæ.

Cum Oryza, Panico, Milio, ſive Calculis fluviatilibus ignitis, Dyſentericis, Cœliacis, bilioſis alvi fluxionibus conveniens medicina.

Cum hordeacea ptiſana aut aluceo cremore, magnoperé Inteſtinorum roſiones mitigat.

Si in eo decoqvantur rad. Filicis majoris, vel Chamomilla & farina: impoſitum mirificé inflammationes partium, vulgó uſtionem frigidam vocant, Den Kalten Brandt, compeſcit.

Serum Caprillum.

Lac ſchiſton Med.

Ziegen Molcken.

Lacti Caprillo cúm fervet, acetum affunditur vel Oxymel, qvod dein igni ablatum refrigeratione dividitur, ad pharmacorum uſum.

Abſtergit, purgat, alvum laxat, ſangvinem purgat, ácres humores contemperat, & pharmacis viam ad purgandum Corpus aperit.

Hepar & ſangvinem refrigerat, ſitimq; febrilem extingvit, ſi Acetoſa ei incoqvatur, aut ſyrupus in eo diſſolvatur.

Caſeus Caprillus.

Ziegen Käſe.

In cibo utilis; boni ſaporis, faciliús dejicitur qvám bovillus, minús nutrit. Lactis copiam auget Mulieribus.

Mollis ac recens impoſitus, omnes punctiones ac dolores reprimit, cum Melle ſubactus & impoſitus linteo aut panno deſuper tectis, ſugillationes, livores, celeriter abſtergit: Idem ad fervorem & punctionem Oculorum, Capitis & Pedum dolorem commodus.

Fimus caprinus

ἐ πυγὰς, ὁ πυγαδὸς

Geißkaath

Ziegenlorbern.

Acris eſt & digerentis facultatis, abſtergit. Convenit in omnibus duris & ſcirrhoſis

 tumoribus

tumoribus ſive Lienis, ſive etiam aliarum partium. Utimur & Splenicis, & ad Aqvam intercutem.

Uſtus tenuiorum fit partium. Additur commodé extergentibus & digerentibus Cataplasmatis ad Parotides & Bubones.

Caprina pellis Αἰγίς, αἰγέη/ ein Ziegenfehl cum villis ſuis paratur & expolitur á Pellionibus ad Veſtitum Mulierum.

Pili ad funes á Reſtiariis colliguntur.

Hædus.

Ein Gitze
Zieglin
Kitzlin.

ἔριφος mas usq; ad tertium aut qvartum Menſem.

χίμαιρα Capella usq; ad unius anni ætatem.

Hædus ἀπὸ τῆς ἡδονῆς ab edendo vel á deliciis, eſt adhuc tenellus ex Caprarum genere, petulans, pingvis.

Carnes hædinæ ad conficiendum perfectis Capris meliores, & tuendæ valetudini accommodatiores, parum recrementi in ſe habent, facilimé concoqvuntur, moderaté nutriunt, ſangvinemq; bonum calido & frigido contemperatum gignunt.

Præſtantiores, & probioris ſucciſunt, maximé bimeſtres aut trimeſtres lactentes adhuc. Adultiores enim primam gratiam amittunt.

Delicatis, & otioſæ vitæ deditis conferunt. Aſſæ vel elixæ ſvaves & ſalubres ſunt. Sangvis hœdinus ſpuentibus ſangvinem valdé commodus.

Coagulum Hœdi Zieglin Käſerinne, pares vires habet cum Leporino. Contra Aconiti potum in vino, & concretum Lac in aceto aſſumitur. Dyſentericis prodeſt, & Menſes immodicé fluentes ſiſtit.

Sebum minus calefacit & ſiccat hircino, unde & melius ad oris rimas.

Ungventum Pomatum

℞ Pomorum Borsdorfianorum decorticator. & in partes diviſorum num. qvinq; , Caryophyllis infarciantur, & in Roſarum liqvore moſchat. qvatriduo macerentur:

adde

Adipis Hœdi reç. ℔. 1. ferveſiant ſimul in Baln. Mar. donec omnia

nec omnia albeſcant, ſæpius cum prædicto liqvore abluatur, ut totum fiat album. Aromatizetur Moſcho, & in vaſe vitreo reponatur.

Aliud Polychreſtum

℞. Omenti Hœdi aq. Roſar. macerati. ℔. ſ. Caphuræ vnc. I. ſ. fiat ungventum. Ad fiſſuras Labiorum & Narium & Papillarum utile. A Mulieribus tum aliâs, tum ne facies á Sole aduratur, expetitur.

Pelles ad tunicas Infantium aptantur.

Caper.

Τράγος
Hircus caſtratus
Ein geſchnittener Bock.

Mas eſt, cui exemti ſunt teſticuli.

Hujus Carnes præſertim juniores cæteris præferuntur.

Sangvis Hircinus.

Τὸ ἄιγειον αἷμα
Manus Dei Aetii
Bocksblut.

Colligitur é jugulato juvene Hirco, qvi poſtremis diebus diureticis altus fuerit: medius excipitur, relicto eo, qvi primus fluit & poſtremus: fictili vaſe excipitur, inſolatur & exiccatus fideliter reſervatur.

Calculos frangit, ſangvinis grumos diſſolvit, ex vino tenui potus & illitus. Contra toxica efficax.

Freqvens uſus Plebeculæ, tum iis qvi Ruri degunt, & aliis auxiliis carent.

Leo.

λέων θήρ.
Ein Löwe
Leæna eine Löwin.

Rex qvadrupedum, cordatum, magnanimum ac nobile Animal, Corpore longo, Pectore robuſto, medio ventre gracili.

Cervicem habet jubatam: Pelle tegitur fulva, anteriús villoſa, poſteriús brevibus & confertis pilis intertexta. Oculi ei charopi, ſpecies Oris feli ſimilis. Qvinq; digitos in pedibus anterioribus, qvatuor in poſterioribus habet. Oſſa ei ſunt duriſſima, & pené non medulloſa. Longa cauda qvam ſæpé qvatit. Interiora omnia Canibus ſimilia.

Proprium ejus rugire.

Averſus coit, urinasq; retró reddit.

Producit Leones Africa, India & Tartaria magna. Gaudent excelſis montibus. Ad has terras aliqvando ſpectaculi cauſſa afferuntur.

Aluntur vivi Pragæ in aula Imperatoris.

Præda vivit. Veſcitur carne ritu cæterorum ſylveſtrium, ſed cibo incontinenter admodum utitur, multaq; devorat ſine ullo diſſectu: mox nihil triduo aut certé biduo edit.

Longa Leonum ætas. Animal calidiſſ. & ſicciſſimum, qvod probant nobilitas, fortitudo cum audacia & iracundia.

Adeps in calore primas obtinet, & magis digerit. Inveteratis tumoribus atq; ſcirrhis, induratisq; Nervorum tumoribus ἀγκύλας Græci vocant, maximé convenit, ſanat adusta nivibus.

Leopardus.

πανθὴρ, πάρδαλις
λεοπάρδαλις
Panthera *Plin.*

Pardalis, Pardus
Panterthier
Leopart. Leppard.

Animal, ut Qvibusdam placet, ſui generis, ex Leone & Pardo generatum, colore ſubruffo. Caput habet ſimile Feli ſeu Leoni, Pellem variatam maculis nigris, & velut Oculis nitentibus ac χαρόποις diſtinctam, non multo majus Cane venatico, Corpus longũ, Oculi ſplendore radiant. Dentes ſerrati. Mammæ in medio ventre duæ cum papillis qvatuor. Crura compacta & firma.

Aſiæ, Africæ, Syriæ notum animal. Cicuratur aliqvando ad venandum vt Canis, cúm ſit beſtia crudeliſſima, nunqvam tamen prorſus dejicit feritatem.

Pragæ ad venandum cum aliis beſtiis nutritur.

Fragranti odore cætera animantia ad ſe allicit, & eximia ſagacitate & celeritate & animi magnitudine prædita eſt. Diligit vinum, & inebriatus capitur.

Adeps feras ſcabies & impetigines tollit.

Digitized by Google

Lepus.

λαγωὸς
λαγὸς χερσαῖος Dioſc. ἀπὸ τοῦ λάειν.

Lepus qvaſi levipes á curſus velocitate.

Lepus maior
Lepus terreſtris
Ein Haſe.

Animal cuivis notum, curſus velociſſimi, timidiſſimum & fæcundiſſimum. Caput ei agile, breve, rotundum. Collũ anguſtum, rotundum, molle, oblongum. Aures ſublimes lõgæ. Villi breves, molles, leves. Crura poſteriora longiora prioribus, itaq; facilius aſcendunt qvám deſcendunt. Dorſum pullum ſeu cinereum, Venter albus, Oculi glauci, Cauda brevis. Cor magnum. Jecur ſæpé adeó fiſſum, ut duplex ſeu binum crederetur, cui inhæret bilis veſicula longiuſcula.

Fruitur in cibo gramine, herbis, ſegetibus hyeme. Pernicies Pomariorum. Hyeme enim dura & aſpera arbuſculas ſolet decorticare, niſi ſtramine muniantur.

Dormit apertis oculis, nec alio qvám fuga ſe tutari ſcit.

Ruminare qvoq; illi in more eſt.

Coëunt Lepores & pariunt, vulgó ſeʒen/qvoqvo tempore, dumq; utero ferunt, ſuperfœtant, & ſingulis menſibus præter hyemem generant, ut plurimum binos, rariús ternos: aliqvando qvini reperti ſunt; unde tam innumera fœcunditas. Nam etſi femina lac nuper natis præbeat, nihil tamen prohibet, qvin eadem repetat coitum, & lactans gerensq; utero, denuó concipiat fœtum.

Vana eſt perſvaſio, Eis utrunq; ſexum & utramq; gignendi vim ineſſe, & omnes Lepores æqvé gignere, ac ſi eſſent hermaphrodyti, ſeu utriusq; ſexus participes.

Capiuntur præcipué Canibus ſagacibus, & retibus aratoriis poſt meſſem ſtatim, & rigente bruma usq; ad Martium, ubi párere incipiunt.

Iſaacus Leporinam carnem pro pharmaco potius qvám alimento habendam cenſet.

Frigidæ

Frigidæ eſt & ſiccæ (2. gradu) temperaturæ, ægriús concoqvitur, & ſangvinem gignit craſſiorem; at non improbi ſucci, maximé ſi probé concocta fuerit.

Iis qvi Corpus exiccare volunt, utilis. Prodeſt Phlegmaticis & obeſis Corporibus, urinam proritat, & alvum cohibet.

Nobilibus eſt in delitiis, & in ſplendidis epulis apponitur, ut veré dicere poſſimus cum Martiale:

Inter Qvadrupedes gloria prima Lepus.

Offertur aſſa, Lardi ligulis & Roſmarino ſeu Cinnam. & Caryophyll. transfixa: vel elixa in jure nigro, cum liqvamine ex aceto, ſangvine proprio, lardo, pipere, Caryophyllis præparato.

Præferuntur Lepuſculi ſeu juniores.

Verúm nimius ac freqvens ejus eſus, obſtructiones Hepati ac Spleni efficit, Pulmoniq; nocet, multa movet ſomnia eaq; triſtia, & immodicis torqvet vigiliis.

Melancholicis & emaciatis minús ſalubris. Confert Dyſentericis aſſata ſumta.

Cerebrum inaſſatum manditur juvandis tremoribus, qvi ex mala affectione Corporis contracti ſunt.

Affrictum gingivis facilem Infantibus dentitionem præſtat.

Oculus recens ſomnum conciliare fertur appenſus, vulgi perſvaſione.

Cor Leporis á Neotericis contra Qvartanam, ut ſingulare & certum remedium prædicatur, ſi nimirum præmiſſis univerſalibus, tertia pulveriz. Cordis pars ex vino albo ſeu aqva ſtillat. Cardui bened. calefacta, Ægrotanti in ipſa paroxyſmi invaſione offeratur; idq; ter hoc pacto repetatur, nempe in reditu ſecundæ & tertiæ acceſſionis.

Jecur arefactum Jecinoroſis utiliter exhibetur potandum.

Renes ſicci & inveterati pondere Scrup. 4. ex vino aut alio appropriato liqvore, Calculoſis propinantur.

Sangvis vulgó die Muncke dulcis ac ſapidus, dulcedine & concoctionis facultate, ſangvinem Avium ſuperat.

Fel Oculorum argemas nubeculásq; delet ſaccharo exceptum.

Uterus

Digitized by Google

Uterus ſeu Matricula, ſubſtantiæ membranoſæ undiq; venulis reſperſa, Haſenmütterlin/ vino abluta, reſiccata, trita potui data, qvando Mulier fuerit á menſtruis purgata, conceptionem promovet.

Pingvedo Haſenſchmaltz calidæ eſt naturæ. Corpori infixa extrahit, rumpit abſceſſus. Cantharidibus tritis permixta Eſcharas molitur, & Veſicas excitat. Dolori Dentium mederi, poſt Aures ſi ponatur, vulgi notum experimentum, vulgó Zahnpflaſter: at Audi tui noxium.

Saltus Leporis, Talus Leporinus Plin. improprié, Poplitis oſſiculum Haſenſprung qvód ea parte ceu baſi inter ſaliendum *nitatur*, Oſſiculum eſt in genu poſteriore vel ſuffragine potius, qvod geniculi patella eſſe videtur. Ex aceto ſumtus, Calculoſis, ex vino cum Mace Colicis prodeſſe fertur. Prægnantibus pauperculis ad facilitandum partum ex vino, aqva Pulegii vel Artemiſiæ datur.

Pili Leporini ſangvinem ſiſtentibus linimentis miſcentur.

Fimus rupta Inteſtina ſanare valet. Ambuſtis medetur: Impetigenes curat cum aceto.

Caput Leporis totum uſtum cum Melle Anthoſato dentes abſtergit.

Pedes ſcoparum uſus præbent, ad pulverem detergendum, & verrendas qvisqvilias.

Pellis Leporina ein Haſenbalg mollis eſt, calefacit & roborat; ad indumenta aptatur. Manicæ & caligæ parantur utiles Articulariis membris.

Lepuſculus.

λαγίδιον
μικρὸν λάγιον
Catulus Leporum.
Ein Häſelin
Jung Haſe.

Leporum fœtus ventre execti, vel uberib⁹ ablati, integri cum pelle, fictili exuruntur, Urinæ vitiis apprimé competentes, adeó ut Calculos ejiciant.

Coagulum Leporis, πιτυα λαγωῦ Haſenlipp/ Haſenlap Gerinſel/ gerunnene Milch im Magen.

Lactis eſt ſubſtantia in juniorum Leporum ventriculis concretum.

O Omnium

Omnium eſt præſtantiſſimum, Acris & digerentis facultatis,ac nimirum etiam exiccatoriæ.

Sangvinem concretum in grumos diſſolvit, venenis reſiſtit, venenatorumqve morſibus, Cœliacis, dysentericis, & feminis vulvæ fluxione laborantibus, ac rejectionibus é Pectore,in vino auxiliatur.

Comitialem ex aceto ſingulari experimento curat.

Lupus.

λύκος
Lupus qvaſi Leopus
Canis ſylveſtris *Nonnullis*
Ein Wolff.
Lupa Eine Wölffin.

Ferox eſt beſtia, rapaciſſima, fraudulentiſſima, voraciſſima,& propemodum inſatiabilis, ſed amans ſobolis. Figura Cani magno paſtorali non abſimilis. Color varius, freqventior canus,aliqvando candidus, raró nigricans. Pilis undiq; riget. Cervix ſolida,craſſa, Dentes teretes acuti. Oculi ſplendent noctúqve lucem jaculantur.

Fera montibus noſtris & ſylvis vaſtis freqvens, Capris & Ovibus infeſtiſſima, ſæpé homines adoriri ſolet.

Pilos & Oſſa devorat, & multa ſolida: etiam terram urgente fame.

Coëunt ut Canes, toto anno non plus qvám duodecim diebus. Virgas habent oſſeas, & coitus tempore gregatim incedunt. Fert ut Canis, tum tempore,tum etiam fætus numero.

Cœculas in Renibus eorum naſci, falsó qvidam prodiderunt, cúm αὐτοψία aliud doceat.

Lupi caro frigida, fœtida, ſicca, craſſa, cibo inutilis, utpoté ſpiritus & humores corrumpens.

Hepar præparatum, violarum odorem ſpirat, Omnibus Hepatis vitiis tota ſubſtantia convenit: Siccatum cum vino utiliter exhibetur Hydropicis, Tuſſientibus & emaciatis. Jecinoris dolores ex Mulſo reficit.

Axungia

Digitized by Google

Axungia calefacientis & digerentis eſt naturæ. Ungventis articulariis admiſcetur. Si ea fricentur Oculi, contra Lippitudinem prodeſt. Vulvas emollit.

Si ejus Corio, aut colo inteſtino conſtringatur venter Colica laborantis, Ægerq; corio ſæpiús inſideat, prodeſſe multum ſcribunt. Idem præſtare ajunt, ſi per Colum potus hauriatur.

Dens Lupi in magnis operibus habetur. Adalligatus Infantium pavores prohibet, & earum gingivas exterit confricatus, qvo Dentes facilius proveniant.

Ex pellibus fiunt veſtimenta contra frigoris vim, nec ullas ſordes admittunt.

Catulorum Luporum adhuc cæcutientium pellis præparatur, Ventriculo & Colicæ uſui: Lupi in fame præcipué ſæviunt. Interdum in rabiem aguntur.

Anno 1588. menſe Xbri accidit in pago Giersdorff, non procul á thermis Hirsbergenſibus diſſito, ut femina ruſtica, pro more illius loci, circa crepuſculum ad vicinum cum colo mearet, laternamq; manu geſtaret. In itinere forté fortuna Lupus rabie ſæviens, ex vicinis montibus illi occurrit, ex manibus laternam arripiens, dentibus eam ad lapidis ictum cum candela deportat. Vicni ruſtici clamore commoti, feminæ ſuppetias ferre volentes, á Lupo, qvi rabie ſæviens modó huc modó illuc vagabundus erat, multis modis fuerunt læſi, donec tandem prope templum iſtius pagi fuerit occiſus. Duo ex illis ob vulnera ſeu morſus, paucis póſt diebus fuerunt extructi: reliqvi poſt longum tempus, beneficio pharmacorum iterum convaluerunt. Pelle detracta, & ſtomacho reſecato, nihil præter gramen fuit repertum; qvod nimia fame coactus ingeſſerat.

Lycæus mons, Lycoreus der Wolffsberg/ mons prope Goldbergam altior & ſterilis.

Lutra.

á lutando.
Ενυδρὶς
Κύων ποταμι⊙ Aetii
Lytra á λύειν qvod eſt diſſolvere.

Lutrix,
Canis fluviatilis
Ein Otter/
Fiſch Otter. *Sil.*

Animal amphibium, aſtutum & malignum, é Fibrorum genere, longius latiusq; Cato, minus Fibro, colore fuſco, ad Caſtaneum deflectente, cum nitore. Caput ei oblongum inſtar Putorii, collum craſſius: Crura breviora: Pedes canini, Cauda longa, pilo brevi, molliore, dentibus acutis, morſus acerrimi. Renibus donatur multis racemi modo conglobatis, ut ſerum, qvo abundant, facilius trahere & ſecernere poſſint.

Freqvens in montanis ad ripas fluviorum & piſcinas. Vivit ex captu piſcium, qvos mira agilitate & aſtutia venatur. Amplius qvã duo milliaria, ſurſum contra aqvæ defluxum tendit. Diu ſub aqva ſe continet, qvamvis reſpiratione indigeat.

Plures Catulos ſuis uberibus lactat. Hominem mordet, nec deſiſtit, ut ferunt, niſi fracti oſſis crepitum ſenſerit.

Pellis cauſa capitur Canibus aqvaticis, hyberno præſertim tempore ſub glacie: necnon decipulis ferreis, vulgó Otter Eiſen. A Pellionibus præparatur, qvâ inciſâ fimbrias Veſtimentorũ exornant, maximé Mulierum, & circa Collum. Sæpé vænit pellis elaborata tribus qvatuórve taleris.

Caro ejus frigida & ſicca improbatur. A pauperculis nonnunqvam in cibum paratur.

Axungia ſeu pingvedo non coagulatur frigore, ſed inſtar axungiæ piſcium fluida, Partibus convulſis, contortis illinitur, & Artheticis ungventis miſcetur.

Iecur, qvod octonis lobis deprehendi, diebus aliqvot aceto acerrimo maceratum, in furno ſiccatum, mirum in modum Dysentericis ſuccurrit.

Pilei ex pellibus Lutræ adverſus Paralyſin, Vertiginem, & Capitis dolorem ſalubres cenſentur, & calceamenta Podagricis utilia.

Lynx.

Λύγξ, *Ariſt.*
λυγκός.
Lupus Cervarius,
Lupus Armenius

Lycopantheras

Digitized by Google

Lycopantheras
Ein Luchs
Lux /
Thier Wolff.

Acerrimi morſus Animal, oblongum, brevibus Cruribus, pelle indutum infrá albicante, ſuprá ex fulvo ſubpurpuraſcente, ſed maculis notisq; varia, qvæ ſpeculorum inſtar radiant, pilis mollibus confertis longisq, obſita, qvi in ventre longiores ſunt & piloſiores, ſed rariores. Oculi ſplendent, & ceu igneo fulgore rutilant. Facies formoſa, Caput exiguum, Auriculæ curvæ, apicibus nigris villoſis trium digitorum longitudine ſurſum erectis ornantur. Lingva ſpinoſa, aculeis referta, Limæ ſimilis.

Ungvibus armatur candidis acutiſſimis, qvinis anterioribus, & qvaternis poſterioribus. Patella oſſea oblonga, Amygdali adhuc integumento duro incluſi figura, ſed multo major in poſteriori flexura. Anteriori deeſt, cujus vicem ſupplet oſſiculum minutum fabæ magnitudine & figura. Colli item muſculo inſeruntur alia duo oſſicula, oblongiuſcula ſinuata, furculis ſimilia, per tendinem tandem conjuncta apicibus poſterioribus, oſſi pectoris annectuntur. Ventriculum obtinet rotundum ampliſſimum.

Agilis eſt, proſilireq; longiús poteſt. Clariſſimé omnium Qvadrupedum cernit.

Rapax inſtar Lupi, ſed callidior. Hominibus & Pecudibus inſidiatur. Latet in Arboribus, ut in prætereuntes Pecudes deſiliat.

Invadit Lepores, Cervulos, Capreas, Porcellos ſylveſtres. Omnia dentibus frangit protinusq; devorat. Inſatiabilis enim eſt, utpoté cui á ventre per Inteſtina minus circumvoluta, tranſeunt Cibi.

Minús freqventes ſunt Lynces in Sileſia noſtra, & non niſi altiſſimorum Sudetorum receſſibus aliqvando viſuntur. Memini binos retibus, qvæ Leporibus tetenderant, in Furſtenſtain captos fuiſſe.

Ante biennium Lyncem feminam in montibus ſupra

 caſtrum

Caſtrum Kynaſt, á Venatore interfectum, generoſus Dom. CHRISTOPHORUS Gotſchius mihi communicavit, cujus ventriculum cúm ſecuiſſem, porcellorum ferorum, & Leporum carnibus infarctum offendi, qvos cum pelle & oſſibus confractis devoraverat.

Axungii Lyncis articulis reſolutis, Convulſis, luxatis commodé illinitur.

Pelles hodié in maximo precio habentur. A Baronibus & magnatibus ſaltem in veſtimentis oſtentantur: at pili oculis moleſti.

Ungves Lynck Luchsklawen/ argento & auro includuntur, adverſus Comitialem & Spaſmum infantibus appenduntur. Præfertur, qvi in dextro pede pro pollice eſt.

Fabuloſum eſt, Urinam Lyncis dureſcere, & coire in lapidem qvem Lyncurium vocant.

Carnes inutiles ſunt, & á culinis abdicantur,

Martes.

γαλέϛιον *Ariſt.*
Martes *Geſn.*
Martarus
Martarellus.
Ein Marder
Marter.

Animalculum figura Muſtelæ, magnitudine Cati, longius tamen, & brevioribus Cruribus, ſuperné fulvum cum qvadam fuſcedine, inferné album aut flavum.

Duo ejus ſunt genera.

Martes ſaxatilis.

γαλέϛιον πετραῖον
Martarus domeſticus
Martes tectorum, domorum
SteinMarder
HausMarter.
DachMarder.

Paulo longior eſt Fele, pilo ex fulvo veſtitur ſubnigricante, excepta Gutturis parte, qvæ albicat.

Habitat in ſaxorum rimis & cavernis. Mures & Aves perſeqvitur. Apud nos raró oppida accedit, veluti in Helvetia.

Martes arborea.

γαλέϛιον ἄγριον

Martes

Martes ſylveſtris
Martes Arborum
Muſtelæ quartum genus *Agricolæ.*
BaumMarder
FeldMarder
WilderMarder.

Corpore conſtat aliqvantum longiore, gutture flavente, & pilo contegitur magis fuſco, tactuq; molliore.

Sylvas incolit, raroq; eas deſerit. Paſſim in altis Montium ſylvis oberrat.

Hæc etiam duplex.

Martes fagina.

Martarus faginus
Buch Marder.

Qvi in ſylvis fageis verſatur & vitam agit.

Martes abietina.

Martarus abietinus
DannenMarder
FichtenMarder.

Qvæ in Abiegnis ſeu Piceaſtris degit. Nidum ſuper Abietes Sciurorum inſtar ſtruit.

Aſpectu cæteris eſt pulcrior, & bonitate præſtat, precioſiórqve ſi plures pili candidi cum fuſcis permiſti fuerint, breunlicht ſchwartzlicht mit viel Silberharen Hyeme meliores ſunt qvám æſtate.

Pelles precioſæ habentur, & á Magnatibus ad hyemales veſtes ſuffulciendas expetuntur.

Monoceros.

μονοκέρως.
ὁ μονοκέρως θὴρ *Phil.*
ὄνος ἄγριος καὶ ἰνδικος *Aeliani*
ὄρυξ *Ariſt.*
Alicornus *Fallop.*
Onager Indicus
Aſinus Indicus.
Ein Einhorn.

Unicornu, cúm ſit jam nobilitatum apud Magnates, nobiles & divites Sileſiæ, contra graviſſimos Morbos præſidium, meritó, licet patria noſtra Animali, unde hoc procedit, careat, hic inſerendum judicavi.

Variæ ſunt Autorum de Monocerote ſententiæ, qvas hic recenſere ſupervacuum exiſtimo, & ab aliis aliter deſcribitur, ſive qvoniam diverſæ ſunt unicornes Animantes ut conſtat; ſive, qvód Aliqvi notas diverſorum tanqvam unius confuderunt.

Plinius

Plinius lib. 8. Natur. hiſtor. c. 21. in hunc modum deſcribit; qvód ſit fera aſperrima, reliqvo Corpore Eqvo ſimilis, Capite Cervo, Cervice oblonga, jubare raro, ex altero latere depédente; Crura habet gracilia ut Capræ, bifidis ungulis, Pedesq; poſteriores piloſos: Caudam Apri, unicum cornu nigrum in media fronte, Cubitorum duorum triúmve eminens, atq; in acutiſſimum mucronem deſinens.

Gignitur, ut Autores referunt, in Arabia, Aſſyria, & Indiæ intimis ac deſertiſſimis regionibus.

Cornu Monocerotis.

Cornu Alicorni *Fallop.*
Cornu Unicornis
Einhorn.

Unicornua duo Venetiis in D. Marci theſauro oſtenduntur. Habet etiam Unicornu Angliæ Regina, & D. Dionyſii Fanum in Gallia, nec non Argentinenſes. Cornua ſunt anfractuoſa, & ſpinis convoluta, tanqvam duobus filis aut funiculis in ſe contortis.

Crato Dentem Elephantis ſeu Ebur credidit.

Gabriel Fallopius non eſſe Cornu, ſed ſpeciem qvandam terræ ex Apulia delatæ, qvæ tamen contra venena ſit efficax. Forſan verum non vidit.

Rarum qvidem eſt verum & genuinum, ac magni valoris, & ſæpiſſimé á Mercatoribus & Agyrtis, alterius Animalis os, aut Piſcis dens, ſeu Marga mineralis pro legitimo vænit.

Legitimum Unicornu, eſſe de Animali qvodam, qvalecunq; id ſit, & pollere contra venena, hactenus multoties, pleriq; cúm Magnates, túm Medici præſtantiſſimi explorarunt; facileq; á Minerali diſcerni poteſt.

Ante qvadriennium, cúm Magnificus Dom. Chriſtophorus á Monevit ſupremus Litvaniæ Mareſchalcus, Thermas vicinas Hirſchbergenſes, valetudinis recuperandæ gratiâ, freqventaſſet, meaq; opera uſus eſſet, fruſtulum Unicornu duorum dodrantum feré mihi monſtravit, particulaq; cum ungula Alcis &

Balſamo

Balſamo Judaico vero me donavit affirmans integrum aliqvando ad fines Podoliæ ſuæ ditionis fuiſſe Unicornu repertum.

Proba. Scobs ejus cum Arſenico detur devorandus Gallinæ, Columbæ, aut Cani, ſi ſuperſtes manſerit, verum & legitimum unicornu pronunciabitur.

Vulgares in vinum projiciunt, & ſi bullas vinum emiſerit, probum eſſe affirmant: at falluntur, cúm & alia oſſa uſta id præſtent.

Adverſus Peſtilentes affectus & venena efficaciſſimum verum Unicornu; ob id bezoarticis medicinis freqventer additur. Cordiale eſt. *Ad ſyncopen febrium in paroxyſmo cum vino datur:*

Lumbricos Puerorum interimit & Dyſenteriæ populari opitulatur.

Arſenici antidotum præſtantiſſimum, & aliis additum, Cor á peſte & omni contagio præmunit.

Mus domeſticus minor.

Μῦς *Dioſc.*
Μῦς κατοικίδιος
Μύσκος
Mus domeſticus minor
Muſculus
Eine Maus
kleine Maus.

Beſtiola eſt domeſtica panis cupida, corpore parvo, colore nigricante, cauda longiuſcula, qvæ omnia rodit, inqvinat & inutilia reddit.

In domibus oberrat & horreis, Autumno qvoq; in agris. Frumento & Pane veſcitur, Caſeos qvoq; & Carnes fumo induratas arrodit.

Salaciſſimi ſunt Mures & vitæ breviſſimæ. Capiuntur variis Muſcipularum generibus. Caro eorum calida eſt mollis, & pingvis nonnihil.

Diſſectus & impoſitus extrahit aculeos, ſpicula, ſagittas &c. curat plagas Scorpionum, extrahit venenum & podagras lenit.

Cinis Muris cum Melle inſtillatus aut Roſaceo decoctus, Aurium dolorem ſedat. Carnes cum crudo Ovi luteo Oculorum inflammationi medentur. Capita Murium

Alopeciam curant. μυοχόδος, μυόδοχος Muſcerda, ſeu Stercus Murinum Meuſekoth/ detritum cum aceto & illitum furfures Capitis abſtergit & Alopeciis medetur, cum thure & Mulſo Calculos expellit.

Cum Melle ſupponitur infantibus, ut Alvi dejectionem moliatur.

Mus albus.

μυὸς λευκὸς
Ein weiſſe Maus/

In domibus aliqvando candido colore tinctus oberrat.

Hujus generis nonnulli, coloris candidiſſimi, ſed oculis rubicundis & micantibus, in arce Lignicenſi non ſinguli tantùm, ſed & bini interdum ſimul, capti ſunt. 1603.

Mus rubeus.

Ein rot Meuslin
Brand Maus.

Hoc anno in arce Boberſtein Mus captus fuit ex obſcuro rubei coloris, cui á vertice per Dorſi longitudinem ad Caudam usq; linea nigra protendebatur, ventre albo, denticulis croceis.

Mus muſcatus.

Ein Zieſem Maus/
Bieſem Meuslin/

Similis eſt vulgari domeſtico, præter odorem Moſchi qvem ſpirat.

Rarius occurrit.

Mus araneus Geſn.

Μυγάλη. Dioſc.
Mus domeſticus minimus
Sorex nonnullis
Ein Zitſ Maus
Spitz Maus
Muger.

Domeſtico eſt ſimilis ſed minor, colore magis ad fuſcedinem tendente, Cauda brevi & roſtello admodum porrecto & acuto, Ocelli minutuli & nigri, ut vix conſpici poſſint. Dentes tenues duplici ordine nati in utraq; maxilla in bifidos mucrones deſinunt.

In domibus, ut cæteri, oberrat; at minus freqvens.

Hunc Feles qvidem capiunt, & occidunt, ſed ut venenoſum non edunt.

Morſus ejus venenatus creditur.

Diſſectus & impoſitus ſui morſus veneficia luit.

Uſtus cum axungia Anſerina

rina permixtus affectibus Sedis experimento ſingulari adhibetur.

Mus araneus detracto pelle, demtis viſceribus & Capite truncato pulveriz. ex aqva flor. Tiliæ propinatur Epilepſia correptis in paroxyſmo.

Mus domeſticus major.

ῥάσης, ὕραξ.
ῥίσκος.
Rattus **vulgo**
Glis Veterum **Quibusdam** *falſo.*
Rattus terreſtris.
Ein Ratte/
Ratz.

Qvadruplo feré major Mure domeſtico minore. Corporis magnitudine Muſtelam aſſeqvitur & exæqvat. Pilis eſt ſubnigris, Cauda procera, nec admodum gracili, nec prorſus nuda pilis.

In domibus diſcurrit & ſtabulis hyberno tempore, frugum & leguminum peſtis & pernicies, inviſus Hominibus.

Aliqvando in arboribus concavis interdiu latet, noctu catervatim ad horrea & domicilia vicina excurrit.

Capiuntur muſcipulis & Arſenico farinæ permiſto enecantur.

Feles captis Caput abripiunt, relicto reliqvo Corpore.

Venenum in cauda geſtare dicitur.

Urina ejus, ſi nudam aliqvam Corporis humani partem attigerit, præſertim cúm libidine accenditur, Carnes ad oſſa putreſcere facit, & difficile vulnus cicatricem admittit.

Mus aqvaticus.

Μῦς ἔνυδρος.
Mus aqvatilis *Agric.*
Rattus aqvaticus.
Ein WaſſerMaus/
Waſſer Ratz.

Ei magnitudo feré Muris agreſtis colore nigro, Cauda breviore.

Amphibion eſt animalculum & herboſis Amnium ripis freqvens.

Radicibus vivit & piſciculos vorat, veluti Gobiones fluviatiles, Alburnos, fœtus Lucii, Salaris, Barbi, aliorumqve Piſcium.

Morſu ferox eſt. Sæpe manus Piſcatorum mordet, cûm ex foraminibus riparum Cancros fluviatiles extrahere volunt.

Mus agreſtis.

Μῦς ἄγριος
Mus ſylveſtris
Mus campeſtris
Mus ſubterraneus *Agricol.*
Nitedula *Servii.*
Ein Erdſchluffel
Erdſchuffel
Erdjahren
ErdMaus
AckerMaus
SchartMaus.

Magnitudine Talpam feré æqvat, coloris fuſci, nigris in facie maculis.

Peſtis maxima ſegetum & hortorum.

Omnis generis radices & fruges congerit. Aliqvando hyeme ſæviente ſub nivibus tenellas arbuſculas prope radicem ac Lepus arrodit.

In cinerem redactus & cum Melle Oculis illitus eorum obſcuritatem aufert, viſumq; acuit.

Mus ſylvaticus.

Μῦς ἀγρουραῖος
Mus Avellanarius *Geſn.*
Mus Corylinus
Mus ſylveſtris, agreſtis.
Sorex Plinii.

Longitudo ei dodrantalis. Color murinus per tergum & latera magis ruffus præſertim in Capite. Auriculæ magnæ, glabræ, Venter candidus, Nares & pedes rubicundi. Cauda tota hirſuta, barba partim alba, partim nigra. Oculi majuſculi eminentes, nigerrimi.

Arbores ſcandit, ſemina Pyrorum & alios fructus, inprimis Nuces Avellanas pro hyberno pabulo congerit. Autumno Turdelas & alias aviculas per laqveos in ſylvis captas inſeqvitur, in qvibus ſæpe implicatur & retinetur. Qvod ipſemet Puer aliqvoties obſervavi.

Hybernis menſibus in terra ſe recondit, eosq; dormiendo tranſigit.

Venenoſum eſſe ſunt qvi exiſtimant.

Muſtela.

γάλη *Dioſc.*
σπονδύλη

Ein

Ein Wieſel/
Wieſele/
Milch Meußlin.

Vulgaris noticiæ animalculum ſubdolum miræ ſagacitatis, & qvanqvam Corpore parvum, animo tamen invicto conſtat atq; feroci. Corpus habet tenue & in longius ductum. Caudam brevem, primores dentes breves, non ſicut Mus longas, plerunq; in Dorſo & lateribus rutila, raró ſubfulva ac nigra, in Gutture & Ventre ſemper candida. Genitale oſſeum.

Ripas & cavernas inhabitat. Circa ſtabula & horrea ſæpe oberrat, mures perſeqvitur, & cum Serpentibus pugnat; ob id á Ruſticis amatur. Catulos ſeduló nutrit, & de loco ad locum ſæpe transfert ne inveniantur.

Muſtela domeſtica.

γάλη κατοικίδιος
Muſtela domeſtica, minima.
Ein Hauß Wieſele.

Saterio ſimilior qvám Muri, minor ſylveſtri, inferne alba ſuperius rubra, Gallinis infeſta: & earum Ova abſorbet.

Muſtela campeſtris.

Muſtela ſylveſtris
Muſtela agreſtis
Ein Feldwieſel

Pauló major eſt domeſtica, & in agris ac vepribus degit.

Halitus ejus creditur venenoſus.

Exiccatur non ad cibum ſed ad medicinam.

Caro ejus calefacit, digerit & ſiccat valenter. Cum vino ſumta juvat Epilepticos. Adverſus omnia Serpentium venena felix remedium.

Ad Podagram & articularios dolores acopon mirabile. Facit & ad diuturnum Capitis dolorem, materiam ad ſuperficiem ducens.

Fel cum ſucco fæniculi ad Oculorum argemas & nubeculas adhibetur, Lentigines & alia Cutis vitia emaculat cum Melle aut Ari farina.

Stercus ejus Moſchum non nihil redolét. Morſus venenatos Muſtelæ curat Allium, Cepæ, The-

pæ, Theriaca, Pellis propria impoſita.

Muſtela candida.

Muſtela hermela.
Ein weis Wieſel/
Hermelin.

A ſylveſtri ſaltem colore diſcernitur.

Tota enim alba eſt præter Caudam qvæ nigricat.

Agricolæ noſtrates ex obſervatione affirmant, ſylveſtrem Muſtelam poſt decennium albeſcere.

Porcellus frumentarius.

Ἀρκτόμυς
Κίρκος
Mus arvenſis
Cricetus
Hameſter
Ein Kornfärle/
Hamſter/
Grentſche/
Grutſchel/
Meuſe Hamſter/
Erd-Wolff.

Generis eſt Murini & Urſini minor pauló Cuniculo. Longitudo dodrantalis & palmi unius. Pilus in Dorſo feré Leporis eſt colore. Gula, Venter, & Pedes interiores nigra ſunt. Rubet in lateribus & circa Caudam, qvæ coloris Murini tres digitos longa. Maculæ albæ ſub auribus, juxta roſtrum, ſupra armos & coxam. Pedes admodum breves, digitis & ungviculis albidis qvinis utrinqve. In pedum planta ſeu parte digitorum inferiore tubercula veluti calli ubiq; eminent. Oculi ſplendidi nigri elegantes. Dentes habet ut Lepus anteriores binos inciſores & laterales. Lingva mollis ſpongioſa. E bucculis Veſiculæ utrinq; amplæ membraneæ ſub Cute porriguntur qvæ ſenſim gracileſcentes Dorſo tenui ligamento alligantur. Has inſtar ſacci meſſis tempore granis Tritici, Siliginis & aliis ceu folles qvospiam infarcit, atq; in ſuos cuniculos commeatum in futuram hyemem congerit ac reponit.

Pulmonibus candidis qvatuor ſunt lobi.

Cor Renibus paulo majus mucrone obtuſiore. Hepar triplicatum apparet unum ſuper alterum

per alterùm impoſitum. Inferior pars Dorſo adjacens duos obtinet lobulos, Media, qvæ maxima integra absq; in ciſuris integrum Abdomen, ſecundum latitudinem occupans ventriculum ex parte amplexatur. Superior portio diviſa aliis incumbens Diaphragmati proximè ſubjacet. Fel nullum conſpicere licuit.

Ventriculus ei duplex. Unus candidus rotundiuſculus, cui alter per iſthmum annectitur longiuſculus, ſiniſtrum hypochondrium occupans. Huic prope Iſthmum Oeſophagus inſeritur, alteri ſub dextro hypochondrio Inteſtina adhærent. In utroq; reperiebatur chylus candidus pulticulæ farinaceæ ſimilis craſſior tamen in ſiniſtro.

Inteſtina gracilia flavent, ubi deſinunt, incipit Cæcum anfractuoſum amplum, hinc craſſiora ad cæruleum vergunt colorem. Excernit pilulas longiuſculas inſtar Murium. Lien coloris ſangvinei ſoleam ferè humanam repreſentat.

Renes bini phaſeoli magnitudine & figura. Veſicula candida Piſum Italicum æqvat, rotunda lagenulæ inſtar.

Parit qvinq; ſexve uno partu.

In terræ cavernis habitat, Agri vaſtator & Cereris hoſtis. Autumno multa frumenti grana in ſpecum congerit, & utrinq; dentibus mandit.

Admodum pingveſcit; ob id Porcellis Indicis non inepte comparatur.

In Cibum non recipitur; ſed pelles conſuuntur ad veſtimenta.

De caverna ſua aqva fervente ſeu frigida copioſè infuſa expellitur.

Animalculum eſt valde mordax, iracundum & in vindictam præceps ſi qvis urgeat. Si eum Eqves incautè proſeqvatur, ſolet proſilire & os Eqvo appetere, & ſi præhenderit, mordicus tenere. Aliqvando in homines inſilit, & dentes cùm inflixit, vix remittit.

Porcellus Indicus.

Cuniculus Indicus
Cuniculus Americanus
Porchelli de India.

Ein

Ein MeerSchweinlin
Indianiſch Künele.

Animalculum Cuniculi feré magnitudine, ſed breviore Corpore & pleniore.

Auriculas habet humiles, ſubrotundas & glabras feré. Crura brevia, Digiti ſeni anterius, qvini poſteriores. Dentes ut in Muribus. Cauda nulla.

Colore variant. Aliis candidus, aliis ruffus, aliis niger, qvibusdam varius.

Veſcitur omne genus herbis & fructibus, Avena, Pane &c.

In Hiſpaniola Indiæ occidentalis inſula maxima á Columbo detecta horum mira fœcunditas. Apud nos in hypocauſtis alitur.

Æſtate & hyeme parit ternos pro vice aliqvando qvaternos. Mas eſt libidinoſiſſimus, ut ad fœturam pluribus ſatisfaciat.

Caro ejus in cibo humida, Aſſa á nonnullis editur & pro delitiis habetur.

Putorius.
á putore.

Ικτὶς *Ariſtot.*
Muſtela ruſtica vel ſylvoſtris *Peucer.*
Muſtela. 2. *Agricol.*
Viverra *Gaz.*
Furunculus *Fabric.*
Ein Iltis
Iſſter *sil.*

Ex ſylveſtrium Muſtelarum genere aliqvanto major eſt domeſtica Muſtela, brevior ſed craſſior Marte, Pilos habet inæqvales & non unius coloris. Etenim breves ſubfulvi ſunt; longi unius coloris, qvi ſic ex multis Corporis partibus eminent, ut diſtinctæ nigris maculis eſſe videantur; attamen circa os eſt candidus.

Habitat in riparum cavernis, ubi piſces captos comedit; & verſatur in ſylvis, ubi prehendit Aviculas: Domos ingreditur & necat gallinas earumq; ſangvinem exugit & ova exorbet. Sæpe verſatur circa fœnilia, ſtabula & alia ædificia.

Cum graviter exarſerit, male olet.

Acerrimi eſt morſus: Caput gallinis primum aufert ne clamare poſſint.

Muribus

Digitized by Google

Muribus infeſtus eſt.

Genitale ex vino offertur pulv. ſtillicidio urinæ affectis.

Pelles ad pileos & alia veſtimenta á Pellionibus apparantur.

Sciurus.

Σκίουρος ἢ καμψίουρος á Cauda qvâ ſupra dorſum reflexâ ſe tegit & inumbrat.

ὕπνουρος

Muſtela Qvercuum ſeu Arborum.

Ein Eich-Horn

Eich-Hörnlin.

Muſtela eſt paulo altior & corpulentior, pilo rutilo ſeu nigricante, griſeo interdum ſeu ferrugineo, ventre albitio. Caudam oblongam villoſam & denſam habet, qvâ cum reſidet, inflexa, Dorſum Caputq; tegit. Genitale Maris oſſeum. Lien ruboris ſangvinei, Hepar pallidiuſculum in cujus ſima parte hæret veſicula minutiſſima fel ſubflavum continens. Priores pedes ei ſunt pro manibus.

Curſu & ſaltu plurimum valet. Facile enim tranſilit de ramo ad ramum, de arbore ad arborem, Cauda ferè tanqvam ala utens.

Veſcitur faginis glandibus avellanis, juglandibus, pomis, ſtrobilis Piceæ & Abietis. Fungos hoc anno in eorum ventriculis diſſectis reperi qvos ob penuriam fructuum & ſtrobilorum ingeſſerant depellendæ famis, explendæqve gulæ gratia.

Nidum in arboribus extruit. Majo pullos parit utplurimum ternos.

Æſtate cibum congerit, qvo per hyemem alitur.

Caro ejus dulcis, ſvavis, ori grata. Competit imbecillibus & qvi fluxionibus moleſtantur.

Adeps ad Aurium dolores utilis.

Pelles præparatæ conſarcinantur ad pallia nocturna. Multum enim calefaciunt Corpus. Ex Caudis Pictores penicillos fingunt.

Simia.

πίθηκος

Q Simia

Simia, qvód ſima ſit & Naribus depreſſis, vel qvaſi mima & imitatrix.

Ein Affe.

Animal eſt qvadrupes, perverſiſſimum, condenſo villo, multa habens communia cum Homine Membra, tam exteriora qvám interiora; verúm omnia rudiora efferatioraq;. Facies namq; illi rotunda eſt, & Aures, Nares, Denteſq; tam primores qvám maxillares, Hominis more habet. Natura tamen in iis

Nareſq; á fronte remiſſas Contudit & rugis peraravit anilibus ora. Brachia Hominis modo, ſed hirtiuſcula, qvæ & ipſa, & Pedes ut Homo inflectit. Pectus ei omnium Animalium latiſſimum; in qvo Mammillæ hærent binæ Feminæ. Cauda exigua. Genitale Feminæ Mulieris, Mari veró virga potius Canis qvám Hominis.

Geſtu inqvieta eſt & ferox morſu, qvo præ cæteris Animalibus viget.

Simias mittit Affrica, Lybia, India. Habitat in arboribus & rupibus. Nucibus & Pomis delectatur.

Simiæ facillimé manſveſcunt & raró in patria noſtra viſuntur, nec niſi in ædibus divitum ludicri ac ridiculi ſpectaculi cauſſa aluntur.

Frigidæ & ſiccæ ſunt naturæ. Caro auſtera & humoris peſſimi, Cibo inutilis.

Simiæ caudatæ.

χοιροπίθηκος *Nonn.*
Κυνοκέφαλος *Geſn.*
Simia porcaria, Simia Praſiana
Tartaretus
Tartarinus

Ein Schwantz Affe
Pavian.

Magnitudo ei Canis Leporarii, cui barba ab Auribus usq; ſub Mentum. Roſtrum longius, feré caninum. Bipes feré obambulat, & vocem pené articulatam habet. Cauda donatur prolixa. Feminas amat.

Talem ex Tartaria adductam ante annos tredecim Magnificus ac nobiliſſ. Dom. Johan. Ulricus Schaffgotſche in arce Greiffenſtein, catena alligatam

alligatam aliqvot annis alebat.

Sus.

ὗς ἥμερος olim θύτης.

Sus á ſubigendo, qvod terram roſtro ſubigat propter Cibum.

Porcus qvaſi ſpurcus.

Ein Sawe
Schwein.

Animal eſt obſcænum & immundum maximé pituitoſum & humidum, omnium feré terreſtrium Animalium, qvæ in Cibum veniunt, humidiſſima carne.

Luto delectatur, qvód roſtro ſuffodit horrendo grunnitu.

Omnem ſitum Ruris uſurpat. Nam & montibus & campis commodé paſcitur, melius tamen paluſtribus qvám ſitientibus Nemora ſunt convenientiſſima glandium pomorumq; ſylveſtrium feracia.

Vivit ad annos 20. & variis Morborum generibus laborat, Raucedine, Angina, Struma, febribus, grandine in patria noſtra freqventisſimé.

Cognoſcitur autem parte lingvæ inferiore, ubi plerunq; multa infeſtatur. Setæ in Dorſo evulſæ. ſangvinolentæ in radice: Pedibus poſterioribus non conſtant: Caput obliqvum in inceſſu. Curantur vulgó ſem. Sinapeos, Cicere, Lentibus, Scrofularia & Ledo Sileſiaco.

Sus diutius in cœno immorans imminentem tempeſtatem præſentit.

Sus, Homo vocatur ſordidus, immodeſtus & qvi imprudentiæ intemperantiæq; modum excedit.

Verres.

ὁ μὴ ἐκτετμημένος χοῖρος
Ein Eber/
vngeſchnittener Eber.

Porcus manſvetus non caſtratus

Eligitur Corporis amplitudine eximii qvadrati potius qvám longi aut rotũdi, ventre

promiſſo, Clunibus vaſtis: Cruribus veró & ungulis haud perinde proceris, Roſtro brevi & reſupino, amplæ & glanduloſæ Cervicis, ſalaciſſimus, qvadrimatum agens.

Unus ſufficit pluribus implendis.

Carò cibo inutilis, á pauperibus & bajulis in cibum recipitur.

Jecur Verrinum contra Serpentes auxiliatur.

Teſticuli inveterati in lacte contra Comitialem dantur.

Dentium exertorum cinis ſangvinem & procidentem ſedem retinet.

Scrofa.

Δέλφαξ, Sus femina, qvæ uterum habet.

Σκρόφα, id eſt, Porca, qvæ ſæpe peperit.

Ein Föhr Mutter.
Mör/
Range/
Looß.

Sus femina, animal multiparum per totum ventrem Mammillas habens; generoſa 12. vulgaris binas. Hinc Sumen proprié dicitur, qvaſi Suis abdomen, Venter Suillus infra umbilicum cum ipſis uberibus. Vulva anfractuoſa ſinuoſaq; eſt, in ſinibus fœtum gerit.

Coire incipit octavo ætatis menſe. Bis anno parit, prægnans eſt qvatuor menſibus, binis nutricat. Superfætat. Hoc enim anno 1602. in vicinia Scrofa peperit primo die qvaternos, paucis poſt diebus octonos porculos.

Ultra decimum qvintum annum non generat.

Lac Suillum omnium craſſimum.

Nocet ventriculo, nauſeam excitat, pravum gignit ſuccum & Elephantiaſin.

Tenaſmo, Dyſenteriæ, Phthiſicis utiliſſimum. Caro difficilis eſt concoctionis, pravi ſucci & malum gignit ſangvinem, utpote macilenta, dura & inſipida. Melancholiam & Qvartanam facilé procreat.

Porcus.

χοῖρος
γρύλλος
Verres caſtratus
Porcus nefrendis
Ein Borck
Ein geſchnitten Eber.

Porcus

Porcus ſerarius, qvi ſero paſtus eſt.

Ein Schwein mit ſchrot gemäſtet.

Porcus ſaginatus,
δέλφαξ σιτευτὸς
σίαλος σῦς
Ein MaſtSchwein
MühlSchwein.

Porcus colluviaris, colluvione alitus.

Ein Schwein mit allerley vnflat gemäſtet.

Qva ætate caſtrentur, non refert. Commodiſſimé tamen anniculi, iiqve majales.

Facilime ad qvodvis pabulum aſſveſcit & celerrimé qvoq; in pingvedinem proficit pro ſui Corporis magnitudine, ſexaginta ſcil. diebus.

Pingveſcit Hordeo, Glande qvercina, Nuce fagina &c.

Præſtat hyeme circa brumam ſeu ſolſtitium hyemale: æſtate damnatur.

Caro porcina cum humana magnam ſimilitudinem habet, omnium præſtantiſſima & ſaluberrima, præſertim mediocris ætatis; optimé nutrit, multum alit, facilé digeritur, Stomacho idonea, dulcis & Ori grata: at glutinoſi in ſe nonnihil habet; qvo fit ut jecur obſtruat & Renes, in qvibus meatus anguſtiores: inde Senibus & humidiore ventriculo minus ſalubris.

In Regimine Scholæ Salernitanæ.

Eſt caro porcina ſine vino pejor Ovina.
Si tribuis vina, tunc eſt cibus & medicina.

Prava eſt cúm fuerit crudior aut ambuſta. Bilem enim aut choleram procreat,& turbationem facit.

Noſtrates ſale macerant ad dies decem, deinde in carnario, qvo fumus penetret, ſuſpendunt, ne fraceſcat & vitium ſapiat,neve á tinea& vermibus lædatur; tandem ad integrum annum reponunt.

Perna á pede πτέρνα Petaſo Mart. Eine Schincke / dicitur tam prior qvám poſterior Coxa, ſalita cum pede & infumata. Æſtate elixatur & cum lacte ſeu Cepis tenellis, menſis primis offertur, non ingratum edulium.

Roſtrum, Pedes, Aures, Cartilagines ſuccum gignunt craſſum, viſcoſum & frigidum, probe nutriunt. Ex his aceto elixis cum Croco, Zingib. Pipere, Paſſulis Coqvi noſtrates gelu ut voçant, in patina parare ſolent, qvod congelatum frigide editur. Eine Schweins galret.

Cutis præpingvium Porcorum, ubi elixa ſit, glutinoſum qvidem pingvemq́; ſuccum gignit, ſed non admodum craſſum nec tam facilé concoctionem admittit, qvám extremæ partes, neq; ſuccum præſtat tam bonum, ſed qvi excrementis magis abundet. Ob id raró editur.

Viſcera Suilla omnia cæterorum Qvadrupedum viſceribus ſuâ naturâ ſunt multó ſvaviora: ſecundum illud:

Ilia Porcorum bona ſunt, mala ſunt reliqvorum.

Sangvis der Schweis / Lanionibus, propter ſimilitudinem cum temperamento humano Inteſtinis immitti ſolet ad cibum.

Anexabo, Inteſtinum ſangvine farctum, Eine Blutwurſt / Schweiswurſt. Admiſcent Ditiores ſimilam lacte præmaceratam, Cerebrum Porci, & Lardum ſeu pingvedinem conciſam, cúm Majorana, Roſmarino, Pipere, Carvi & aliis aromatibus. Ex qva mixtura Ventriculus fartus Faliſcus vocatur, die groſſe Wurſt / Inteſtinum craſſius cum apice die Zippelwurſt.

Tomaculum, Ein Leberwurſt / ex Hepate, Corde, Renibus & Lardo conciſis absq; ſangvine paratur adjectis aromatibus.

Lucanica, Botulus, Eine Bratwurſt / fit ex fruſtulis carnis macræ & Lardo conciſis cum ſale, Pipere integro, ſem. Carvi & aliis aromatibus ſuffumigatur & reponitur.

Pulmo ſuillus impoſitus, attritus á calceamentis contractos ab inflammatione tuetur.

Jecur aſſum alvum ſiſtit. Cum vino venenatorũ morſibus medetur.

Adeps ſeu Axungia porcina, Borckſchmals / humanæ feré affinis. Calefacit humectat mediocriter, digerit, abſtergit

git nonnihil, multi in medicina uſus.

Sincera confricatis membris prodeſt, itinerumq; laſſitudines & fatigationes levat: contra Vulvæ & Sedis vitia idonea. Ambuſtis igne medetur. Cum terræ lumbricis nervis vulneratis prodeſt.

Axungia vetus acrior & calidior eſt.

Liqvamen Schmer/Schmaltz ex adipe Abdominis Suilli adhuc recentis colligitur, qvo butyri loco ad cibos feminæ utuntur.

Lardum, Laridum qvaſi larem aridum large aridum, Pingve qvod inter Cutem & carnem aridum eſt. Salitur & ſuſpenditur é trabibus, ut incorruptum maneat, optimum Ciborum condimentum.

Veſica Suilla diſtenta & tecto appenſa optimé conſervatur ad clyſteres & fotus anodynos.

Toſta pulv. lectum permingentibus Pueris utilis.

Fel contra Aurium ulcera reliqvaqve omnia magno uſui aſſumitur.

Lapis aliqvando reperitur in Collo Veſicæ ſubobſcuri aqvei coloris, qvalis ante annos qvatuordecim Hirſchbergæ á Lanione inventus fuit.

Succerda ſeu fimus recens calidus Naribus admotus odoratus ſangvinem profluentem cohibet: Impoſitus &, poſt tertium diem ſublatus, efficaciter Verrucas & clavos aufert. Ex aceto coctus ad venenatorum morſus Aëtius laudat. Vulgus ad ſtercorandos agros & hortos oleraceos Suillum fimum cæteris præfert.

Aſtragalus Ἀςϱάγαλος ὑός, Talus Suis uſtus Cephalalgiam diſſolvit. Coli inflammationibus & torminibus ventris tritus medetur & potus.

Pellis Suilla φοϱίνη Schwein-leder/A Bibliopegis ad librorum operimenta expetitur, ut pote qvam firmior & multó diuturnior qvám ovilla aut vitulina. Non enim tam facile deteritur.

Setæ ſuillæ Schwburſten/ ex his parantur Muſcaria ſetacea ad veſtes extergendas.

Porculus.

Porculus.

ὗς γαλαθηνός,
Δελφάκιον,
Porcellus ſubrumus,
Porcellus lactens,
Ein Spanfärle/
Spanferckel.

Porcellus nuper genitus Scrofæ uberibus adhuc hærens, ob nimiam humoris abundantiam inſalubris eſt, lentum, viſcoſum & craſſum procreat ſuccum.

Eliguntur qvi intra ædes detinentur, qvi veró paſſim obambulant & omnes generis ſordibus veſcuntur, inutiles ad cibum ſunt.

Purgantur á Coqvis interaneis exemtis, iterum ſub cute & ventres farciuntur, & ad ignem aſſantur. Delitiæ ſunt Divitum, & ſaporis non ingrati, fortibus Ventriculis utiles, cúm bene concoqvuntur. Secus enim phlegma viſcoſum gignunt, & naſcentes inde Morbos, Podagram, Ileum dolorem, Calculos Renum, Paralyſin & ſimiles. Ad venenatos morſus optimé auxiliatur ſi ſtatim poſt cucurbitas imponatur diſcerptus, & adhuc intus calens.

Talpa.

Ἀσπάλαξ, qvod perpetuâ cæcitate infeſtetur.
σπάλαξ.

Mus terrenus vel cæcus, *Albert.*

Ein Maulwerff/ qvód terram roſtro fodiat & rejiciat.
Moltwurff/
Mollmaus/
Schermaus.

Animal eſt mutilum nigrum, non multum muri diſſimile, pilis multis, brevibus & denſis nigrore ſplendido (præcipué in Dorſo, Venter enim obſcurior) inſigne. Roſtrum habet Muris aranei ſive Suillum potius. Collum inter crura anteriora breviſſimum, & prope nullum. Crura breviſſima, & vngves acuti robuſti, qvinq; ante & poſterius. Vola anteriorum pedum bené lata eſt & manum refert. Caput longiuſculum. Oculi nulli, nec in Cranio ulla veſtigia ſeu meatus, niſi qvis velit Oculos dicere punctula illa nigra ſemini Papaveris ſimilia, ſub cute utrinq; prope rictum roſtri hærentia. Dentes anteriores latiuſculos obtinet, & utrinq; duos

duos acutiſſimos ad latera prominentes.

Talpa candidiſſimus hoc ipſo anno effoſſus & captus eſt in agro Reichenoviano, ſub Abbatia Griſſenſi.

Teſticuli bini Piſi minoris magnitudine coloris candidi. Genitale ſub Inteſtino recto prominet.

Hepar qvinq; lobis absq; felle diſtingvitur, cui ſubjacet ventriculus.

Renes Phaſeoli magnitudinem æqvant. Cor pauló majus Pulmones ambiunt, qvi multæ ſunt fibræ ſeparatæ, qvæ *nullo* inter ſe principio cohærent.

Lien longiuſculus ſangvinei coloris.

Audit liqvidiſſimé. Defectum enim in viſu Natura in Auditu reſtituit.

Sub terra ſibi domicilia parat; extra eam enim diutius non durat, niſi forte ad horam unam aut alteram.

Terram roſtro ſuffodit ac ſubruit egeſtis veluti colliculis. Peſtis agrorum, hortorum & pratorum.

Veſcitur Lumbricis, Ranis, radicibus, frugibus maximé, etiam terra in fame. Julio menſe latibulo ſuo egreditur & facilius capitur, cum cæcus ſit natura, unde *Virg. 1. Georg.*

Aut oculis capti fodêre cubilia Talpæ. Parit ſub terra.

Talpa manibus donec moriatur in paroxyſmo retentus, febrium inſultus reprimit.

Vivus combuſtus in ollula ad cineres ex Cereviſia ſeu vino diebus aliqvot Luna creſcente & deficiente, contra Dracuntias commendatur.

Cinis cum Melle illitus Lepram, ſtrumas & fiſtulas curat.

Sangvis capillos creſcere facit.

Ex pellibus fiunt pileoli, Cubicularia, ſtragula & crumenæ.

Taxus.

Μηλίς

Meles á Melle qvod avidé expetit.

Taſſus vel Taxus *Offic.*

Blerellus.

Ein Dachs.

Medium inter Suem & Urſum magnitudine Vulpis aut Canis mediocris animal pingve, dorſo latiore, mordax admodum, Cute ſpiſſa, pilis duris, rigidis, griſeis, ſuperné ad nigredinem vergentibus, inferné candicantibus.

Digitized by Google

Cruribus breviuſculis, Capite in ſummo nigro, laterotenus albo, Dentes acuti, qvibus, ſi á Canibus aut aliis animalibus impetatur, ſe defendit: ſæpiús corpore & pedibùs etiam repugnat. Cauda ei varia villoſa non longa.

Duo hujus genera ab Autoribus numerantur. Unum Caninum πολυσχιδὲς, Canis inſtar digitatum, Ein Hund-Dachs. Alterum, Suillum διχηλὲς, Ungulas ut Sus habet, biſulcum, Ein Schwein-Dachs.

Paſſim occurrit. In cavernis vivit ſub terra, é qvibus exit & vagatur in ſylvis, non aliter atq; Lupus, etiam hyberno tempore.

Apibus & Melli inſidiatur. Crabronibus aliisq; vermibus victitat. Autumno Pomis & aliis fructibus arboreis præcipué pingveſcit.

Capiuntur Caniculis, qvi cavernas ſeu latibula ingreſſi eos extrahunt, deinde figuntur.

Tenues comedunt carnes, divites non item. Axungiâ loco Lardi utuntur in cibo, Calefacit magis qvám Suilla, emollit, digerit egregié, lenit. Utilis febricitantibus. Prodeſt in affectibus Renum, calculoſis, Articulorum doloribus, fracturis, illita.

Contractos ſeu rigentes nervos & Articulorum duritias emollit & diſcutit.

Tigris.

Τίγρις.
Ein Tiegerthier.

Fera eſt ſæviſſima, & miræ pernicitatis, Sileſiæ noſtræ peregrina, colore ſubfulvo, maculis nigris orbicularibus, & eleganti nitore fulgidis aſperſo.

Tigrides indomitæ
rancant, rugiuntq́ꝫ
Leones.

Pellem exiccatam aliqvando circumforanei, miraculi ergó oſtendunt.

Trigides fert India & Hircania.

In aula Imperatoris Romani Pragæ alitur cum ceteris beſtiis.

Cibi

Cibi cauſſa omne animalium genus, Qvadrupedes præſertim majuſculas invadit.

Velocitatis tremendæ ſunt Tygrides.

Nihil enim tam longum, qvod non brevi penetrent: nihil adeó antecedit, qvod non ilicó aſſeqvantur.

Tympanorum ſtrepitum non ferunt.

Urſus.

Ἄρκτος,
Ἄρκος.
Urſus qvaſi orſus, ſcilicet in ventre & extra completus.
Ein Bär/
Beer.
Urſa Beerin.

Animal eſt ſævum & deforme in membris, aſpectu horridum, Corpore craſſiore, & vix mobili, hirſuto villo, Capite invalido, Ore ſeu Roſtro oblongo, inſtar Suilli feré.

Ora illi lato de formia rictu.
Vox iracunda minaxqve
Plenaq; terroris rauco de gutture fertur.

Dentes ſerrati. Naris nigra. Pedes lati Hominis manibus ſimiles (qvibus, ut & Lumbis, vis maxima, & ad varia utitur) armait vngvibus. Anteriores manus vocant Dagen/ Dapen. Cauda parva.

Femina Mammas habet qvaternas. Non coëunt ſicuti cœtera Qvadrupedia, ſed amplexibus mutuis ambobus cubantibus, veluti humanis conjugationibus, copulantur. Dum coëunt, utpoté hyemis initio, maximé ſæviunt Brummen.

Fert Uterum dies 30 ſecundum Nonnullos.

Parit Unum, etiam duos, tres; ſed complurimúm qvinqve, eo tempore qvo latet.

Fœtum minimum pro magnitudine Corporis ſui edit, Catto minorem, nudum, cœcum, & Cruribus propemodum, membrisq; aliis plurimis indiſcretum & rudem; poſtea lambendo calefacit & figurat, ſinu gremioq; fovet, donec vocem edere incipiunt, qvod & *Ovidius* confirmavit, *ultimo metamorphoſeos.*

Nec catulus partu qvem reddidit Urſa recenti,
Sed malè viva caro eſt, lambendo mater in artus
Fingit, & in formam, qvantam capit ipſa, reducit.

Hæc fuit veterum opinio: At Experientia aliud teſtatur. Reperta enim eſt Urſa hyberno tempore in caverna, cum tribus catulis qvos jam enixa fuerat, cæcos qvidem at non informes, ut vulgo creditum fuit, ſed omnibus artubus ſuis formatos. Lambit qvidem, ut Canes, parvulos, cùm in latibulis per hyemem pituita muccoſa impleantur.

Omnivorum eſt animal, utpote qvod & fructus arborum edat, & fruges, Myrtillos, Rubi idæi baccas, herbas & legumina; nec non Apes, confringens alveos, & Cancros ac formicas. Carne etiam veſcitur, Sues enim feros, Vaccas & Capras adoritur.

Duplex genus apud nos in alpinis tractibus, ubi plerunq; vitam agunt, obſervare licet. Unum majus.

Urſus major.
Ein groſſer Beer/
Heubt Beer.

Aliqvando enim in montibus circa Gigantæum ingentis magnitudinis Urſi capti fuère.

Alterum minus.

Urſus parvus, ſaxatilis, formicarius.

Ein Steinbär
Zeidelbeer
Omesbeer.

Lingvam qvam habet peracutam & longiſſimam mittit in formicarum habitacula ad cujus humorem illæ accurrentes adhærent; ipſe autem ad ſe attracta lingva formicis onuſta epulatur.

Saxa incolit.

Natura Urſorum ante omnia ſe condere veterno appetente, priuſqvam planè torpeant, & ſtupidi jaceant, ſe condunt in luſtrum. Mares qvadraginta diebus latent, feminæ qvaternis menſibus. Primis diebus bis ſeptem tam gravi ſomno premuntur, ut ne vulneribus excitari qveant, tunc mirum in modum veterno pingveſcunt. Qvodam murmure ſugunt Pedes, tanqvam alimenta qvædam ex iis ſumant. Urſi aſtuti, feri, improbi, ſævi, maximè libidinis tempore, Juvenes capti

Digitized by Google

capti aliqvando manſveſcunt, & variis ludis ac geſticulationibꝰ ſe exercent. Qvod apparet in iis, qvi aliqvando é Lithuania ſpectaculi cauſſa circumferuntur. Miranda levitate choreas ducunt, tibiarum modulatione deliniti, erectoq; corpore.

Capiuntur laqveis, retibus, armis, foveis.

Urſus naturæ eſt frigidæ & pituitoſæ. Caro ejus ἄρκειαι κρέας, frigida eſt, muccoſa, concoctu difficilis, illaudata, peſſimi nutrimenti, Medicinæ magis qvám nutritioni apta. Spleni ac Hepati obeſt, appetitum tollit. A pauperibus ſolummodo in cibum recipitur.

Pedes anteriores præcipuæ apud Magnates in delitiis habentur, utpote prædulces & inſigni ſvavitate prædití.

Axungia Urſi, Beerenſchmaltz. Calefacit, humectat, digerit.

Livores & maculas eximit ambuſta ſanat cum Cera, duros tumores emollit, & ad ſuppurationé perducit. Lumborum dolores mulcet & Cervicis. Articularibus & Podagricis morbis, Aurium item doloribus prodeſt. Cum Ladano & Adiantho Capillos defluentes continet & Alopecias emendat. Ulcera Crurum, Tibiarumq; ſanat.

In Hernia ſeu Enterocele Puerorum uteriq; prolapſu vulgatum Mulierculárum remedium, Dorſo ſeu Oſſi ſacro illita.

Eam capillos dealbare qvidam tradunt.

Fel cum folliculo ab Urſi hepate ſeparatum ſuſpenditur & exiccatur. Caducos ſanat Eclegmate, & morſis á cane rabido efficaciſſimé ſuccurrit.

Oculus dexter ſiccus Pueris appenſus, ab eis timores, qvibus in ſomnis vexantur, amoliri dicitur, adſtipulante Rhazi.

Pellis Urſina, σκύλος, Eine Bährhaut/ á Cane rabido demorſis, utiliter ſubſternitur. Hyberno tempore peregrinantibus ſtraguli vicem ſupplet.

Vulpes.

Ἀλώπηξ παρὰ τὸ ἀλῶ.

Vulpes qvaſi volupes, á pedum volubilitate,

Ein Fuchs.

Beſtia eſt vafra, callida, aſtuta & dolis omnibus inſtructa, Canis mediocris ma-

gnitudine & gravis odoris. Color ſæpé rutilus, priore tamen parte caneſcens, raró niger, rariús candidus. Caudam ei Natura donavit magnam,& villis denſam,in cujus ſuperiori parte enaſcuntur pili flavi tenuiſſimi, Violam Martiam odore ementientes, qvi á Venatoribus patriæ noſtræ vocantur die Blume.

Mari genitale oſſeum eſt. Coëunt in latera projectæ, Maremq; femina amplexa. Parturiens ita recedit, ut raró gravida capiatur. Parit ut plurimum qvatuor & cœcos, qvos lingva lambendo refovet & concoqvit.

Fallax Vulpecula gannit.

Vulpibus abundant montani tractus Sileſiæ noſtræ. Cavernarum ſuarum, qvas altas incolit, Fuchsgruben/ plura facit foramina, & multifores aditus procul inter ſe diſtantes, ne uno in loco inſidiis á Venatoribus locatis facilé comprehendatur. Dolo ſæpé occupat Taxi foveas.

Venatur Lepores, Anſeres, Gallinas, Anates, Aves, Mures, Piſciculos, Veſpas, frumenta &c.

Satis juſtam ætatem conſeqvitur.

Rabiens eadem incommoda infert, qvæ Canis rabidus.

Capiuntur laqveis, canibus, foveis, decipulis ferreis, qvæ Tajolæ ferreæ dicuntur, Fuchs Eiſen.

Vulpem inſeqvuntur Venatores non ob carnem, ſed propter pellem, qva togæ & pilei ſuffulciuntur; & qvidem hyberno tempore. Æſtate enim ſi capiantur,pili ſunt tenuiores Durchhärig / & inutiles.

Calefaciunt Pelles, & utiles exiſtimantur Arthritidi, Podagræ & frigidis fluxionibus, utpoté vi digerendi & reſolvendi praditæ. Qvamobrem aliqvi tibialia ſive caligas inde parari curant.

Caro calida & ſicca, terrena, melancholica, & pravi ſucci; ob id tanqvam inutilis á culinis abdicatur, concoctu difficilis & gravis odoris.

Vulpes cocta, donec oſſa tantúm reſtent, fotu Podagras mulcet.

Integra oleo elixata digerendi facultatem addit oleo, facitq;

facitq;, ut ad extremam ſuperficiem evocet, qvæ in alto dolorem excitant, Articularis affectibus non incommodum.

Adeps Vulpinus calefacit, emollit, humectat, attrahit, reſolvit, Nervos emollit rigentes. Prodeſt tremulis & ſpaſmo divexatis. Sanat Alopecias, & finit Aurium dolores.

Pulmo, Hepar, ſi vino abluta ſiccentur, Lieni proſunt, ſiſtunt Alvi fluxus, & Phthiſicis ac Lienoſis uſui ſunt.

Pulmo, Vulpis Fuchslunge/ exiccatus, artis lege cum ſaccharo vel vino ſeu juſculo aut linctu ſumtus, tuſſim inveteratam ſanat, & Pulmonibus robur afflat. Alii pollinem linteolo includunt, & Aſthmaticorum poculis injiciunt.

Fel cum Melle caliginem diſcutit.

Teſticuli ſicci pulv. ex vino proritant ad venerem, & conceptionem in Muliere excitant.

Genitale oſſeum Calculo humano remedium præcipuum.

Stercus Vulpinum Lepras cum aceto abſtergit, & ulcera putrida ſanat.

Vulpes crucigera.

Ein Creutzfuchs/ Brandfuchs.

Hæc priori reſpondet, præter lineam nigri coloris, qvæ ſecundum longitudinem á roſtro per verticem, tergum ad caudam usq; extenditur:

Inſuper guttur Cruce alba inſignitur.

In Kauffunga territorii Hirsbergenſis á nobiliſſimo Dom. Balthazarō á Reder capta fuit.

Candidæ Vulpes rariús viſuntur.

Nuper in montanis non procul ab Hirsberga, Vulpes viſa fuit nigra, macula candida prope caudam adornata.

Digitized by Google

LIBER TERTIUS.

Reptilia Sileſiæ.

Ερπετὸν, Ερπιστικὸν, ἀπὸ τοῦ ἕρπειν, qvod proprié de Serpentibus & Vermibus dicitur, qvibus pedes deſunt.

Οφις,
Serpens,
Angvis,
Eine Schlange.

Serpens nomen eſt generale, non minus ut Angvis, & ſignificat nonnunqvam terreſtre omne animalculum, qvod ſe non attollit ingreſſu, ſed humi repit, etiamſi qvadrupes eſt, ut Seps, Salamandra, Lacertus; etiam multipes, ut *Scorpio, Scolopendra.*

Specialiter veró Serpens animal eſt terreſtre ſangvineum ἑρπιστικὸν, minus perfectum, pedibus ex natura carens, corticeq; intectum.

Omnia feré Corporis membra habet Lacertis proxima, ſi pedes iis demas, longitudinem addas.

Partis Externæ

Pars prona, ſupina.

Cutis, Pellis Corium, Schlangen balck.

Collum proportionale potius Collo videri poteſt.

Caput Dorſo affixum, qvod præter alia animalia in averſum vertere, reliqvo Corpore qvieſcente, valet,

Senſoria non eminent, ſed foramina habent, ut Nares olfaciendi, Aures audiendi.

Oculi duriores.

Palpebra ſuperior immobilis, ſed inferiore connivent.

Meatus ſeu oſtium excrementi.

Cauda, ut Lacertis, amputata renaſcitur.

Partes interiores.

Omnia interna etiam feré eadem ſunt qvæ Lacertis: at per longitudinem & anguſtiam Corporis, longa arctaq; habentur, ut inter ſe dignoſci

præ ſua figuræ diſſimilitudine vix qveant.

Lingva biſulca (triſulca Plin.) tenuis, qvippe quæ tenuiſſimis qvaſi capillamentis diſcreta vibretur.

Dentes feré ſerrati καρχαρόδοντες. Duo in ſuperna parte dextra lævaq; longiſſimi, tenui fiſtula perforati.

Epiglottida non habent Arteriæ ſuperpoſitam, ſed meatum ipſum modó contrahunt, modú laxant pro ſui deſiderio.

Gula anguſta & longa.

Arteriæ origo proxima eſt, adeo ut ſub ea Lingva eſſe videatur.

Pulmo adnectitur fibroſis fiſtulis diviſus, prælongus, exiguus, fungoſus multumq; á Corde ſepoſitus.

Jecur longum ſimplex.

Lien exiguus rotundus.

Cor in gutture hæret.

Ventriculus veluti Inteſtinum amplius, Canino ſimilis.

Fel ac in Piſcibus in omnibus præter Natricem Inteſtino adnexum hæret.

Inteſtinum longum, tenue & ad exitum usq; uniforme.

Renibus & veſica caret.

Teſtes nulli, nec Penis, ſed meatus horum loco bini dati, qvi de Septo exorti latus ſpinæ utrinq; perreptant, coëuntqve juxta ſpinam in unum, atq; ita ad oſtium excrementi finiunt.

Vulva bifida omnibus feré tendit prolixior modo Corporis exorſa inferius ab uno continuo meatu, diductaq; utrinq; in latus ſpinæ qvaſi duplex meatus usq; ad ſeptum; in qva Ova ordinatim gignuntur & edi inde ſolent.

Viperæ uni, qvandoqvidem animal edit, poſtqvam Ova inter ſe pepererit, Vulva ſimilis ut Cartilagineis.

Dorſi ſpina Piſcium more. Spinam enim in oſſium loco continet,

Coſtæ

Coſtæ ſingulis vicenæ, ut ſe faciliús convolvere poſſint, ac in orbem complicare.

Actiones.

Inceſſus. Pectori innitentes totum Corpus uno niſu trahunt, qvanqvam & ſpiris ſe convolvant.

Vox. Vocem emittunt, ſed exilem & veluti longum ſibilum.

Senſus. Viſu & Auditu pollent inter cætera Animalia, qvibus ſibi aſſiduè cavent. Sunt enim timidiſſimi & aſtutiſſimi.

Hinc jubemur imitari Serpentum proſpicientiam & prudentiam Matth. 10.

Coitus mutuo complexu ſupinarum parium agitur.

Adeo ſibi circumvolvuntur, ut unus exiſtimari ſerpens poſſit, isq; biceps.

Partus. Ova pariunt oblonga, foris, excepta Vipera. Omnes, non ſingulatim; ſed ad monilis muliebris, qvod collum ambit, ſimilitudinem. Incubant qvæ pepererint in terra & fœtum ſeqventi anno excludunt.

Corium deponunt vere & Autumno.

Victus. Omnivori ſunt. Nam & Carnem edunt, herbam & terræ pulverem. Diu ſine cibo vivere poſſunt, qvoniam á calore deſeruntur.

Conduntur hyeme ſub terra aut ſaxis, aut in arborum ſaxorumve cavis, & omnes, ſeceſſus tempore, veneno orbi dormiunt.

Loci in qvibus verſantur, utplurimum ſunt caulæ, caſæ ruſticæ & ſcopuli, aut exiguæ valles, colles, prata qvæ prope lucos & ſylvas cæduas ſunt.

Sunt enim in qværendis ſibi latibulis tutis admodum perſpicaces.

Natura.

Serpentes omnes tactu ſunt qvam frigidiſſimi.

In Capite & Dentibus Venenum gerunt, qvod totum é felle eorum proficiſci volunt. Conſiſtit autem in qvodam ſubtiliore humore, ſive ichore, ſive excremento.

Iſidorus lib. 12. *c.* 3. Serpentum tot ſunt venena, qvot genera, tot pernicies qvot ſpecies, tot dolores qvot colores.

Omnium Serpentium morſus, paucis exceptis, homini lethales ſunt, niſi medicatio adhibeatur.

Qvidam citiſſimé interficiunt, alii tardius. Aſpis Cherſæa intra tres horas, Chelidonia præſentiſſimam necem affert, Ptyas tardius necat. Dipſas ſiti enecat, ſibilo ſeu halitu Baſiliſcus, Hæmorrhous ab effuſione ſangvinis, per omnia Corporis orificia fluente. Iaculus qvód exiliens qvaſi telum mortem infert. Cenchrena hydropem & ulcera putria inducit.

Euſebius præparat. Evangel. lib. 8. *cap.* 5. Serpentes & venenata Animalia, multos ad morbos, & maximé perniciosiſſimos, remedia conferre ſaluberrima, Medici perhibent; videbisq; ſi diligenter attendere volueris. Deinde á Deo iſta eſſe parata in peccatores, ſicut aculeos & alia tormenta in judiciis præparata videmus,

Differentiæ.

1. **Sexus.** Mas minor eſt femina. Femina major, ſævior & vivacior qvám Mas.

2. **Loco.** Alii ſunt terreſtres. ut vipera, Aſpis.

Alii aqvatici, & hi *vel* humida & paluſtria incolunt loca, ut, Colnber, Boa &c. *vel* Maris indigenæ.

3. **Magnitudine.** Alii ſunt breves ut Cecilia.

Longiſſimi, ut Boa, Chelydrus,

Craſſi, Boa,

Graciles; Acontias, Cecilia,

4. **Colore.** Alii

Cinerei, ut Pityas

Albidi, ut Ceraſtes, Dipſas.

Subflavi, ut Viperæ.

Virides, Acontia ſ. Jaculum.

Fuſci ut Amphisbæna.

Rufi, Aſpides nonnulli,

Purpurei, Porphyrus

Nigri,

Nigri, Aſpis, Berus, Dryinus, Hydrus, Tyrus.
Cærulei, Angvis, Cenchrines.
Flammei, Hæmorrhous.
Varii, Chamæleon.

Boa.

ὕδρος Nonn.
χέρσυδρος
χέλυδρος.
Natrix domeſtica & vernacula Agric.
Serpens paluſtris, aqvatilis.
Angvis boa, Draco ſerpens.
Bova á boum populatione.
Ein Spieß Sil. id eſt Haſta, Lancea Pucke.

Immenſæ molis ſerpens, qvi prona parte flavet, ſupina per dorſum ex cæruleo nigricat.

In Baronatu Trachebergenſi locis udis & deſertis, veluti auff der Cochal/ freqvens.

Veneni expers creditur. Greges Armentorum perſeqvitur & bubulos: & ſi qvæ plurimo lacte rigua eſt, ejus ſe uberibus innectit, ſuctuq; continuo interimit. Avium pullos inſeqvitur & devorat Arbores ſubeundo, é qvibus maxima vi, inſtar teli ſeu haſtæ, ſeſe dejicit obvios feriens.

Accepi á viro fide digno iſtius loci incola, ante paucos annos Boam in arbore hærentem, octo Cubitorum longitudine, craſſitie brachii, bombardæ globo occiſum fuiſſe.

Non facilé lædit qvemqvam, niſi fuerit laceſſitus.

Hinc forſan oppido Trachebergæ nomen ceſſit Drachenberg/ á Draconibus, ob freqventiam horum Serpentum, qvi olim Dracones dicebantur.

Cecilia.

Τύφλωψ Nicand.
Τυφλίνη
Serpens cæcus Plin.
Cæcula qvód cæca ſit.
Cophia qvód hebetes illi aures.
Eine Blindſchleiche.

Parvus eſt admodum Serpens, Agricolis notus, Corpore gracili, pelle duriuſcula ſplendente, Coloris varii, partim ſubcærulei, partim ſubflavi, inter qvos diluta purpura elu-

ceſcit. Oculos habet ſed tenues & tenui pellicula qvaſi obductos. Dentes minutiſſimos utrinq; καρχαρόδοντες plures in inferiore Mandibula magisq; conſpicuos qvám in ſuperiore. Lingva biſulca. Rimam qvandam ſub imo ventre obtinet, qvâ dehiſcente aut diſrupta ova parit. A partu autem vivit & vulnus coaleſcit.

Freqvens in montoſis æſtate.

Hyeme condit ſe in terram & ſaxorum rimas.

Ciconiæ his miré delectantur.

Venenatiſſimus apud nos. Morſus ejus obſcurus, vix apparet veluti Muſcarum ictus, inflammationem excitat & Corpus inflammat.

Antidota ſunt Theriaca, Mithridatium, Sigillata.

Oleum Viperinum, Scorpionum, Erucæ.

Cæculæ carnem qvidam Theriacæ, loco trochiſcorum de Tyro addunt, veluti Oſvaldus Bru, qvam Peſtis tempore multum profuiſſe, vir multæ eruditionis & experientiæ D. D. Felix Platerus Medicus & profeſſor Baſilienſis teſtatur.

Cochlea terreſtris.

Κοχλίας
Κύχλος

Limax á limo, in qvo per hyemem deliteſcit.

Eine Schnecke / grund Schnecke.

Cochlearum aliæ reperiuntur magnæ, aliæ parvæ, aliæ mediocres : qvædam albæ, qvædam nigræ; qvædam variæ.

Cochlea opercularis.

Κοχλίας πωμαλίας
Cochlea edulis.

Ein Ruben Schneck / Weingart Schnecke.

Hæc contra frigoris injuriam

juriam qvodam albo operimento duro, gypſi ſpeciem referente concluditur, ſicq; contecta terræ ſe condit.

Paſſim in vineis, frutetis & ſepibus vitam agit.

Eruuntur é terra Martio & Aprili unceis qvibusdam ferreis terra circum foſſa: reliqvo tempore cibo inutiles,

Qvia demortuam Venerem excitare valent, apud lautos & libidinoſos in pretio ſunt: at *Vulgus* eas negligit.

Sapidiores eſuiq; gratiores exiſtunt qvæ in montibus degunt; item qvæ in apricis admodum locis victitant herbis odoratis.

Cúm ut cibo eſculento uti volueris, ubi prius in aqva elixaris, in aliam aqvam transferas, in qva rurſus elixabis, tum demum condies ac tertio elixabis usq; dum tota caro intabeſcat. Hoc enim modo mucorem deponet ſuum, alvum etiam ſiſtet, & alimentum dabit Corpori non contemnendum.

Carne prædita ſunt dura adeoq; concoctu difficili, ſed qvæ potentiſſimé nutriat.

Caro decocta cum Hordeo bibitur ſeu datur tuſſientibus ad ſputum facilitandum. Commendatur Phthiſicis, Hæmoptoicis & prominenti umbilico.

In cibo ſumta mirabiliter Coli & Veſicæ tormina ſanat.

Una cúm teſtis tritæ & impoſitæ Abdomini, Hydropicorum aqvas exhauriunt & exſiccant. In Artheticis Articulorum tumores & dolores leniunt; Corpori impactos aculeos illitæ evocant, & menſes nimium fluentes ſiſtunt,

Mucus, μύξα κοχλίου, Mucus ſalivoſus, qvi compunctis Cochleis redditur, emplaſticus eſt. Cum thure & myrrha purulentas Aures glutinat deſiccatqve:

Fronti

Fronti affixus Oculorum fluxiones reſiccat.

Cochleæ domus, Schnecken-Heuslin / Calyx, κέλυφος *Dioſc.* Οστρακον *Gal.*

Cochleæ teſta uſta calefacit, ſiccat, exurit. Pulvis inſperſus ſangvinem ſiſtit, hæmorrhoides ſanat, ulceraq; Capitis; cum thure Hernias.

Cochlea minor hortenſis.

Eine kleine Schnecke / Garten Schneck.

Multo minor eſt edibili, teſta ſeu domo ut plurimum flavente, lineolis ſubrubentibus ſeu purpureis.

In hortis oleraceis æſtate paſſim obvia.

Cibo inutilis.

Cochleæ etſi omnium Animalium ignaviſſimæ & ſtolidiſſimæ ſint, nihilominus Concordiæ inſigne exemplum præbent, Invicem enim eas hærere compertum eſt uvarum modó. **Plin. lib. 8. cap. 39.**

Cochlea terreſtris nuda.

Cochlea nuda

Ein graſe Schneck / garten Schneck / Wald Schneck / ledige Schneck / rotte Schneck.

Sunt in Cochlearum genenere, qvæ tegumento ſeu teſta carent, colore nigræ aut rufæ, noctu potius qvàm interdiu ad paſcua exeuntes.

Degunt in campis, hortis, ſylvis gramineis, Cellis item vinariis, & aliis ſubterrâneis uliginoſisq; ædium locis.

Majo colliguntur, potiſſimum rubræ Mulieribus ad faciem expoliendam. Aqvam aliis additis eliciunt, qva facies illarum elota lævorem mentitur.

Cum Thure & ovi albumine in Cataplasmatis formam redactæ & impoſitæ, curant Puerorum hydrocelen.

Pulvis exiccatarum inſperſus, Melicerias Chirurgorum exiccat. Cinis cum Melle mixtus & faucibus illitus, Inflammationi & tumori faucium medetur.

Oleum ex his paratur, nervis vulneratis magno uſui.

Digitized by Google

Oleo macerantur á qvibusdam adjecto ſale contra Articulorum dolores.

Coluber.

Νερόφις;
Enhydris, Cherſydrus.
Natrix.

Coluber qvód colat umbras, vel qvód lubricos tractus flexibus ſinuoſis labatur.

Ein Waſſer Schlange.
Wald Schlange.

Serpens eſt longus gracilis, ut Angvilla, coloris ſubviridis. Tortuoſé & ſibilans incedit, tranſeuntibus mordens inſidiatur,& lingva venenum infundit.

Virgilius :

Hirtus & ut Coluber, nodoſo gramine tectus,
Ventre cubat flexo, ſemper collectus in orbem.

Nemorum umbras incolit, & in aqvis vivit. Aeſtate ſæpé occurrit. Natura ejus valde calida eſt & venenoſa.

Coluber olla nova incluſus,& operculatus uſtus in cinerem,& ex oleo illitus ſcrophulas liqvefacit. *Sylvius* :

Auribus exuvium confert ſinuoſi Colubri,
Ex oleo læſis, qvod ponit arte ſua.

Crocodilus.

Κροκόδειλος,
χάμψης,
Crocodilus fluviatilis,
Crocodilus Niloticus. *Geſn.*
Ein Crocodil.

Ægypti Lacertorum genus. Homini infenſiſſimū, ſqvamis præduris Oſtreorum modo totum obductum,cute corticoſa, contra omnes ictus invicta. Oculi ſuilli.

Dentes exerti longi, pectinatim utriq; maxillæ infixi, & ungves in pedibus ſingulis qvini acutiſſimi. Lingva parva, tota inferiori nectitur Maxillæ. Crura álatere adjuncta, & in ſummo humo expanſa.

Pedes admodum parvi, atq; ad capiendum retinendumq; inutiles. In ventre mollior eſt cutis tenuisq;, in tergo corticoſa. Movet Mandibulam ſuperiorem,non inferiorem, contra morem aliorum Qvadrupedum.

Cauda longiſſima eſt. Viſus in aqva hebes extra acerrimus.

Procreatur ex ovo magnitudine Anſerini.

Digitized by Google

Excedit longitudine duodeviginti cubitus.

Parit Ova, qvalia Anſer, circiter 60 candida, qvæ terræ gremio committit,& ſexaginta diebus incubat.

Parvum in meis Muſarum theſauris exenteratum habeo, qvatuor ſpithamarum longitudine & trium digitorum.

Ægypto familiaris eſt, Indiæ etiam & Americæ notum hoc Animal,in terra & aqva vivens. Interdiu plerunq; terram incolit, noctu veró aqvis ſe mergit, innatatq; flumine.

Piſcibus nec non aliis animalculis in cibo fruitur, humani Corporis avidiſſimum.

Qvatuor menſibus hybernis ſine ullo cibo in latibulo qvieſcit.

Crocodylis hiantibus Trochyli aves involantes depurgant dentes, & os ipſum totum: qvo munere & ipſi aluntur, & Crocodilus ſentiens ſecum commodé agi, eis nihil nocet, ſed cúm egredi avem vult,Cervices aliqvantulum movet ne comprimat. *Ariſt. lib. 9. cap. 6. hiſt. anim.*

Ichneumon mus Ægypti Crocodilo apricanti inſidiatur, Cúm enim Crocodilus humi jacet ſtratus, & rictu immenſo os gerit patulum, tum Ichneumon doloſa conſilia de illius pernicie obiens, limis oculis tam diu eum obſervat,qvoad arcto oppreſſum ſomno intuetur: tum confeſtim in arena & luto volutatus agilis procurrit, & ſingulari animi fiducia mortis portum ingreſſus, per latum guttur in alvum delabitur. Crocodilus veró inexpectatum malum in ventre ſentiens ſomno ſolvitur: & incitato curſu furibundus & conſilii inops, longé lateq; vagatur, modó in imam fluvii ſedem ſe demergens,modó magnum acerbitatis virus anhelans ſeſe ad terram abjicit: ſed nihil hæc curans Ichneumon, & viſcerum (Jecori præcipué incumbens) ſvavi cibo expletur: ac tandem ſatur, jam exinnanito Crocodili ventre proſilit foràs. *Gellius ex oppiano.*

Lacertus

Lacertus.

σαῦρα, os Dioſc.
Κυλισσαῦρα,
Lacerta
Ein Heidox
Egochs.

Animalculum eſt omnivorum; Cute conſtans duriuſcula, ſqvamoſa, Cauda longiuſcula, lingva fiſſa bifida, pedibus qvaternis, qvi in digitos tanqvam á volis aut palmis finduntur,&in obliqvum flectuntur.

Omnia habent membra Serpentibus ſimilia, ſi pedes iis demas, longitudinem addas.

Ova pariunt ſubtiliſſima velut Serpentes, qvæ ſponté in terra aperiuntur, & catuli per ſe erumpunt.

Sibilant ut Serpentes, & ſenectutem exuunt Vere & Autumno.

Morantur plerunq; aridis locis & inter ſaxa, inter vetera ædificia, Muros & mœnia.

Vitam eorum annum non complere,ſed ſemeſtrem finire ajunt. Menſibus certé qvatuor frigidiſſimis latent.

Lacertæ qvoq; nulla eſt memoria, ideó non incubat, oblita qvidem in qvo loco ſit enixa: per ſe enim erumpunt Catuli, *Plin. lib.* 10, *c.* 65.

Facit ea labilis memoria Lacertarum, ut res fixiús admirantes ſpectent: pulchritudinem igitur Hominis, cujus amantiſſimæ ſunt, fixo intuitu contemplantur; neq; facilé intuitum declinant, dum licet proſpectare *Vincent. natur. lib.* 20. *c.* 55.

Venenum habere negant, Hominibus benevoli ſunt, ſed Apibus inſidiantur; inde *Virgil. in Georg.*

Abſint & picti ſqvalentia terga Lacerti: videlicet á ſtabulis & alvearibus Apum.

Lacertæ caput tritum & appoſitum, aculeos & omnia Corpori infixa extrahit: Varos, formicantes verrucas & penſiles, qvas ſterochordonas vocant, clavosq; tollit.

Variant Lacerti figura, colore & magnitudine pro variis regionibus.

Digitized by Google

Lacertus ſtellatus.

Lacertus ferrugineas maculas habens, *Geſn.*

An Lacerta Chalcidica, ſeu Stellio ?

Calcis á Virgulis qvas in dorſo habet ærei coloris.

Ein Geſtirnter Edochs/
Geſcheckter Edox/
BiſperNater. *Sileſ.* á motu celeri & vago.

Forma & magnitudine Stincum, qvalem hodie Officinæ habent, feré refert. Color ei fuſcus, nonnihil ad dilute cæruleum tendens, præſertim ad latera prope Ventrem, qvi totus albet. Linea utrinq; per latus Dorſi á Capite ad Caudam porrigitur ex obſcuro flavens, & media ſupina ſimilis ad extremam caudam protrahitur. Qvæ omnes per intervalla maculis ferrugineis coloratæ, punctis ceu aſteriſcis minutis luteolis reſplendent, ſeu radicant.

Nomen habet variis ſtellatus
Corpore guttis,
Inq; brevem formam, ne ſit
vis magna nocendi,
Contrahitur : parvaq; minor
menſura Lacerta eſt.

Pedes ei ſunt qvatuor: Digiti perexiles, anté & retró qvini cum ungviculis fuſcis. Lingva bifida eſt ut Serpentibus. Denticuli ſimiles. Petroſis locis oberrat, curſus celerrimi.

Rore tantúm vivit, & præterea Araneis & Melle.

Hybernis menſibus latet in cavernis.

Senectutem exerit ut Serpentes. Morſus eius noxius creditur, & putredinem parti inflictæ adfert.

In vino coctus morſus ſuos ſanat.

Si divulſus admoveatur, ictis á Scorpione levamentum præſtat,

Caro ejus illita Capillos profluentes renaſci facit.

Inſeſſus ex Lacertis in aqva coctis Infantibus ruptis ſingulari remedio prodeſſe fertur.

Lacertus Viridis.

Χλωροσαύρα.
σαῦρα χλωρὰ,
Lacertus viridis,
Lacertus major,
Ein grüner Edochs/
Grüne Edox/ Jungfreulin/
Pueris.

Pulcerrimus

Pulcerrimus omnium, ejuſdem feré cum priori magnitudinis, aliqvando major, colore viridis cum qvodam pallore, in ventre candicat. Pedes ei ſunt humiles. Plerunq; in Rubetis & ſpinetis ſolet verſari: nec admodum freqvens. Vivus captus in ſacculum incluſus, & ſuper Ictericum ligatus, qvousq; moriatur Lacertus, contrahit ad ſe Icterici colorem, ſingulari experimento.

Oſſa proſunt Comitialibus nova obſervatione.

In Vino decoctus (abſciſſo Capite & pedibus) & potus, prodeſt emaciatis, phthiſicis & hecticis.

Oleum ex vivo paratum, Oculos rubentes & lippientes clarificat, & puros reddit.

Lacertus cinereus.

Lace[illegible]us vulgaris,
Lacertus minor,
Ein Grawe Edox/
Gemeiner Edochs.

Forma prædictis ſimilis, ſed minor, & coloris cinerei,

Notus eſt & paſſim occurrit.

Lacertus paluſtris minor.

Kleine Waſſer Egochs/
Waſſer Heyder.

Minor eſt reliqvis omnibus. Coloris ſuper Dorſum fuſci ſeu nigricantis. Venter rubet, Os latiuſculum dentibus expers, Cauda angvillæ ad natandum apta.

In paludibus & humidis opacisqve locis vitam agit.
Venenatus creditur.

Lacertus aqvaticus major.

Lacertus paluſtris.
Salamandra aqvatica, Matth.
an Scincus Vincentinus?
Ein groſſe Waſſer Heider/
Waſſer Molch.

Salamandræ feré ſimilis eſt, ejusdem magnitudinis, Capite breviore rotundiore, Cauda latiuſcula, nigro undiq; Dorſo, Ventre autem ruſeſcente, maculis reſperſo luteis, horrẽdo aſpectu, æqvé ac terreſtris.

Apud nos freqventer in fonticulis limpidis Montium viſitur, in qvibus & hyeme vitam agit.

Inter venenata recenſetur, Liqvorem enim inſtar Salamandræ effundit candidum, qvamvis ſit imbecillius.

Digitized by Google

Rana.

Βάτραχος á vocis aſperiate παρὰ τὸ βοὴν τραχεῖαν ἔχειν: Vel ut *Theocritus* qvaſi τῇ βοῇ τράχεις, τὸ γὰρ μέλος οὐ καλὸν ᾄδει.

Ein Froſch.

Animal eſt qvadrupes amphibium reptile, Oviparum coaxans brexansq; cuivis notum. *Autor Philomelæ.*

Garrula limoſis Rana coaxat aqvis.

Lingva Ranis ſui generis. Pars enim prior, qvæ cæteris abſoluta eſt, iis cohæret eo modo qvo Piſcium: intima veró abſoluta ad Guttur applicatur, qva ſuam vocem ſolent emittere.

Hepar geminum ſeu bipartitum, cujus pars altera ad dextram, altera qvæ minor eſt ad ſiniſtram ſitum tenere expetit.

Lien exiguus.

Pedes poſteriores ſaltus gratia longiores ſunt prioribus: Anteriores manum tetradactylon repræſentant. Poſteriorum digiti nectuntur membranis, ut commodiores ſint ad natandum, licet eis non utantur terreſtres, qvamdiu vivunt in terra.

Cibus Ranarum ſunt Apes, Tipulæ, Muſcæ, Ranunculus Herba, Morſus Ranæ, Lenticula paluſtris, Ros, Limoſitates, &c.

Ranarum *aliæ* ex ſemine, mutuo congreſſu generantur; *aliæ* ſponté ex pulvere naſcuntur.

Perennes hyeme in loca tepidiora ſe abſcondunt: terreſtres in terræ latibula ſe occultant, & ſubterranea occupant: Aqvaticæ ad fontium ſcaturigines, lacus, paludes, piſcinas, & alia tepidiora loca ſe recondunt; ubi qvaſi mortuæ ſæviente hyemis frigore immorantur; tandem accedente vere reviviſcunt, & é latebris ſuis egrediuntur. Vidi aliqvando aſperrima hyeme é fontibus limpidiſſimis extractas, qvæ tepidariis expoſitæ revixerunt.

Coitum exercent, utplurimum verno tempore, & nocturno magis qvám diurno, (Conſpectæ enim ſunt interdiu qvoq; cohærere.) ſuperveniente prioribus pedibus

bus

bus, alas feminæ Mare apprehendente, poſterioribus clunes. *Piſanellus* attritum vocat.

Fœtum emittunt feminæ continuo filo ſibi cohærentem. Id ſperma eſt, Ovorum conglobatorum ſpecie. Sunt autem globuli qvantitate avellanæ albi, ſed cum aqvoſitate perſpicua. In eorum medio eſt granum nigrum, tanqvam vitellus aut cryſtallus oculi, ea forma, qva cernitur ſemen Cataputiæ minoris. In illo contentum principium animale Raninum provehitur, vegeſcit, diſtingvitur membris, & emiſſis meatibus nutrimentum augeſcendiq; materiam petit ex circumfluente humore, qvi inſtar pituitæ in ſangvinem Ranalem, ſuccumq; alimentoſum tranſit. Sed non ſtatim emergunt omnia membra perfectè. Cùm formatum in externis Caput eſt atq; Oculi in globoſo Corpuſculo, prorumpit ex membrana ſua fœtus, & in aqvis ludit, qvi fœtus appellatur γύρινος, γέρινος, vel Moluris argumento Caudæ agitabilis: aliqvãdo & Βατραχὶς, ob parvitatem, qvaſi Ranulam dixeris, licet nondum ſit Rana actu perfecto. Tunc ſub cauda pedes enaſcuntur poſteriores, prodeunt & priores, fitq; Rana ſecundum ſpeciem ſuam abſoluta.

γύρινοι παρὰ τοῦ γύρου, ab orbe & rotunditate.

Βατραχὶς,
μικρὸς Βάτραχος, *Steph.*

Kaul/
Kaulars/
Roß Korff.

Ovidius.

Semina limus habet virides generantia Ranas,
Et generat truncas pedibus, mox apta natando
Crura dat.

Gyrinorum cinis ſangvinem reprimit è naribus fluentém, ſi injiciatur

Ova ranina,
Ranarum ſperma,
Genitura ranarum,
Seminium Raninum,

Froſch Rogen/
Froſchleich/
Froſchgerede.

Qvód

Qvód ſit qvaſi gelatina plena nigris Oculis intus detentis.

Refrigerat, ſolidat, Emplaſticam vim habet, meatus obſtruit, infarcit & adducit rupta.

Cum Roſacca permiſta febrium æſtibus opponitur. Eodem modo imponitur utiliter Phlegmonis, Igni ſacro, adustæ carni, cutiq;. Inſtar pulticulæ cum rad. Urticæ minoris contuſæ, ad cruciatus brachiorum & pedum internos imponitur, & reſiccatum mutatur. Vulneribus conducit, non ſiſtendo ſangvinem duntaxat, ſed & integrando connectendoq; divulſa.

Aqva Spermatis Ranarum.

Froſchleich Waſſer
Froſchgerede Waſſer.

Martio ſeu Aprili menſe ex ſpermate Ranarum per deſtillationem elicitur : at ſal addas neceſſe eſt. Refrigerantis eſt facultatis. Omnes præter naturam tumores calidos, vel absq; tumore ſuper calefactos locos ex eo madentes linteoli impoſiti mitigant, & refrigerant. Articulariis cruciatibus, Inflammationibus & phlegmonibus nobile præſidium. Repellit & ſiſtit omnem ſangvinis fluorem, facieiq; ruborem emendat. Sanat etiam manus, qvæ rimis & Cutis duritie nimia humorum acrimonia & calore afficiuntur, ſi ſubinde laventur, & linteolis ex ipſo madefactis humectentur.

Veſicæ ab humorum acrimonia exulceratæ & inflammatæ egregia medela. Ambuſtis igni & ferro apprimé conducit, & Veſiculas reprimit.

Ranæ temporariæ.

βάτραχοι διοπετεῖς καὶ κονιγενεῖδες.

Ranæ pluviæ, pulverigenæ.

Ranæ Rubetiformes minores temporariæ, **And. Libavii.**

RegenFröſchlin/
RegenKrötlin/
WetterFröſchlin.

Ranunculæ ſunt parvæ, ſeu Ranæ omnium minimæ, in dorſo ravæ admiſto furvo, & qvodammodo cæruleo ſeu ferrugineo, ſub ventre luteæ (aliqvando pallidæ) mutæ, ſaltitantes

ſaltitantes repentesq;, ſpónté ex putri pulvere & imbre, conſperſis tantúm imbre æſtivo littoribus, & itinérum pulverulentis arenis, progenitæ.

Latent in cæno, & reptant in viis ac ripis. Poſt pluvias apparent aliqvando cute aſpera, qvaſi adhuc terræ adhærente.

Vitæ ſunt brevis, venenatæ & uſus nullius. Hyeme pereunt

Sunt & aliæ διοπετῆς, qvæ ex aëre per tempeſtatem dejiciuntur. Aeſtate calidiſſima ac pulverulenta, ſi diutius imbres cohibeantur, maxima ejusmodi Ranunculorum vis, vaporis & exhalationis ope, ac pulvere ſurſum ſublato, gignitur, & uná cum imbribus decidit.

Hæc interdum Aërem vitiatum eſſe denunciant.

Rana arborea.

βάτραχος δενδροβάτης, *An. Libav.*

βάτραχος μικρὸς χλωρὸς, *Galenus.*

δρυοφοῖται, *Plin.*

μάντις, id eſt, Vates, *Nonn.*

βρέξας, qvod ſono ſui generis pluvias denunciet,

Rana parva viridis,
Ranunculus arboreus,

Ein LaubFroſch / á foliis & frondibus Arborum,

Grüne BaumFröſchlin.

Ranula eſt clamoſa bexans, in tergo viridis, ventre alba, arbores ſaltu petens, in qvibus noctu maximé clamat, & ſuum βρὲξ vociferat.

Rore veſcitur, Muſcis, Culicibus, & foliis arborum tenellis.

Hyeme in terra conditur. Verno tempore ſæpenumero videtur ex terra eminere media, media adhuc in ea latére.

Venenata creditur. Vi pollet calefaciendi, attrahendi: nec deſtituitur narcotica & ſeptica facultate, inprimis adeps.

Si manu viva teneatur, febres fugare dicitur.

Feminæ ad ardorem febrilem reſtingvendum infantulis apponunt.

Affigitur panno qvadrupes, ſeu qvatuor pedibus aſſutis, & illigatur jaculo, qvod eſt ſpecies doloris vulgó Geſchoß/ donec moriatur. Si rubeſcit, ſignum eſt ſubeſſe oſſa ſoluta, qvæ extrahi oportet.

Pingvedo illita, dentes ſine dolore evellit, ſecreto non fallente. Ius ejusdem in aqva & aceto coctæ Vermes Dentium tollit.

Cruor harum, pilos avulſos renaſci perhibetur, ſi in veſtigia avulſorum inſtilletur, ſec. *Quintum Serenum* :

Corporibus vulſi ſaniem perfundito Ranæ,
Sed qvæ parva ſitu eſt, & rauco garrula qveſtu.

Ex his Qvidam oleum conſici volunt, Podagricis inflammationibus, & Eryſipelatibus commodum.

Rana calamites.

Βάτραχος καλαμίτης, καλαμίνθιος. Hom.

κέλειος, Nicanr.

Calamitis, *Plin.*

Rubeta viridis parva, *Geſn.*

Bufo exilis, *Paræi.*

Dephthites, *Perotti.*

Rohr Fröſchlin/

Similis eſt arboreæ, viridis, parva, muta ac ſine voce, venenata, in arundinibus ſeu calamis potiſſimum habitans.

Paſcitur rore, aqva, limo, culicibus, &c.

Si ab improvidis comeſta fuerit, colorem buxeum, bilem, ſingultum, Cardialgiam & gonorrhæam affert, *Neander.*

A bobus devorata, ventres diſtendit, adeó ut interdum crepent, qvaſi Bupreſti ſumta.

Hujus ſaniem ſeu liqvorem penicillis deroſum, claritatem Oculis inunctis narrant afferre, ipſasq; carnes doloribus Oculorum ſuperponunt.

Humor idem efficaciſſimum pſilothrum eſt, ſi recens illinatur, & ipſa arefacta ac tu-

ſa mox

ſa mox decocta in oleo æreis vaſis.

Sangvinem ſiſtit appenſu ſolo, nedum cinere inſtrato.

Hujus adipem eſſe ſepticum & putrefactorium, *Jacob. Holler. 3. Chirurg. cap. 5.* atteſtatur.

Ranæ aqvaticæ.

Βάτραχοι ἕλειοι,
Τελματιαῖοι,
λιμναῖοι,
πρακλικοί.

Ranæ fluviatiles,
Innoxiæ,
Edules.

Waſſer Fröſche/
Reger. *Vulgo.*

Ranæ ſunt innoxiæ, blandæ in fluviis, piſcinis, ſeu paludibus vitam agentes, coaxantes, cibo utiles, vulgatæ notitiæ.

Editur ab eis vox, coax, qvax, exerto capite, paulo altius ex aqva, qvám in Ololygine, vel etiam in ripis & lacunis absq; aqva ore ſuſceptæ, ſed mero Aere é Pulmonibus inflatis repetito, & lingva peculiari guttureq; & oris hiatu formato: potiſſimúm autem coaxant ſub Solis occaſum, & noctu (qvod aëer tunc tepidior, ceſſentq; tumoris cauſſæ, qvarum abſentia audaciam parit) etiam interdiu aliqvando canunt, qvando aër blandius aſpirat. *Philomelæ autor.*

Garrula limoſis Rana coaxat aqvis.

Cúm ſupra modum ac conſvetudinem clamant, tempeſtatem ac pluvias prædicere, Agricolarum turba freqventer obſervavit, non tamen ſemper ſeqvitur effectus.

Alia vox eſt Marium propria, Ololygo, ὀλολυγὼμ, Ululatus dicta, qvem Mares intra aqvam reddunt, ut alliciant ad coitum feminas, & flagranr tantiſper oculi lucernæ modo dum vociferantur Qvar, Qvar, vnde & á nonnullis Werren. Harum aliæ interdum narrant mar, mar, aliæ qvin tantum acutum & cum tremore Kirrant.

Hybernis menſibus in fontium ſcaturiginibus latent, & Piſcinis.

Temperamentum Ranarum aqvaticarum frigidum in 2do. humidum in 3tio. gradu. Duræ ſunt coctionis, Ventriculum gravant, pituitam augent & parvum ſuppeditant alimentum.

Calidis conveniunt Anni temporibus, juvenibus cholericis, multo exercitio deditis Phthiſicis, Hecticis, tabidis, macilentis & extennatis, Elephantiacis.

In omni virulenti animalis morſu auxiliantur comeſtæ.

Dolores Capitis mulcent, Tonſillis & ſimilibus morbis medentur.

Tuſſim ſanare dicuntur, Piſcium modo é jure decoctæ in patinis. Præſtaret addere Veronicam. Betonicam, Pulmonariam, Capillos Veneris, Tuſſilaginem &ç. & addito Melle redigere in formam Eclegmatis.

Fugiendæ Senibus & pituitoſis.

Raró apud nos in cibum recipiuntur, & præſtaret prorſus abſtinuiſſe. Cúm enim carnes obtineant laxas & humidas, putrefactioni obnoxiæ ſunt.

Eliguntur, qvæ in fluviis puris, vel vivariis piſcium habitant, non ſocordes, ſed ſaltando & natando ſe exercentes, ſtrenueq; ſuum βρεκεκὲξ κοὰξ perſonantes. Æſtate duntaxat & ultimo vere in Cibos ſuppetunt, qvamvis Itali qvibusdam locis per totum annum edere ſoleant, ob id vivaria inſtituuntur, ut bené ſaginatæ tum qvadrageſimæ jejunio in cibum veniant, tum aliâs voluptati inſerviant.

Capiuntur reticulis ut Piſces. Ab Aliis, hamis eſca inſtructis, ut vermiculis, Muſcis, Apibus, papilionibus; freqventius rubri panni particulis hamo innexis.

Primó detracta Cute exenterantur, ſervatis duntaxat armis, tergo, coxis, ubi muſculoſa caro eſt candida, limoſus ſuccus dein excoqvitur

tur aqva vel vino, Coctæ lavantur, repurganturq; aqva ſalſa: inde varié apparantur.

Alii farinæ involvunt, & oleo vel butyro in ſartagine frigunt. Qvidam elixas ſeu coctas ex jure gallinaceo, admixtis aviculis, aſpergunt aromatibus, Pipere, Caryophyllis, Macis, Zingib. Croco, & menſis inferunt.

Rana viva integra alligatur ad Cauſonum æſtus & peſtem: ſi ventri torminoſo imponatur, in eam vitium *tranſire confeſtim*, fertur. Ventres impoſiti dolores podagricos levant, & ignes ſacros reſtingvunt: jubent veró pedibus poſterioribus pronas adalligare, ut crebriore anhelitu proſint.

Carnes ſugillatu delent.

Oleum Ranarum vel ſimpliciter cum oleo communi. Roſato, vel Seſaminino paratur, vel chymicé additis aliis elicitur.

Vim obtinet refrigeratoriam. Morbum articularem levat; duritias emollit, & contracturas ſeu diuturnos chordarum dolores ſedat. Deſtinatur & frigoribus ſeu rigoribus febrium.

Aqva Ranarum Epilepticis cum ſuis additamentis præbetur: foris illinitur tumoribus, articulis tumentibus, tabidis membris.

Cinis combuſtarum Ranarum vel arefactarum, ſangvinem in vulneribus cum potu tum inſperſus ſiſtit: cum aceto fluxus Narium & genitalium reſtringit. Cum pice liqvida ad Alopeciam prædicatur. Drach.1. ex vino rubro auſtero gonorrhæam ſiſtit.

Noſtri homines clunium Ranarum beneficio venantur gammaros. ſive Cancros fluviatiles, non ſine induſtria & ſingulari oblectamento. Qva ratione brevi ſpacio multos & qvidem maximos nanciſcuntur.

Rana aqvatica citrina.

Rana aqvatica edulis ſubcitrina βάτραχοι χ,ὸ Homer. Ein gelbliechter Waſſerfroſch.

Rana eſt notiſſima vocalis, aqvatica, ſubcitrina ſeu ſub-

lutea in fluviis, lacunis, Piſcinis degens eſui apta. Tergo flavet, licet non ſit plané purus color, nec ſine maculis. Emicat obſcura flavities, in ventre candicat.

Præ aliis magis ad cibum eligitur.

Rana aqvatica viridis.

βάτραχος χλωρὸς πηδητικός

Rana viridis aqvatica edulis.

Rana lacunalis viridis Avic.

Ein grüner WaſſerFroſch grasFroſch.

A priori colore differt. Viridis in tergo duntaxat eſt, ventre alba, innoxia.

Hanc vino ſuffocatam efficere abſtemios bibentes, *Miraldus* autor eſt.

Feminæ hujus patriæ ad febrium æſtus mitigandos Pericardio imponunt.

Rana lutaria.

Βάτραχος πλμαπαῖος. *Ariſt.*

Ein PfulFroſch.

Lutaria, qvod in lutoſis pigrisq; & cœnoſis plerunq; paludibus vivat, & fœditate luti gaudeat, nomen ſortita eſt.

Formam habet ſimilem fluviatilibus, ſed color lividus eſt, & os mutum.

Qvædam hujus generis ſunt furvæ, tanqvam terreum Corium geſtarent, qvales veri ſimile eſt eſſe eas, qvæ ex luto vel cum luto ex ſuo fiunt ſemineo.

A culinis abdicantur.

Rana hortenſis.

Rana lucida, *Varroni.*

Ein Garten Froſch/ Graſe Froſch.

Color ei lividus declinans ad flavedinem, vel ſubcroceum, ſeu ſubfuſcum. Voce caret, á menſis exulat, & veneni eſt particeps, qvanqvam minore gradu.

In hortis & pratis vivit locis umbroſis, & vere cum Bufonibus rem habere ſcribitur.

Bufo

Digitized by Google

Bufo terreſtris major.

φρῦνος,
φρῦνος κωφός
βάτραχος χερσαῖος
μύοξος Nonn.

φύσαλος, παρὰ τὸ φυσᾶν, vel τῆς φύσης, qvod ex cauda factus Bubo ſeſe inflet tumeſcatq́, in morem follis.

Rubeta terreſtris major.
Borrax, Botrax
Ein Krötte/
Betſche/ *Sil.*
Taaſche/
Bette/
Irrdiſche Krötte/.
Erdkrötte.

Rana eſt terreſtris, omnium grandiſſima, Dorſo ventricoſo ſeu tuberculis axa ſperato, pellis denſiſſimæ, aſpectu triſti & fœdo, muta, veneni plena.

Color ei fuſcus, luridus, fulvus aut ravus, miſtus ex nigro & bilioſo flavo.

Vivit repitq; in ſicco potius, & caveas facit in tellure, fimo, ſtabulis, inqve hortorum pulvinis & inter lapidum ſtrues.

Veſcitur Rore, terræ limoſitatibus, lumbricis: herbarum venena legit, & Apibus inſidiatur, in qvibus captandis utitur ſolerter virulento halitu. Salvia inprimis delectatur.

Tardè procedit, non ſalit ut cæteræ Ranæ, propter corpus ignavum, turgidum atq; iners, & pedum qvoqve brevitatem.

Non tantùm coit cum ſui generis Rubeta, ſed & cum Rana hortenſi, ut inde oriatur φρυνοβάτραχος.

Hæc non modò veneni ictu omnia qvæ perreptat loca inficit, ſed etiam ſaliva ſæpius conſpuit herbas naſcentes & Animalia. Unde non mirum, ſi nonnunqvam repentè intereant Homines, qvi fraga, fungos, aliasq; plantas harum veneno infectas inſcii devoraverunt.

Inflat ſe, cùm ſtimulatur, cunctabundus & Oculis rubefactis truculentum proſpicit, dein

dein non lotium duntaxat ejaculatur virulentum, ſed etiam maleolentem halitum, ſuccumq; album : Nonnunqvam etiam aſſilit, Oris labiis regidioribus morſum impreſſurus. Nec facile occiditur, Nam & confixus per medium aliqvot dies in palo vivit, venenumq; cruentum áqva citrina dilutum ſtillat.

Noſtrates dicunt Venenum mingere beſeichen impropriè, cúm veſica & urina careant.

Bufonis inimicus eſt Vipera, Felis, Putorius, Araneus.

Bufo aëre ſuſpenſus & arefactus peſtilentibus imponitur Bubonibus, papulis & apoſtematis, omne virus exugens.

Pulvis ſingulari Naturæ dote, ſaltem Collo appenſus, dicitur ſangvinem ſiſtere.

Integer Umbilico alligatus fluxus hyſtericos, qvi nullis remediis inhiberi poſſunt, retrahit & inhibet.

Pulvis cum Arſenico, Smaragdo, hyacintho, bolo armeno, Succino, Tragacantho, in tabellas reducitur, & ſerico obducto Collo ſuſpenditur, laudatum peſtilenti conſtitutione prophylacticum.

Arefactus plantis Pedum appoſitus, Capitis, Cordis morbis, Phrenitidi & febribus ſuccurrere dicitur.

Oleum Bufonum ad Anaſarcam facit, ſi eo perungatur venter deorſum trahendo manus: deponit enim ventoſitatem ad Crura, ubi diſſipetur.

Rubeta oleo incocta ad tertias, donec extabeſcat & in oleum convertatur, corium & oſſa nudentur, & percolata in ungventum redigatur, freqventi inunctione Colli ſtrumas certo delet auxilio.

Venenum Bufonis.

Inter primi ordinis venena numeratur. *Signa ſunt.*

Túmor, Pallor ad buxeum inclinans, ὠχρότης ſeu luridus color totius Corporis.

Anhelatio ſeu reſpiratio denſa confertaq;.

Oris halitus gravis, Æſtus Membrorum.

Vertigo repentina, Syncope.

Convulſiones interruptæ.

Labra,

Labra, Lingvaq; nigricans & balbutiens: obtutus torvus: Vomitus effrenis: ſudor frigidus, randem Mors. Aliqvando inventa genituræ profuſco, Singultus, Caligo Oculorum, Dyſenteria, Faſtidium, Delirium, Dentium caſus, Stupor totius cum alto & profundo ſomnolenta Tabes.

Auxilia.

Vomitus ex Hydrolæo.
Theriaca, Bolus Armena, Cornu Cervinum, Unicornu,
Mithridatium, Terra ſigillata *Strig.*
Coagulum Leporis, Lac humanum.
Damaſonium, Arthemiſia, Betonica, *Scorzonera*, Cyperus.
Rhabarbarum, Bezoar Perſicus.
DiaCurcuma, DiaLacca.
Pulv. Bezoarticus aureus.
Aq. Theriacalis, Balſamus Indicus,
Spiritus Chaleanthi.
Oleum Hyperici, Citrii, Arantiarum.
Turbith minerale, Stibii infuſum.

Cutis abluatur lixivio, muria, vino ſalſo, urina propria, lacte muliebri.
Bufo arefactus carpis, axillis, præcordiis admoveatur,
Xenochdon *Theoph.*
Bufonites, Ophites.
Hydrargyrum.

Marus de Arthemiſia.

Radix illius collo ſuſpenſa, Rubetis
Dicitur & cunctis nocuis obſiſtere Ranis.

Bufonites.

Bufonia gemma, Bufonius lapis,
Myoxus, *Cardani.*
Chelonites.
Crapaudina, *Gallis.*
Borax,
Ein Krötenſtein.

Gemma eſt lapideæ duritiæ & conſiſtentiæ, bullæ inſtar, in averſa parte cava, in dextra protuberante convexitate, inſtar ſpeculi convexi, Coloris ex fuſco pallentis, qvæ expolita ſplendet, contra venena magnæ æſtimationis. Hæc colore aliqvando fuſca eſt: interdum in medio habet Oculum cæruleum. nonnunqvam nigra, aliqvando alba, & liventibus maculis in

vertice inſignitur: interdum viridis; nonnunqvam verſicolor, rariús in ea forma Rubetæ apparet ſparſis pedibus.

Sitne os an lapis, magno ſtudio inter doctos controvertitur.

Gemmarii & Plebeii Bufonis Capiti innaſci arbitrantur,

Geſtatus, antiqvos Renum dolores tollit, & lapidis prohibet generationem, ventriculo, febribus, venenatis ictibus confert.

Omne virus elicit conſumitq;. Crebro attritu contactuq; tumores & inflationes á venenatis beſtiis illatas diſcutit.

In annulis paſſim á magnatibus portatur & appenditur, qvód veneno præſente colorem ſuum mutet, & qvaſi ſudoris guttas emittat, & á veneno peſtifero tutos reddat.

Rubeta minor.

πυρίφρυνος.
Rubeta minor flammea Andr. Libav.
Rana foſſilis Agric.
Ein Fewerkrötte ex ignis colore qvi illi aſſidet.

Minor eſt Bufone, furva tergo, ventre pallido ſeu citrino, maculis punctisq; rubris variato, muta & venenata in vepribus freqvens.

Naſcitur in terra, aliqvando in ſolidis lapidibus.

Vis ei maligna & diſcuſſória.

Ad Cynanchen & alia apoſtemata ſangvinolenta fotu Emplaſtico prædicatur.

Ad ſtrumas Libavius hanc præfert. Pulvis præclarus in ſangvine ſiſtendo, Papulis & Bubonibus peſtilentibus, Cancro, Lepra & ſimilibus, modó perité adhibeatur.

In aqva decocta & potu data, Suum morbis medetur.

Rubetarum hoſtis eſt Buteo triorchis. Rapit namq; eas & excedit.

Bufo paluſtris major.

φρῦνος ἕλειος.
φρυνοειδής.
ἑλειοβάτραχος.
Rubeta Lacunarum
Rubeta paluſtris venenata,
Bufo aqvatilis venenata.

Ein

Ein Pfulkrötte/
Waſſerkrötte/
Pfulfroſch/
Pumpfroſch.

Rubetæ terreſtri ſimilis. Coloris in Dorſo fuſci, ventre pallido, impuris cænoſisq; lacunis paludibusq; vitam agens.

Vox hujus qverula qvaſi uncans, acuta, profunda.

Bufo paluſtris miniatus.

Rubeta paluſtris minor.
Ein Feuerkrötte/
Guldinkrötte.

Similis eſt feré Rubetæ minori. Dorſum ei fuſcum, venter albicat, maculis undiqvaq; Minii colore varius,

Paſſim in paludibus & aqvoſis *ſcrobibus* extra oppida vitam agit.

Salamandra.

σαλαμάνδρα Dioſc.
μόλγη qvia tardé greditur ob Crura brevia.
Lacertus melanoxanthus
Ein Molch/
Moll/
Bunter Molch/
Moldwurm
Olm.

Animal qvadrupes, ex Lacertorum genere, aſpectu fœdum & horrendum, Capite magno, ventre craſſiuſculo, Cauda breviore. Color illi niger, luteis non minimis infectus maculis, qvadam lævitate pellucidus.

Habitat in montium Convallibus, locis valdé frigidis & humidis. Delectatur fonticulis limpidiſſimis. Æſtate, Vere & Autumno apparet, maximé pluvioſo tempore. Hyeme in cavernis & ſaxorum commiſſuris latet.

Irritata ſaniem evomit lacteam.

Nihil gignere, neq; eſſe in iis maſculinum femineumq;, ſicuti in Angvillis, Multi opinantur.

Huic tantus rigor, ut ignem illæſus pertranſire poſſit, ignemq; tactum, ut ajunt, reſtingvere, non aliter ac glacies. Certum qvidem, obſervatione conſtat, Salamandram ſumma frigiditate, Carbones ardentiſſimos & flammam, ad certum usq; terminum reprimere, at uri tandem ſi longiori ſpacio ſit admota: Cum nihil ſit, qvod ignibus non uratur & pereat.

Digitized by Google

Salamandra in olla cuprea uſta, & in cinerem redacta, cum micis panis iis datur, qvi Dracontiis vexantur.

Vis ei tribuitur calefaciendi, erodendi, exulcerandi. Additur medicamentis exedentibus & Lepras abolentibus. Liqvefacta in oleo pilos avellit.

Non modó Hominis demorſos immiſſo veneno interficit; ſed etiam fructus herbasq; qvas perreptarit, & fontes ſanie ſeu ſaliva lactea, humoreq; mucoſo, qvem ore evomit, inficit, magno ſæpé eorum, qvi imprudentes herbas illas eſitarint, aut aqvam biberint, ſanitatis & vitæ incommodo.

Antidota eius ſunt.

Cupreſſi folia, Urticæ ſemen, Terebinthina.

Theriaca, Mithridatis antidotum ex vino pota. Theriaca Diateſſaron.

Roſina pinea in elegmate.

Galbanum ex Melle deglutitum.

Nuclei pirei ex Ajugæ decocto poti.

Teſtudo terreſtris cocta & devorata.

Ranarum jus in qvo Eryngii radices decoctæ, potum.

Teſtudo.

χελώνη λιμναῖα
Teſtudo
lutaria paluſtris
lacuſtris.

Rubeta, teſta ſcuti aut orbis effigie tecta.

Ein Schildkröte/
Tellerkröte.

Animal eſt ἀμφίβιον qvadrupes Oviparum & ſangvine præditum, tardogradum, á teſta qva tegitur nomen habens.

Scutum duplex nigrum oſſeum, ſuperius convexum ex tredecim tabulis cum ora exteriore; inferius latum ex decem conſtructum videtur, qvod ex utroq; latere tunica duriuſcula veluti coagmentatur.

Inter ſcutum utrumq; exeunt pedes qvatuor, bini anteriores, totidem poſteriores; hi qvatuor, illi qvinis ungvibus aduncis nigris armati, qvos cum Capite & Cauda pro libitu modó exerere modó ſubducere poteſt.

Corium ſeu Cutis ſcabra, rugoſa, nigra, qvæ Collo intra ſcutum retracto Caput ad modum galeæ contegit.

In

Digitized by Google

In Cruribus, ſqvamulis ex nigro ſplendentibus, veluti lorica apparet, punctis luteolis reperſa. Caput exiguum roſtro acuminato. Dentes nulli ſed Roſtri margines acuti, ſuperiore parte inferiorem claudente pixidum modo, ad cibos dividendos. Mandibulam inferiorem ornant virgulæ oblongæ qvinæ, ſenæ luteæ: in ſuperiori foraminula duo Nares repræſentant.

Oculorum pupillas ſplendentes nigras ambit Circulus ex fuſco purpuraſcens, binis, *aliqvando* ternis punctulis flaveſcentibus maculatus.

Lingva imperfecta, non libera, ſed palato inferiori adnata Paululum protuberat.

Pulmones maximi bini, leviſſimi, fungoſi, translucidi, fibroſis fiſtulis diſtincti, veluti vitra Venetiana, qvæ apparent ac ſi eſſent gelu congelata gefrorne gläſer.

Venter ſimplex longiuſculus.

Cor latiuſculum obtuſum.

Jecur flavet binis lobis, in cujus dextro fel hæret cœruleum.

Lien perexiguus ſangvinei coloris.

Renibus & Veſica caret.

Cauda ſeſqvipalmum longa, teres, ſenſim in acutum deſinit.

Abruptum & perexiguum ſibilum edit.

Pamphaga eſt, Carnem edit & herbam.

Coëunt ut ζωοτόκα, Mare ſuperveniente ſine ullo negotio. Ova pariunt durioris teſtæ, & veluti Avium bicolora, qvæ effoſſa ſcobe in terram reponunt, eaqve obruunt.

ἡ μέν χελώνη τίκτει ᾠὰ σκληρόδερμα καὶ δίχροα, ὥσπερ τὰ τῶν ὀρνίθων.

Teſtudines habet Bartha patriæ noſtræ fluvius, ex qvo ſæpé retibus á Piſcatoribus extrahuntur.

Oblectantur lutoſis. Pariunt educantq; in ſicco, prorſus tamen ab aqvæ natura diſcluſæ vivere neqveunt: in humore etiam intereunt, niſi qvandoq; reſpirent.

Duram obtinent carnem. Tabeſcentibus remedio eſſe traduntur & Hydropicis. A cibis abdicantur hodie.

Sangvis exiccatus cum vino, veneno Viperarum & Rubetæ adverſatur: Contra Epi-

lepſiam convenienter bibitur. Reddit abſtemios.

Fel viſus obſcuritatem aufert, oculos claros & puros reddit. Anginis, & in ore Infantium nomis prodeſt. Naribus inditum Comitiales erigit. Axungia flavet inſtar Piſcium fluida.

Per biennium ſæpé durat, in cadis culinariis, in qvibus jurulenta pro porcis aſſervantur, ea perſvaſione, Porcos inde melius proficere & pingveſcere.

Vipera.

Ἔχις, mas

Ἔχιδνα femina

Θήριον.

Vipera qvód vi pereat aut pariat. Hinc *Nicander* ἤνικα θορνυμένου ἔχιος θολερῷ κυνόδοντι θουρὶς ὀδὰξ ἐμφῦσα, κάρην ἀπέκοψεν ὁμεύνου: id eſt

Turgida dum ſecum coëunti
 mordicus hæret,
Et dente impuro reſcindit
 colla mariti:
Aut pœnas repetunt nati pro
 cæde paterna.

Vel potius qvód ſola ex omni Serpentium genere vivos pariat, Ovis intus conceptis & excluſis.

Ein Natter/ Heck Natter/ id eſt, vipera dumetarum

Notter/

Ἐχιῆες Catuli Viperæ.

Serpens eſt ſqvamoſus, colore ſubflavo, pluribus ornata maculis rotundis, longitudine cubilitali, aut trium dodrantum.

Valdé differens eſt Mas á femina. Nam femina habet Caput latius qvám mas, Oculos ſubrufos, Collum anguſtius, Cervicem minus elatam, dentes qvatuor, Corpus craſſius ſed brevius, Caudam magis extenſam excarnemq;, & ſqvamis duriuſculis aſperam univerſim acervatim. Inceſſus qviet⁹ & tardior.

Mari veró caput eſt anguſtius, Collum craſſius, Cervix magis elevata, Dentes ſoli duo canini, & vulnera ex plaga bina. Corpus & longius & tenuius, & velociter incedit.

Oculi, cúm irritatur, rubicundi, Cauda paulatim gracileſcit, aliorum more Serpentium. Color idem qvi feminæ.

Veſcitur herbis & animalculis.

Hyeme ſub ſaxis latet.

Sola

Sola vivum fœtum edit, Ova primùm intra ſe & in ventre ex ovis vivum fœtum parit, qvem deinde excludit. Veteres ſibi perſvaſerunt, Catulos matrem exeundo lacerare, & trucidare, alvum ejus erodentes.

Qvod vanum eſſe, Experientia rerum magiſtra aliud docuit. Viſæ enim ſunt utriusq; ſexus Viperæ lagenis vitreis incluſæ partus eniti, utroq; parente ſuperſtite.

Carnes viperinæ calidæ & ſiccæ temperaturæ evidenter exiſtunt, qvæ totum Corpus per Cutem expurgant.

Adeps caliginem Oculorum tollit, ſuffuſione ambuſtis medetur.

Vipera Lepræ antidotum præſens & amuletum: qvod caſu compertum fuiſſe tradit Athenæus, cùm Vipera, dormientibus non procul ab ejus antro Leproſis, in vini lagenam odore illecta irrepſisſet, atq; illic mortua Leproſis ex eadem lagena bibentibus, ſalutem inſperatam reſtituiſſet.

Vipera domeſtica.

Ein Haus Nater/

Ex cæruleo ſplendet.

Domos habitatas ſubit, & pluribus annis in iisdem commoratur, nulli noxia.

Vipera nigra.

Ein ſchwartzlichte Nater/ ſchwartze Schlange.

Seſqvicubitum longa, fuſca, maculis albicantibus reſperſa.

Admodum venenata, & morſus ejus exitialis, niſi maturè antidotis obtundatur.

Vipera purpurea.

Eine braune Nater/

In montibus & ſylvis aliqvando viſitur.

Vipera cinerea.

Eine graue Nater.

Vipera candida.

Eine weiſſe Nater/ Haſel Nater.

De Vipera argentei candoris ſub Corylo viſcifera reperta, multi plurima nugantur, ſuperſtitionis plena. Theſauros enim ſeu Metalla in terræ viſceribus latentia perſpicere eos poſſe, ſi eam ſecum tulerint, fruſtra ſibi perſvadent.

Viperæ

Digitized by Google

Viperæ ſenecta.

γῆρας ὄφεως

Spolium Serpentis.

Exuvium Viperæ

Naterbalck/

Schlangenhaut.

Viperæ eſt exterior ſimilis membranæ Cutis, qvam primo vere, lapidum vel fruticum anguſtiis exuit. Veluti operculum ineſt Cuti. Cúm exuere incipit, ab oculis primum detrahit, ita ut òbcæcari videatur iis, qvi rem non intelligunt; tum Caput exuitur. Glabrum enim hoc omnium anté,qvám reliqvum Corpus,apparet; atq; una feré nocte ac die Senectus tota exuitur, á Capite orſa ad Caudam, ejusq; qvod exuitur, qvod externum erat, fit internum.

Invenitur in campeſtribus inter ſaxa & ſtirpes.

In vino decocta utiliter infunditur Aurium doloribus, Impetigines extrahit. Aceto veró collutione Dentium dolori medetur. Cum aqva marina ſugillata delet.

Cinis aſſidué inſperſus Alopecias explet celerrimé.

Ad Canis rabidi morſum cum Cancro maſculo trita illinitur.

Ad alligata lumbis, faciliores partus facit, at protinus á Puerperio removenda.

Per ſe repoſita in arcis armariisq; tineas necat.

Venenum in noſtra Vipera tam vehemens non eſt, ac in calidioribus regionibus, nec tam citó interficit:qvamvis non careat pernicie, ut ictos ſæpé in vitæ periculum adigat.

Tumor in parte vulnerata ſubrubens: lividus, tuberoſus.

Corpus intumeſcit univerſum,

Horror & refrigeratio,

Mentis ſtupor,Capitis gravitas. Anhelitus difficultas,

Syncope,tandem Mors.

Curatio in extractione veneni, partis percuſſæ obligatione,& Cordis præmunitione conſiſtit.

Paſtilli viperini,

Theriaca Andromachi,

Ol. Viperinum,

Allium, Ruta,

Echium, Fraxinus.

Vini meraci larga copia pota.

Saliva hominis jejuni.

Pulv. bezoart. aureus

Sigillata Strigenſis.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QVARTUS

Aviarium Sileſiæ.

De Avibus in genere

Avis.

Ορνιξ, ὄρνις, ὄρνεον,

Avis, qvód avia, hoc eſt, incerta itinera in aëre ſectetur, vel ab adventu, qvód inde veniat, vnde qvis minimé ſuſpicetur.

Ales, ab alarum magnitudine.

Volucris, á volando,

Ein Vogel/

Ορνίθιον, ὀρνιθάριον,

Avicula,

Ein Vögelin/

Ορνιθοπαίς,

Pullus aut Pipio avis.

Pullus eſt generale nomen omnium Alitum: & Qvadrupedú etiam qvorundam fœtus Pulli dicuntur, ut Eqvi, Aſini, ſed præcipué Avium.

Avis animal eſt volatile, pennis decoratum, binis incedens pedibus, ὠοτόκον, agile & leve, ſubſtantiæ calidæ & ſiccæ, gradatim aut ſaltatim ambulans.

Cibum Aves petunt, *qvædam* ab Aëre, ut Avis Paradyſi, Hirundines.

Qvædam ab Aqva, eaq́, *vel* fluviatili, *vel* lacuſtri, *vel* marina, ut Ardeolæ, Anates, Fulicæ, Mergi, Alcedines.

Qvædam á Terra dum fruuntur, *vel* arena, *vel* lapillis, ut gallinarum genus, olores: *vel* ſeminibus, frugibus aut fructibus, ut Paſſeres, Carduelcs, Phaſiani, *vel* herbis, ſeu gramine, ut Anſeres, Anates.

aut Vermiculis, ut Rubeculæ, Motacillæ; Pici.

Aut Ranis & Serpentibus, ut Ciconiæ, *aut* carnibus Animalium, ut Aqvilæ, Noctuæ, Milvi, Accipitres, Corvi.

Digitized by Google

Avibus proſunt ſqvalores, tum ad cæteram ſanitatem, tum etiam ad partum: incommodi autem anni pluvii.

Caro Avium minus nutrit qvám Qvadrupedum, ſed facilius concoqvitur.

Avium partes communes cum aliis Animalibus.

Caput magnum, parvum, longum, rotundum.

Vertex criſtatus, ſine criſta.

Collum longum, breve, craſſum, gracile, pronum, ſupinum.

Mentum barbatum, ſine barba.

Cervix der Hals.

Pectus integrum & ſibi continuum, carinatumq; & acutum atq; carnoſum die Bruſt.

Venter Pectori ſubjacet, ad oſtium usq; excrementi & ſuffraginem Crurum.

Dorſum.

Clunis femori ſimilis, longior ventre medio tenus porrectus.

Umbilicus Avibus adultis jam deliteſcit, incertusq; eſt. Inteſtini enim coalitu conſiſtit, nec Venarum pars ulla eſt, ut in Viviparo genere.

Pedes bini, Crura, ut in Homine bina, ſed intró flectentia, Füſſe / Schenckel / Geſtelle.

Digiti terni pluribus: qvaterni aliis: Terni in priori parte, ſinguli in poſteriore maxima ex parte pro Calce. Bini utrinq; paucis, ut Iyngi, Cuculo, Certhio, Hirundini murariæ.

Lingva: brevis Ciconiæ, Alyconi.
breviſſima Corvo lacuſtri, Pelicano.
longiſſima Picis.
anguſta Numenio.
tenuis Paſſeri Troglodytidi, Perdici ruſticæ.
acuta Iyngi, Picorũ generi.
lata Pſittaco, Sturno.
bifida Oriolo.
Oſſea ſeu ſtota Certhio
Cornea apice anteriore, ut Picis, Iyngi.

Oculi omnibus ſicuti cæteris Animalibus bini, ſine ſuperciliis, graviores. Palpebra inferiore connivent.

Pupilla nigra ut plurimũ.

Iris colore variat: Crocea Accipitri, Noctuæ: intenſé flava Niſo: rubea Coturnici: Cinnabrii colore, Bombycillæ.

bycillæ : nigra Caprimulgo: plumbea Pavoni feminæ.&c.

Auriculis & Naribus carent, meatusq; odorandi in Roſtro continent. (Foramina enim bina ante os habent,ſed non ita explanata,ut Nares appellari poſſint) audiendi in Capite.

Pulmo exiguus, parum habens ſangvinis, fungoſus, Membranæq; ſimilis,& aptus ampliari & extumeſcere cùm inflatur. Deeſt Epiglottis. Arteriam enim contrahunt, atq; ita claudunt,ſicut Qvadrupeda Ovipara.

Gula anguſta Spermologis.
ampliſſima Corvo lacuſtri & rapacibus.

Ventriculus:
tenuior Rapacibus,Carnivoris, ut Aqvilæ, Accipitri.
carnoſus plurima parte, calloſus Gallinis, Anſeribus, Olori, Turdis.
amplior, Ululæ, Ardeæ ſtellari.
longior Ingluviei ſimilis, Tinnunculo.

Hepar, Jecur ſimile Viviparorum. Puro enim & ſangvineo colore exhilaratur. In nonnullis flavet, ut Alcedini.

Cor magnum, parvum,
acutum, obtuſum,
triſulcum τρισόλκον in tres velut cuſpidis diviſum Coturnici.

Lien exiguus adeò, ut propemodum ſenſum effugiat, ut in Columbis,Milvo,Accipitre, Noctua.

Fel
- nullum habent Glareola & Pluvialis.
- jungitur
  - Ventri ut in Curvo
  - Inteſtino ut
    - Columbo
    - Paſſeri, Calamodyti.
    - Coturnici.
  - Iecori, ut Oriolo, Numenio.
  - Iecori & ventri, ut Capricipiti, Corvo lacuſtri.
  - Iecori & inteſtino, ut Accipitri, Milvo.

Renes neq; Veſicam obtinent,qvia rarò potu utuntur, ſiccioribus veſcuntur alimentis: unde ſi qvid ſeroſi eſt humoris, facilè per cutem digeritur, vel per plumas abit. Renum vice carunculas qvasdam latiuſculas habent, Renum ſpeciem oſtendentes.

Inteſtinum *vel* ſimplex tenue, ut parti plurimæ Avium: *vel* appendicibus paucis infra qvâ deſinit Inteſtinum, donatum, ut Olori, Anſeri, Gallinis, Corvo lacuſtri.

Teſtes omnibus intus lumbis adhærent.

Semen album, ut cæterorum Animalium.

Vulva juxta ſeptum annexa eſt. Cervicem habet carnoſam calloſamq; parte inferiore: at ſuperné qvâ ſepto jungitur, membrana conſtat, & prætenuis adeó eſt, ut Ova extra Vulvam eſſe exiſtimes. der Eierdarm vulgó.

Partes propriæ Avium.

Roſtrum ῥάμφος, ῥύγχος, os Avium proprium, Der Schnabel. Oſſeum eſt, ut commodé & cibum capiant, & ad pugnam armentur. Non enim labra nec dentes habent.

Aduncum hamatum in Aqvila, Accipitre, Milvo, Pſittaco, Lanio & aliis rapacibus.

Rectum Corvo, Ciconiæ, Ardeæ Stellari.

Acutum Pico, Carduéli, Linariæ.

Latum Pelicano, Anſeri, Anati,

Longum Ciconiæ, Perdici ruſticæ, Ardeæ.

Arcuatum Numenio.

Serratum Anati longiroſtræ.

Curvum Cruciferæ.

Cornei coloris,
cœruleum,
fuſcum,
rubrum,
flavum,
album,
nigrum.

Peculiare Corvo lacuſtri.

Oris rictus, frenum der Rache.

ampliſſimus Corvo lacuſtri, Cuculo, Caprimulgo.

anguſtus ſpermologis.

Criſta in capite λόφος der Kamb.

plumacea, Qvam qvædam pennarum eminentia extructam gerunt, ut Upupa, Vanellus, Ardea cœrulea, nigra,

Digitized by Google

gra, Columbæ & gallinæ nonnullæ, Ein ſtraus / foppe.

peculiaris, ut pote qvæ nec caro, nec á natura Carnis aliena omninó, ut Gallinaceo. Hanenkamb. vertex, criſta Galli.

Palea κάλλαιον Palearia πώγων Ariſt. qvod de Mento Gallorum rubens velut barba dependet, das rotte Läplin am Hanenhalſe.

Pennæ, πτερά, πτίλα, vogel federn. Non enim ſqvama, non cortice, ſed pennis Aves teguntur, Proprié dicuntur majores & duriores, qvales ſunt ex qvibus alæ & cauda conſtant: generaliter hîc accipitur, ut omnes plumas comprehendat.

Differunt forma, magnitudine, ſitu, colore, numero.

Pennula πτερὶς ein Federlin.

Caulis, Calamus, fiſtula, ſcapus calami; Federkengel oder kehle.

Medulla, die Seele.

Dorſum, eſt Linea ſeu Nervus Pennæ / der grad an der Feder.

Pluma, Latera Pennæ, das wollechte an der Feder.

Oræ ſeu margines Pennæ.

Apex Pennæ, die euſerſte ſpieße an der Feder.

Pennæ fiſſæ, infiſſæ, caulem habent, excaules ſunt.

Pennæ veſtitrices, καλυπτῆρες ſunt minores, qvæ prætexunt Aves die deck Federn.

Remiges, Rectrices ὠκύπτερα, majores pennæ qvas expandunt dum volant. ἐλατῆρες τῶν πτερῶν, Schwing-Federn/in qvibus ad pernicitatem volandi præcipua vis. Hæ differunt magnitudine, longitudine, latitudine, forma, colore.

Plumulæ, πτίλα, Plumæ molliores, Lanugo plumoſa, χνόος, pennæ minores, molliores Corpori proximæ, Die gauchfedern / die Wullfedern / Pflaumfedern.

Ala πτέρυξ πτερόν Flügel Fättich qva Aves volant.

interior
exterior: ſuperior
media
inferior.

Ὀῤῥοπύγιον, ὀυροπύγιον, κόκκυξ καὶ σπονδύλιον, *Poll.* ὄῤῥος, *Gal.* id eſt, τοῦ ἱεροῦ ὀςέου τὸ πέρας, proprié Volucrum, ultima pars ſpinæ, ubi ſphondyli deſinunt, ſeu Cauda pennis condita, Der Bürtzel. Avibus ad dirigendos volatus affigitur.

Hordeolum, Κριθὴ, Ἀλεπταρία Hordeum, Der Steuß / pars extrema Uropygii, puſtulæ inſtar eminens, & acuminata; ſic dicta qvód humorem album & pingvem contineat. Hac parte inflammata vel tumeſcente, morbo acuto pereunt Aves, niſi maturé exprimatur, & ſale confricetur. die Darre / vulgó.

Cauda: ἡ οὐρα der Schwantz.

breves Longipedum, ut Ciconiæ, Ardeæ, item Halcionis fluviatilis.

Planipedum, ut Anſerum, Olorum.

major iis qvæ é contrario conſtant, vel contractis ad ventrem pedibus volant.

ut

recta.

longiſsima Pavonibus, Phaſianis *recurva*, Gallo Betularum, Anati maſculo,

nulla Mergis.

rigida Picis, Corvo lacuſtri.

Pennæ inferiores firmantes Caudam veram, Schweiff federn unterm Schwantze / darauff der Schwantz ruhet / veluti in pavone maſculo.

Calcar πλῆκτρον, Der Sporn / in Gallis.

Ungvis ὄνυξ, Klawe / Nagel.

Ungves *hamati* Haliæeto

adunci Aqvilæ, Accipitri, Noctuæ.

rectiores Anati ſylv. Mergo.

acuti Hirundini murariæ.

lati Mergo ſ. Urinatrici.

Ungvium mucrones, ὀξέλοι ὀνύχων.

Ovum ὠὸν, Ein Ey. qvaſi ὀῖον, id eſt ſolitarium, qvia ſingula pariant.

Ovi luteum, τὸ χλωρὸν τοῦ ὠοῦ. *Hipp.* Vitellus Ovi, *Plin.* λέκυθος, χρυσὸς τοῦ ὠοῦ.

Eyerdotter. Interior Ovi liqvor, qvi lutei coloris eſt. ὠοῦ τὸ πυῤῥὸν, *Suid.* ὠχρὸν. *Ariſtot.*

Ovi

Ovi vitellum á vita, qvód ex eo vivat pullus. Alitur enim pullus intra Ovum vitello, ſucco ejus attracto, ut infans in lucem editus lacte Mamillæ.

Ovi albumen λευκὸν τοῦ ὠοῦ *Ariſt.* λεύκωμα, Ovi albor, Ovi candidum *Celſ.* Candidus Ovi ſuccus, Qvód rupto jam Ovo apparet.

Eyerklar/das weiſſe im Ey/ Eyweis.

Ovi teſta *Sereno.* ὄςρακον *Ariſt.* κέλυφος, λέπος, τὸ λέπυρον τοῦ ὠοῦ, λεπύριον *Hippoc.*

Putamen *Plin.* Cortex Ovi Eyerſchale.

Ovi umbilicus, σόλος ὀμφαλώδης *Ariſt.* qvaſi umbilicaris appendix,

Ovum geminum ὠὸν δίδυμον *Ariſtot.* qvod binis conſtat vitellis, Ey mit zweien Dottern.

Ova: candida Gallinarum, Perdicum, Hirundinum.

pallida paluſtrium

punctis diſtincta Phaſianorum, Coturnicum, Gallinarum Indicarum.

rubra Tinnunculi Milnii modo.

viridia Graçulorum, Picarum.

Ova urina, ὠὰ οὔρινα, κυνόσουρα, Canicularia Ova, Ova generationi inepta, Ova incubatione derelicta. faule/ ſtinckende/brüttige Eyer.

Ova ſubventanea, ὑπηνέμια *Ariſt.* Αὐτόματα, Ανεμιαῖα, ζεφύρια qvaſi vento concepta, é qvibus nihil gigni poteſt, Lar/Lauter/Wind-Eyer. Sterilia ſunt & minora, ac minus jucundi ſaporis, & magis humida, qvám ea qvæ fœcunda gignuntur.

Pariunt id genus plures Aves, & maximé qvæ non volaces ſunt & aduncæ, ſed multiparæ, ut gallinæ, perdices, columbæ, pavones, anſeres.

Ingluvies πρόλοβος, πρηγορεών, Veſicula Gutturis der Kropff. Cutis eſt in amplum ſinuata, Ventriculo præpoſita, qvâ Cibus ingeſtus primum continetur incoctus. Qvâ parte gulæ jungitur, anguſtior eſt, mox amplior, tum qvâ deſinit in ventriculum, arctior eſt, ut Gallinis, Columbis, Perdicibus, Aqvilæ.

Aliis

Digitized by Google

Aliis Ingluvies deeſt, ſed ejus vice gula latior & patentior, ut Corvo lacuſtri & terreſtri.

Vel tota, Paſſerculis, qvorum Ventriculus longior eſt.

Vel qvâ propius Ventriculum aditus eſt, ut Milvo.

Hinc Aves qvædam ſinum unum habent, qvo merguntur recentia ut guttur: alterum in qvem ex eo demittunt coctione maturata, ut Gallinæ, Columbæ.

Coitus Avium.

Coëunt Aves: vel femina conſidente humi, Mare ſuperveniente, ut Gallinarũ genus.

Vel femina ſtante, ut Grues.

Oſculo præmiſſo, ut Columbæ, Corvi.

Tempus, plurimis Vernum ac ineunte æſtate: circa brumam Alcyonibus: circa Nativitatis feſtum, Crucifera.

Semel, magna ex parte, Anſeres, Pavones, Cygni, Ciconiæ.

Bis, Hirundines, Sturni, Merulæ, Turtures.

Ter, Paſſeres, Alaudæ.

Sæpius, Columbæ, Gallinæ.

Partus, *Parcus* Vncungvibus, qvibus vngves adunci, Aqvilæ, Accipitri.

fœcundior, crebrior, Colũbis. *numeroſior*, Gallinis, Paricibus.

Sine nidis pariunt, qvæ graviores ſunt & minus volant, ut Perdices, Coturnices, ſed condenſo frutice prolem muniunt.

In nidis, juxta paludes, & locis herbidis, Anates ſylveſtres, Olores, Lari fluviatiles.

Arboribus cavis, Sturni, Upupæ, Columbæ ſylveſtres.

Super ramis Arborũ, Ardeæ, Cornices, Picæ, Turtures.

In terræ cavernis, Hirundines ripariæ.

In tectis ædium, Paſſeres, Hirundines.

Concipit femina, cúm coiverit, Ovum ſuperius ad Septum transverſum, qvod primó minutum & candidum; mox rubrum cruentumq;, deinde increſcens luteum & flavum efficitur totum; jam amplius auctum diſcernitur, ut intus pars lutea ſit, foris candida ambiat: ubi perfectũ eſt, abſolvitur á Corpore, & exit putamine dum paritur molli, ſed protinus dureſcente, niſi vitio vulvæ defecerit.

Generatio

Digitized by Google

Generatio omnibus ex ovo evenit. Fit enim ut incubante & concoqvente Ave, animal ex parte Ovi ſecernatur ex albumine ſcilicet, augeatur veró ex reliqva parte & perficiatur, nempe vitello. Origo namq; in albumine eſt, Cibus per umbilicum ex luteo petitur: At non pari temporis ſpacio evenit omnibus, ſed pro magnitudine generantium intereſt.

Fæminæ ut plurimum incubant ſolæ, & qvidem pertinaciſſimé magna tædia tolerantes. Qvædam partita tempora cum Maribus habent, & fovendi & nutriendi fœtus, ut Columbæ. Sturni.

Avium differentiæ.

I. Aves: vel ſunt Domeſticæ ſeu Cicures. Hæ vel Cohortales Colū. Cortales Ορνις κατοικίδιοι, qvibus intra cortem ſeu aulam, ſeu ædes incluſis minus libera evagandi poteſtas, Einheimiſche Vogel/im Hauſe erzogene Vogel/ ut Gallinæ, Anſeres, Anates, Columbæ.

Altiles Plin σιτευτά, σιτιστά. Fartiles Aves, qvæ caveis incluſæ ſaginantur, & turundis farciuntur, ut pingveſcant. MaſtVogel. Vogel ſo in der Maſte ſitzen.

2. Feræ, Αγριοι, Aves ſylveſtres, qvæ ſponté & liberé in aere & ſylvis vagantur. Wilde Vogel oder geſſügel. Harum aliæ incolunt

Alpes ſeu altiſſimos montes, ut Urogallus, Gallinæ Corylorum, Merulæ torqvatæ.

Montes & ſylvas, Turdi, Turdelæ, Merulæ, Regulus, Rubeculæ.

Fruteta, Linaria, Luſcinia,

Fragoſa & Saxa, Aqvilæ, Petronella.

Deſerta Montium loca Bubones, Noctuæ.

Campos & Agros, Alaudæ, Coturnices.

Prata, Curruca.

Flumina, Alcedo, Merula paluſtris, Ardeolæ, Motacilla.

Lacus, Mergi, Anates ſylveſtres, Fulicæ.

Z Maria

Digitized by Google

Maria Alcedo marina, Anſeres marini in Braſilia.

Aërem Avis Paradyſi, qvæ ex ſolo Aere vivere dicitur. Hirundo, præſertim muraria.

Item Avium Sylveſtrium *Aliæ.*

Semper apparent, Paſſeres, Cornices variæ, Picæ.

Non ſemper conſpiciuntur: ſed vel

Hyeme tantúm, Emberiza varia ξανθόζυγχος Bombycilla.

Aeſtate tantúm, Hyeme veró diſcedunt in

Vepidiora loca, ut Monedulæ, Sturni, Cornices nigræ, Anates ſylveſtres, Alaudæ.

Longinqva, id eſt, peregré avolant, ut Ciconiæ, Grues.

Vel latent in *Arboribus*, Cuculus, Upupa.

Convallium anguſtiis, Hirundines.

Avium aliæ ſunt:

Fidipedes, σχιζόποδες, Fiſſipedes Aves digitatæ, qvæ fiſſos habent pedes, Vogel ſo geſpaltene vnd zertheilte Füſſe haben. Hæ rurſus vel

Altivolæ, volaces, qvæ alis grandibus ſunt atq; validis, ut Aqvilæ, Falcones, Accipitres, Lanii..

Pulveratrices in terra verſantur, ut Gallinaceum genus, Trochilus terreſtris, Coturnices, Alaudæ, Perdices.

Aliæ Palmipedes στεγανόποδες Planipedes, Solidipedes, qvibusu ngves membrana junguntur, Breite/flache vnd gansfüſſige Vogel.

Harum digiti aliis utrinq; membrana cohærent, ut Anati, Anſeri, Olori:

Aliis utráq; ex parte non totaliter membrana connectuntur, ut Ardeæ,

Aliis una ex parte aliqvatenus membrana junguntur, ut Novali mediæ.

Latiuſculi, ungvibus latis, ut Mergo, ungvibus aduncis, ut Fulicæ.

Rurſus. Ορνεα alia ſunt.

μονοφάγα, qvæ vel vermiculis & formicis aluntur.

σκωληκοφάγα, qvæ vermes ad Cibum inqvirunt, ut Vanellus, Motacilla.

Κνιποφάγα

Κνιποφάγα ἢ σνιποφάγα, qvæ vermiculis in ligno degentibus, formicisve gaudent, ut Picorum genera, Parices, Cnipologus.

Σαρκοφάγα, Carnivora, qvæ carnes vorant, & ex raptu vivunt, ungvesq; aduncos habent, ut Bubones, Aqvilæ, Milvi, Accipitres,

Ιχθυοφάγα, Piſcivora, qvæ piſcibus veſcuntur, ut Larii, Mergi, Alciones, Corvi lacuſtres.

Ακανθοφάγα, qvæ ſpinam appetunt, Carduelis, Salus, Spinus, Ligometris.

Σπερμολόγα, Seminilega qvæ ſeminibus & frugibus vivunt, Gallinæ.

Καρποφάγα, Καρποφαγοῦντα, qvæ frugibus victitãt, ut Columbæ, Turtures, Paſſeres.

παμφάγα, παντοφάγα Omnivora, qvæ nullo diſcrimine qvibuslibet veſcuntur, ut Pica, Cornix cinerea, Corvus.

Ex colore. Aliæ ſunt unius tantúm coloris, ut Corvus niger, Cygnus albus. Aliæ varii coloris, ut Pſittacus, Cornix picta &ç.

Avium utilitas.

Aves *Corpori inſerviunt*, ut *Cibus*; dum palata noſtra in cibis inſtruunt.

Harum Caro licet minus præſtet alimenti, qvám Qvadrupedum, faciliús tamen concoqvitur, & probum gignit ſuccum.

1. Agreſtes ſaturans, Agricolis, villicis & plebeis familiaris, veluti ſunt Anſeres, Anates, Gallinæ, Columbæ. &ç.

2. Elegantium menſis jucundus, Magnatibus & Principibus notus, ut Phaſiani, Vrogalli, Attagenes, Gallo-pavi & ſimiles.

3. Infirmis & iis, qvi adverſa valetudine fruuntur commodus, ſeu medicamentoſus. Dum Aliarum Caro

1. bona, ſvavis, facilis digeſtionis, ut Pulli gallinarum, Perdices.

2. dura, Turtures, Palumbi, Anates.

3. fibroſa, dura, concoctu difficilis, Pavones.

4. probi ſucci, Phaſiani, Gallinaceum genus, Turdi, Avicularum montanarum & ſylvaticarum genera.

Digitized by Google

5. excrementoſa & improbi ſucci, ut qvæ lacuſtribus paluſtribusq; locis ac fluminibus immundis & turbidis degunt, ut Mergi, Fulicæ, Corvi lacuſtres.

Hic habendus eſt delectus earum; qvæ vel ſint fugienda vel eligenda.

ut **Pharmacum.** Hac ratione Medico uſui deſtinantur Aves

Integræ. Sic Ciconia in Apoplexia, Paralyſi, Arthritide efficax.

Alauda in Colica.

Galbulus in Ictero.

Paſſerculus in Impotentia venerea.

Paſſer Troglodytes in Nephritide,

Cuculus in febribus, Epilepſia.

Pica } in Spaſmo & Convulſionibus.
Hirundines }

Partes Earum:

Internæ.

Ventriculi tunica interior Ciconiæ, Gallinarum.

Cor Alcedinis fluviatilis.

Cerebrum Cornicis cinereæ, Paſſerculorum.

Fel Accipitris.

Teſticuli Gallorum.

Externæ. *Pingvedo* Gallinarum, Anſerum, Anatum, Ardeæ, Aqvilæ, Coturnicis.

Pelles Aqvilæ, Vulturis, Oloris, Mergi, qvæ præparatæ ventriculo admoventur, ad concoctionem promovendam.

Ungves Ardeæ ſtellaris.

Plumæ Anſerum, Olorum aliarumq; Avium. Ex his enim parantur lecti & culcitræ, qvibus non ſolúm *laſſitudinem* ex longo & *difficili* itinere, vel alio qvovis diutino labore leniunt ac ſublevant; verúm etiam Corpus hyberno tempore fovent, & á frigore defendunt.

II. Animum informant. Inſignia enim exempla virtutum præbent:

Invocationis divinæ. Pulli Corvorum. Non enim prius eos parentes paſcere ſolent, qvám plumis veſtiri incipiant. Hiob. 39. *v.* 3.

Laudationum Dei. Nam & in Avibus laus Dei reſonat, ſicut *David Pſalm* 8. *v.* 9. exclamat: Benedicite omnes volucres cœli Domino.

Qvæ

Qvæ mané inter denſos Arborum ramos & de medio petrarum dantes vocem ſuam, atq; in Aëre circumvolitantes ſvaviſſimis modulationibus æternum Deum Dominum & Creatorem omnium rerum concelebrant. *Pſalm* 104. *v.* 12.

Alauda, qvia ter qvotidié canit, mané pauló ante ortum, meridie & veſperi docet ac monet nos illa tempora tribuere precationi & gratiarum actioni.

Pudicitiæ & Caſtitatis. Palumbes ab omni ſtupro caſtiſſimi. Adeó enim mutua conſenſione ſtabile & certum connubium per ſummam caſtimoniam tuentur, ut neuter alienum cubile attingat. *Eadem lex* ad Turtures pertinet, ſanctaq; & ſincera permanet.

Juſticiæ. Mater enim Hirundo adverſus filios ſuos juſticiam ſervat in diſtributione Cibariornm, ſuam cuiq; tribuens dignitatem.

Simplicitatis, Columbæ.

Nam internuntii munere defungi eas compertum eſt.

Amicitiæ domeſticæ. Compertus eſt Anſer ad annos 60. in eadem domo vixiſſe.

Concordiæ. Cornices inter ſe fidiſſimæ, & cúm ſemel inter ſe ſocietatem coierunt, maximo ſe opere diligere, ac non temeré violare *Politianus* teſtatur.

Ciconiarum concordia magno miraculo comperta. Nam ſi interceptæ repentino frigore ex Europa, neqveant ſedes ſuas repetere, conveniunt, ac conjunctæ velut uno globo ſeſe omnes in unum lacum demergunt, atq; ita Hyemem totam demerſæ ac velut mortuæ tranſigunt: at vere, tepente cœlo qvaſi reviviſcentes rurſum evolant. *Fulgoſ. lib.* 1. *c.* 6.

Anno ſalutis 1467. In Lotharingia juxta Metenſem urbem in lacu qvodam permultæ Ciconiæ inventæ fuerunt, qvæ in thermis calefactæ revixerunt.

Benignitatis ſeu Liberalitatis Parentum erga liberos. Ciconiæ amanter ſuos fœtus curare dicuntur. Cúm enim ad pullos, qvi per

ætatem é nido nondum evolare qveunt, cibum aliunde comparare neqveunt, eſculenta, qvæ prius ederant, evomunt, atq; in educandos fœtus convertunt, & ad volandum pullis imperitis duces ſunt.

Pelicanus pullos ſuos á ſerpente cæſos, fuſo ex proprio pectore ſangvine rurſum vivificat.

Idem de Hirundinibus, Alaudis, Falconibus ſcribitur, qvód peculiari qvadam induſtria & amore pullos ſuos curent & alant.

Pietatis & gratitudinis Liberorum erga Parentes. Magna cura Ciconiæ exacta ætate parentes alunt, etſi humanis hoc facere legibus nullis jubentur, ſed ſola bonitate naturæ ad id impellantur.

Merops juſtitia & pietate omnibus Avibus præſtat. Non enim in ſenectutem Parentes alere differt, ut Ciconia: ſed ſtatim, ut per ætatem volare poteſt, hoc ipſum exeqvitur.

Gratitudinis erga benefactores. De Ciconia, qvæ Memor beneficii, Mulieri Tarentinæ, ob præſtitam in ſanando crure diligentiam, in ſinum gemmam precioſiſſimam evomuerat, lege *Ælianum lib. 8. c. 21.*

Beneficientiæ. Oſſifraga prolem Aqvilæ abjectam per benigné ſuſcipit atq; alit, donec adoleſcat, *Ariſt. hiſt. anim. lib. 9. cap. 34.*

Politiæ ſive gerendæ bené Reipublicæ. Ciconiæ, Grues, qvi cúm hinc in Ægyptum redeunt, duces & exploratores adhibent.

Vigillantiæ. Anſeres acrius qvám canes ad cuſtodiam advigilare Romani plané explorare perceperunt. *Ælian. lib. 12. c. 30.*

Animum voluptatibus recreant. Dum *Pulchritudine exhilarant*, ſeu colore placent, eoq; *vel ſimplici.*

niveo, ut Olores candidi, Pavones nivei, Columbæ, Falcones, Corvi, Paſſeres.

viridi, ut Pſittaci, Alcedo, Cornix ſylvatica, Picus viridis.

flavo,

flavo, Oriolus, Galgulus, Luteola.

vel vario :

Phaſiani, Pavones

Aures recreant : *Cantu* ut Oſcines-*Plin.* ᾠδικὰ ὄρνεα, qvæ voce ſeu cantu ſunt ſvaves & mirabiles, Luſcinia, Sturni, Luteola Canarienſis, Merula, Turdela, Ligurini.

Loqvela, ut Pſittacus, Pica glandaria, Pica varia, Corvus, Monedula, Sturnus.

Qvoniam Avium aliqvanto ſublimior natura videtur, cúm ſuprema ſemper petant, cœlumq; videantur inhabitare, terrenis rebus ſe longiús removentes, rationis ſymbolum aliqvod videntur habere ſupra reliqva qvæcunq; Animantia: *propterea ſola Avis ad loqvendum docilis*, reliqva Animantia muta dicuntur.

Medicam artem edocent.

Hirundines Chelidoniam herbam adinvenêre, cæcitatis pellendæ cauſſa.

Ibis, avis Ægyptia, roſtri aduncitate partem eam, qva excrementa emittuntur, qvaſi Clyſterio conſvevit purgare. Eſt enim avis prudens, novitq; Lunam creſcere ac decreſcere, ac ut Medicorum clyſteriis magiſtra, rationem vivendi augmento Lunæ vel decremento perdidicit & docuit. *Ælian. lib. 2. c. 35.*

Anni tempora diſcriminant & diſtingvunt. Ciconia adventus ſui teſtimonio Veris initium denotat; receſſus veró Autumnum & Hyemem.

Hirundinum adventus Æqvinoctium vernale, receſſus autumnale ſignificat.

Coturnix ejiciens triſtitiam hyemis, lætitiam veris introducit; recedens frigus inſtare denunciat.

Luſcinia cum Solſtitio æſtivo colorem & vocem mutat.

Imbres aliarumq; Tempeſtatum injurias prænunciant. Mergi Anatesq; pennas roſtro purgantes ventum portendunt.

Corvi & graculi cúm gregatim apparent, & ſimilem Accipitribus vocem edunt, pluviam indicant.

Galli

Galli norunt ſydera,& ternas diſtingvunt horas interdiu cantu; nec non pluvias imminentes,ſi præter ſolitum canant, præſentiunt.

Monedulæ volantes modó in ſublime, modó deorſum verſus, frigus & pluviam monſtrant.

Aëris peſtes & vitia famémqve præſentiunt. Anno 1087. accidit,ubi Anates cum Anſeribus, Gallinis, Pavonibus & aliis Avibus, Hominis uſibus ſubjectis, domeſticæ conſvetudinis oblitæ, & ſubitó efferatæ ſylvas petierunt. Seqvuta ſunt: infelix promiſcuæ multitudinis in Syria navigatio, demum fames & peſtis. In Annalibus Vindelicis, Bombycilla, Corviroſtra,Salus ſi turmatim ad Montes noſtros advolarint, brevi famem aut peſtilentiam fore vulgus obſervavit.

Scripturæ inſerviunt Anſeres, Olores, Pavones, Ciconiæ, Corvi. Harum enim Avium calami ſeu fiſtulæ præ cæteris eliguntur.

De Avibus in Specie.

Accipiter.

Ἱέραξ ἀπὸ τοῦ ἱέσθαι ῥᾶον, á celeritate motus.
Ἱερὸς Ὄρνις.
γεράκι.

Ein Hapch/
Habich/ vom haben/ behalten.

Accipiter, ab accipiendis & rapiendis Avibus nomen tulit,qvaſi minor Aqvila. Eſt enim nomen commune, & multa Avium prædæ in hiantium genera,ut Buteonem, Falcones, Niſum, Smerillum, Muſcetum, &c.complectitur.

Ariſtoteles libro 9. hiſtor Anim. cap. 36. decem genera recenſet.

Accipiter ſtellaris.

Ἱέραξ ἀστερίας *Ariſt. Bellon.*
ὑποτριόρχης. *Eber. & Peuc.*
Accipiter ſimpliciter
Aſtur.

Ein Habicht/
groſſer Habicht.

Avis elegans valdé,Corpore magno,roſtro adunco, Oculis pellucidis, aſpectu hilari, pedibus craſſis, ungvibus aduncis, colore varia, albis & nigris maculis diſtincta, nul-

lam

lam avem formidans, ipſamet prædatoria.

Fel Jecori ſimul ac Inteſtino jungitur. Lien valdé exiguus, ut ſenſum feré effugiat. Ventriculus ferventior.

Ex raptu vivit, & carnibus ut Aqvila veſcitur, nec non Muribus urgente fame: qvod hoc anno, dum hæc ſcriberem in Horotino deprehendi. Crura Avium cum ungvibus integra devorat: at ventriculos excoriare ſolet.

Nidulatur ac degit Montium noſtrorum denſiſſimis ſylvis, aliisqve aditu difficilimis ac ſolitariis locis.

Parit qvatuor aut qvinq; Ova, nidum extruendo in cacuminibus Abietum aut Picearum. Incubat vicenis diebus.

Eximuntur pulli é nidis, & veteres reticulis ſupra nidos capiuntur: hyeme etiam decipulis, gallinâ & columbâ alligatâ.

Accipiter venatur Perdices, gallinas, coturnices, Anates, Anſeres, Columbas, Corniculas, Monedulas, Lepuſculos.

Caro ejus cibo interdicitur, utpote dura & concoctu difficilis.

Aſſa in cibo ſumta, animum corroborat, Melancholiæ & perturbationi Mentis reſiſtit, & Morbum ſacrum curat. *Rabi Moyſes.*

Fel valdé acre eſt. Glaucomata & ſuffuſiones corrigere creditur.

Adeps Oculorum caligines diſcutit, & juncturis utilis.

Accipitres varié ab Accipitrariis diſtingvũtur, qvód alius ſit

Nidarius, Nidularius ein Neſtling/ ein Neſthabicht/ qvi de nido extractus & educatus fuit, Præ cæteris laudatur & Dominum raró deſerit.

Ramarius, Ramalis Ein Aeſtling/ qvi nuper de nido egreſſus parvo tempore matrem ſuam volando de ramo in ramum ſeqvitur. Et hic optimus eſſe ſolet, Nidulario celeritate prævalet.

Sorus á colore infumato Ein Wildfang / Qvi aliqvandiu liberé volavit, & poſtqvam nidum reliqvit, captus fuit, Hic duplex eſt, vel

Hornotinus Ein Königs Habicher iſt rot mälicht / primo anno captus anteqvam pennas mutaret. Color ei varius. Dorſum & Alæ ſu-

 periores

periores paucas habent maculas albas. Coloris ſunt fuſci, nonnihil ex obſcuro rubentes. Pectus & venter maculis albis & nigris varia. Caput fuſci eſt coloris at dilutioris. Præſtantiſſimus putatur ad diſciplinam.

Mutatus, qvi jam pennas in feritate mutavit. Ein Mäuſer / iſt weis mählicht. Maculis albis & nigris diſtingvitur, qvæ albiores & nigriores fiunt, cùm ſæpius mutatus fuerit, anniculus, bimus, trimus aut profectior. Item alius.

Accipiter eſt major nobilior.

Accipiter femina.
Adelicher Habicht/
voll Habicht/ *Accipitrariis.*

Oculi Iris, & ſuprema, ubi Capiti contigua eſt, roſtri pars, item Crura tibiæve & pedes colore croceo tinguntur. Dorſum fuſcum vel ſubnigrum. Cauda tæniis ſeu maculis latis & obliqvis, partim nigris partim canis, admodum freqventibus diſtincta. Pennæ Colli ſuperioris, nec non Capitis magis ex obſcuro ruſeſcunt, & punctulis nigris plurimis itidem interſtingvuntur.

Plumæ veró femorum ac ventris diverſa ratione maculantur.

Accipiter minor femina.

Semiaſtur, Accip. medius nobilis mutatus.

Mittel-Habich/
Halb-Habich/

Longitudo ei dodrantum trium & ſemis. Latitudo ſeptem. Tectum ſeu Dorſum totum cum alis fuſcum, ad Indicum inclinans. Vertex cum collo nigricat cum obſcura rubedine. Alæ maculis latiuſculis obliqvis nigris diſtingvuntur. Cauda Zonis partim fuſcis partim canis transverſim ductis interſecatur. Infima pars tota albet lineis nigricantibus reſperſa. Roſtrum aduncum obſcuré cæruleum. Pedes crocei, ungvibus aduncis, maximo poſteriore, qvi tetradactylos feré circulum abſolvit. Iris crocea, pupillâ nigrâ.

Accipiter

Accipiter minimus.
Klein Habicht.

Priori colore ſimilis; at multó minor, Sparverii magnitudine, minusqve audax, & robuſtus.

Accipiter Tercellinus.

Accipiter mas
Habich/ Tercellin/

Minor eſt femina, & ad venationem inutilis.

Accipiter inſtructus & edoctus ad venationem.
Ein abgerichter Habicht.

Accipiter nobilis major nivei coloris.

Ιεράξ λευκός.
Ein Schneeweiſſer Habicht.

Anno 1600. Auceps nobilis viri Georgii Eeken in pago Polwitz Ducatus Lignicenſis, Accipitrem maximum cepit coloris prorſus candidi, præter pauculas obſcuriores Alarum Caudæ maculas, & clypeum Dorſi ſubrubentem. Hunc per triennium uná cum aliis Avibus rarioribus domi ſuæ enutrivit, qvi jam, dum hæc ſcriberem, paulatim obſcurari incepit.

Avis elegantiſſima & jucunda aſpectu, nec unqvam in his terris viſa. Magno æſtimatur precio.

Accipiter Buteo.

Ιεράξ τριόρχης *Ariſt.*
Accipiter Butorius
Accipiter triteſtiger
Accipiter Buteo *Geſn.* & *Ulyß. Ald.*
Milvus paluſtris *Ul. Ald.*
Aqvila percneopteros *Ariſt. Bell.*
Lanarius niger *Recent.*
Ein BusAhr/ Bushard/ RohrAhr/ MeußAhr/ Fiſchknecht/ FiſchAhr/ *Sil.*

Magnitudo ei Milvi majoris, longus cubitum unum fere, latus alis extenſis cubitos ij. & digitos iij. Roſtro brevi, adunco, ſubcæruleo, nigricante. In fronte color ex viridi & flavo mixtus, pennulis ceu pilis utrinq; inter oculos & roſtrum rigentibus.

Digitized by Google

Crura flava Milvi altiora imbecillia, ad medium usq́, plumoſa, ungvibus uncis nigris, Tergum obſcurum ſeu ſubnigrum, pennæ extremæ nonnihil rufi coloris præferunt: interior pennarum pars, qvæ mutuo obtectu latet, albeſcit, multis denſis, criſpis, molliſſimisq́; plumulis obſepta. In ventre & pectore albicat, nigris paſſim maculis diſtinctus. Capitis pennæ fuſcæ per medium albicantes. Alarum remiges pennæ cæteris nigriores. Cauda minimé bifurcata, lata, obſcuré rubra, maculis nigris trasverſim aſperſa.

Teſtes ad ſpinam Dorſi hærent bini, tertium in noſtrate videre nondum licuit.

Carnivorus eſt, Mures majores & minores, Ranas, Scarabæos, Locuſtas, Erucas, Aviculas, Ruri & in agris perqvirit & devorat.

Piſces etiam appetit: ob id circa aqvas plurimum degit. Semper cernitur.

In volatu freqventer alas concutit, Accipitrum omniũ pené ignaviſſimus. Tardus enim, & pigri volatus. Hinc proverbium Germanis natum Buteonis inſtar ſedes. Du ſitzeſt wie ein Buſſhard.

Admodúm pingveſcit. Caro ejus á cibis abdicatur, licet dulciſſima & boni ſaporis.

Teſticuli ejus recentes ſumti, frigida Membra egregié excalefaciunt, & ad Venerem apta reddunt.

Accipiter Palumbarius.

qvód Columbas *potiſſimúm* perſeqvatur & capiat.

Ιεραξ φασσοφόνος
φαϐότυπος Ariſt.
φασσοκτόνος
φαϐοκτόνος.

Accipiter ferox.
Falco Columbarius.
Falco tertiolus, id eſt mas in genere Falconis. Nonn.
Aqvila truncalis.
Ein TaubenFalck / *Eber. & Peuc.*
Stock Ahr / *Sil.*

Longitudo à roſtro usq́; ad extremos digitos dodrantum iij. & digit ij. Color Dorſi, Colli, verticis fuligineus

ut &

ut & Caudæ ac Alarum, qvarum majores pennæ maculis nigris transverſim inſigniuntur. Pectus, Venter maculis ex fuſco rubentibus, flavis & candicantibus, verſus uropygium dilutioribus diſtingvuntur: Crura flaventia obtegunt plumulæ villoſæ ſubobſcuré rufæ, ex femoribus dependentes. Ungves inſigniter hamati nigerrimi. Roſtrum coloris cornei, breve, digitos duos longum, uncum.

Audax eſt & celerrimé volat. Palumbos, Columbas, Perdices & grandiuſculas aves inſeqvitur. Hunc, cujus deſcriptionem dedi, Pueri ruſtici in montanis fuſte interfecerant, cúm jam gallinam rapuiſſet.

Accipiter fringillarius mas.

Accipiter minor mas *Geſn.*

Accipiter fringillarius femina *vl. Aldrov.*

Niſus á conatu, niſu, qvód aves ſe multó majores rapere nitatur.

Niſus femina *Geſn.*

Sparverius, Sperverius *Albert.*

Accipiter Sparverius.

Accipiter Palumbarius *Turner.*

πέρκος *Ariſtot. Eber. & Peuc.*

Ein Sperber/ Sperwer vulgó.

Longitudo ei ſpithami cum ſeſqvipalmo & digit. j. ab extremo roſtro ad ultimam caudam. Roſtrum obtinet breve, ſubcœruleum, craſſum, modicé uncum. Iris Oculi intenſé flava. Vertex, Collum, Dorſum, Alæ colore caſtaneo, nigricante obſcuréve fuſco. In ſyncipite tantúm & circa alarum medium, qvâ dorſo ipſæ incumbunt, alba macula conſpicitur. Pars prona totius Corporis, nempe Gula, Pectus, Venter, latera alis tecta, femora & uropygium ſunt candida, & tranſverſis lineis luteis interſecantur. Tibiæ & pedes lutei, ungves nigri incurvi. Cauda ſupina tota fuſca, lineis latiuſculis qvatuor transverſim ductis per intervalla ornatur.

Citó manſveſcit, & delicaté nutriri

te nutriri poſtulat, leviter aucupatur,& velox ad volatum. Perdices, Coturnices, Alaudas, Fringillas venatur.

Si Mulieris partus differatur,& parturigines abſint; item ad ſecundas pellendas, ſimus Sperverii tritus prodeſt.

Accipiter fringillarius femina.

Σπιζίας Ariſt.
σπιζίτης

Accipiter fringillarius mas.
Muſcetus Ulyß. Aldrov.

Muſcetus mas Geſn.
Niſus femella Mihi.
Frogellus.
Ein Spring.
Springel/
Springling/ á maculis, qvibus toto Corpore reſperſus eſt.

Minor aliqvanto eſt Niſo, longitudinis ſpithamalis, & digitorum iiij. Roſtro unco exiguo acutiſſimo. Oculi Iris lutea, reliqvum intensè flavet. Dorſum cum collo & Capitis vertice obſcuré cæruleum ſeu diluté fuſcum, Caput,Collum pronum, Pectus, venter, Alæ interiores, Crura albicant, & variis maculis ſeu lineis transverſis diſtingvuntur. Cauda reliqvi Corporis longitudinem feré æqvat,& nigris & diluté fuſcis maculis transverſalibus alternatim diſpoſitis ornatur. Pedes tibiæq; longiuſculæ crocei coloris. Ungves nigri incurvi.

Paſſerculos, Fringillas & Galeritas plerunq; capit.

In altiſſimis arboribus Subditorum nidulatur. Qvaterna ut plurimum parit Ova, Julio & Auguſto, in cujus fine pulli capiuntur.

Hyeme nuſqvam cernitur.

Vulgó creditum fuit, Niſum eſſe feminam, Muſcetum veró Marem : ſed anno 1601. contrarium edoctus fui. Dum enim in thermis Hirſchbergenſibus Aprili menſe Muſcetus Paſſerculos inſeqveretur, bombardæ globulo occiſus fuit; in cujus ventre diſſecto Ova continebantur, cum admiratione Nobilium qvorundam.

Alauda

Alauda.

κόρυδος Gall.

κορυδαλὸς Dioſc.

κορύδων παρὰ τῆς κόρυθος á galea.

Caſſita á caſſide
Galerita á galero.

Alauda á laude, qvód nimirum Deum laudare videatur cantu ſuo. Hanc enim ſepties qvotidié in altum evolare, ſuoq́; Creatori hymnum canere veteres obſervarunt: vel qvód ipſa digna ſit laude, mira alacritate pennis in aërem exertis, muſicam & canoram ſe declarans.

Eine Lerche.

Avis eſt puſilla, cinerea, canora, nulli non cognita.

Hujus aliqvot differentiæ in Sileſia noſtra obſervantur.

1. Alauda vertice plano.

κορυδαλὸς ᾠδικός,
& γελαῖος
ἄυπτερος.

Alauda ſine criſta Eb. & Peuc.

Alauda non criſtata Ul. Aldror.
Alauda Cælipeta
Alauda terrena.

Ein ſang Lerche/
qvód cantu criſtatæ præferatur.

Feld Lerche/
Groſſe Lerche/
Himmel Lerche/
qvód in ſublime extra Oculi captum ſeſe abdat, longioremqve moram in eo trahendo cantillet.

Avis Paſſere pauló major, palmos ij ſ. longa. cinerea, maculis fuſcis undiq́; reſperſa, præter ventrem qvi albidus eſt, ad flavedinem tantillum inclinans. Roſtrum gracile rectum. Pedes obſcuré flavent ungviculis cornei coloris, qvorum poſterior longiſſimus exiſtit. Cauda fuſca ex pennis duodecim condita, qvarum binæ exteriores mediotenus candidæ ſunt.

In campis & agris degit. Granis, ſeminibus cerealibus & vermiculis veſcitur; nunqvam in arboribus conſiſtit.

Nidificat

Nidificat in terra inter ſegetes, ubi artificio magno ex radiculis herbarum aridis ſtipulisq́; nidum conſtruit.

Alciat emblem. 26.

Occulit inflexo nidum ſibi
 gramine Alauda,
Vulgó ajunt; pullos ſic fo-
 vet illa ſuos.

Parit ſemel in anno;qvamvis alii ter parere aſſerant; forſan in calidioribus regionibus. Ova utplurimum qvinq; excludit, Pullos feré implumes adhuc in agros ad paſtum educit.

Mas ſvaviter cantillat,primaq́; Avis qvæ cantu vernum tempus prænunciet. Hyeme á nobis ad loca tepidiora recedit aliqvandiu.

Caveis incluſa nutritur Milio & Papaveris ſemine. Valdé Muſicus eſt, & cantu ſuo antelucano diem annunciat.

Gregalis eſt, autumno maximé, ubi admodúm pingveſcit,& demeſſa ſegete retibus nocturnis, cæteris temporibus etiam Falconella capitur.

Caro ejus cibo peridonea, ſvaviſſima ac laudabilis ſucci. Calidi & ſiccioris temperamenti; ventrem ſtringit.

Aſſa vel elixa, & aromatibus condita menſis affertur.

2. *Alauda criſtata.*

Κορύδαλος ἐπίγειον ἢ λόφον
 ἔχων.

Alauda capellata.
Caſſita **Lat.**
Alauda criſtata major,**Geſn.**
Alauda viarum,

Heubel Lerche/
Kobel Lerch/
Wege Lerche/ Kott Lerche/
Lürle/ **Nonn.**

Magnitudine & colore canoræ feré ſimilis. Dorſum cinereum albo maculatur, venter & pars alarum interior albicant. Cauda nigricat, exceptis geminis utrinq; qvæ alarum colori reſpondent. Roſtrum ei longiuſculum acutum, aliqvantulum cavum & recurvum, lingva exigua feré furcata. Ungves longiuſculi, æqvalis magnitudinis. Verticem Capitis exornat criſta, qvâ á Canora diſtingvitur.

Et hæc Muſica eſt, ſed prior præfertur. In terra, non in arboribus diverſatur nidificatqve. Raró evolat, & evecta alis

cta alis ſtatim rurſus procumbit, neq; altis nec longis ſpaciis confectis. In viis ſæpé obvia, hyemis præſertim tempore, nec gregatim volat.

Baptiſta Mantuanus.

Prole nova exultans, galeaq; inſignis Alauda,
Cantat & aſcendit, ductoq; in aëra gyro,
Se levat in nubes, & carmine ſydera mulcet.

Eligantur in cibum pingviores & juvenes. Calidæ & ſiccæ in ſecundo exceſſu videntur.

Aſſa & in jure elixa acutiſſimos Coli cruciatus mulcet: Verúm aſſidué eam edere ſimul cum jure neceſſe eſt.

Alauda cũ ſua pluma in vaſe fictili uſta, in pulvere ſubtiliſs. ex aqvæ calidæ cochlearibus ternis, per biduum aut qvatriduum pota, Colo & omnibus Inteſtinorum doloribus incredibile remedium.

Sangvis recens ex aceto acerrimo, aut vino generoſo calido hauſtus, Calculoſis efficaciſſimé ſubvenit.

Alauda arborea.

Κορυδὼν ἀγέλαῖος. ἀνώνυμος. Alauda: fera,
ſylvatica,
criſtata minor, **Vl. Aldr.**
Calandra, **Nonn.**
Ein Heidelerche/ **Sil.**
Mittellerche/
Baumlerche/
Waldlerche/
Steinlerche.

Minor eſt reliqvis, colore totius Corporis ſubfuſco. Criſtam habet, at cantiunculam nullam peculiarem edit, parte prona albicat, & pedes ſubrubent.

In ſylvoſis degit planis & Erucâ conſitis, ubi & nidificat, Hyeme aliqvando ſecus itinera conſpicitur, Gregalis eſt, & pingvis, ac boni ſaporis, Ob id in cibum recipitur.

Alcedo fluviatilis.

Ἀλκυὼν παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, qvód in mari pariat.

Halcyon fluviatilis,
Halcyon riparia, **Agricolæ.**
Iſpida. Alcedo qvaſi Algedo.
Eyßvogel/ **Sil.** qvód glacioſa hyeme nidificet: vel potius, qvód hyeme juxta glaciem rivulorum degat & conſpiciatur.

Eyſengartt/
Waſſer Hünlin/
Seeſchwalme.

Avis eſt ſpecioſa, Paſſere pauló amplior, longitudine dichadis. Roſtrum ei longum rectum, acuminatum obſcuré rubens, tres feré digitos longitudine æqvans. Pedes humiles miniati, digitis binis anterioribus æqvaliter diviſis, poſterioribus paulatim á ſe invicem diſtantibus, internodiis ſeu articulationibus, qvaſi lineis transverſis, diſtinctis, qviungviculis muniuntur aduncis, acutis, nigricantibus. Colore tum cæruleo, tum viridi, tum etiam purpureo & flavo inſignis. Supina pars viret. Vertex lineis ſeu ſtriis transverſis notatur. Alæ ſuperiores guttulis ex cæruleo albicantibus maculantur. Per dorſum usq; ad caudæ finem excurrit linea latiuſcula in viridi cærulea, qvæ ad Solem converſa Serici inſtar lucet, Sapphirum aut potius Turcheſiam referens. Ad latera Alarum juxta dorſum paſſim refulget Purpura. Pennæ majores ſeu remiges partim cæruleæ, partim nigricant. Pectus totum cum ventre, & alarum interiore parte, ferruginei coloris tunicam medianam Caſtaneæ ementientis. Rictus crocei coloris cum Lingva breviſſima, latiuſcula, palato adnata.

Cor rubet fabæ magnitudine, cujus mucronem Hepar Pallidiusculum bilobon amplexatur. Seqvitur ventriculus amplus, tenuis, gula longa ampla, ad podicem feré deſinens. Cui adjacent Inteſtina albicantia, tenuia, ad dextrum latus in gyrum ſeu ſpiram qvaſi convoluta.

Vivit ex piſcibus & vermiculis: ob id ad fluvios & torrentes paſſim viſitur.

Nidum ad ripas fluminum, roſtro excavata terra figit. Ova parit qvinq; vel ſex, qvæ Majo excludit.

Hyeme non diſcedit, ſed apud nos manet, & circa fluminum ripas glacie concretas degit. *Virgi*.

Littoraqve Alcyonem reſonant, & Acanthida Dumi.

Grati

Grati & jucundi coloris, Iridis colores qvadammodó imitans eſt Alcedo, & viſum miré afficit. Noſtrati odor ineſt nòn Moſchi, ſed potiús ferinus.

Pellem detractam ad pannos repoſitam putredini reſiſtere, & tineas pellere fama eſt.

Integra in domo ſi reponatur, ſeditiones & litem avertere, anilis perſvaſio.

Cor ejus ſiccatum & collo Infantium ſuſpenſum, Comitialem arcere, á *Nobilibus qvibusdam Sileſiæ habeo*, ut experimentum non contemnendum.

Ferunt, Arbores & Gramina areſcere ſi ſuperſederit Alcedo, juxta proverbium: Du verdörreſt Laub vnd Gras/ wie ein Eysvogel.

Anas domeſtica.

νῆττα á νήχεσθαι, qvod eſt natare.

νῆττα, νῆσσα ᾽ϊκουρ☉

πατῖζα Recent.

Anas cicur.

Ein Rätſche/ } *Sil.* á voce
Hatſche/ } rauca.

Endte femina.
Endtrach/mas.
Zam Endte/
Haus Endte.

Avis notiſſima ex genere στεγανοπόδων & amphibiorum, ab aſſiduitate natandi dicta. Mas major eſt femina, & colore magis vario. Ima ſummaq; Corporis parte cæſia eſt. Pennas Alarum aliis aſperſas coloribus, præcipué tamen purpureo nitentes habet. Collo Capitiq; viridis ineſt ad nigredinem tendens. Medium Collum ambit candidus circulus. Roſtrum latius. Pedes rufi & lati ad natandum apti.

Femella varia, ſed cinereis & nigris albisq; maculis diſtincta.

Gula ei tota ampla eſt & lata. Appendices qvoq; paucas habet infrá qvá deſinit Inteſtinum.

Differunt Anates domeſticæ colore. Vel enim totæ candidæ, nigræ, cinereæ; vel compoſiti coloris ex omnibus dictis, inveniuntur.

Paſſim in pagis, villis & urbibus aluntur, ubi aqvæ, paludes ac flumina qvibus gaudent. Nam ſine his difficilé vivere poſſunt.

Victitant avena, vermibus, piſciculis, gramine, herba, radicibus, Lenticula paluſtri, limo, ſordibusq; aqvarum.

Ova pariunt plurima, qvæ plerunq; Gallinis ſupponuntur, é qvibus pulli orti primúm aluntur ab iis, á qvibus excluſi fotiq; ſunt, deinde eas (pulli matres) relinqvunt & effugiunt, ſeqventes qvám primum aqvam qvaſi naturalem domum.

Anas omnibus volucribus domeſticis calidior. Caro ejus humida & calida 2do receſſu, excremétitia, craſſarum partium & difficilis concoctionis. Melancholicum generat ſuccum, & febres facilé procreat: at multi alimenti; auget ſperma, & coëundi libidinem excitat. Inſuper vocem acutiorem & clariorem reddit, flatus tollit, & torminoſis in cibo prodeſt.

Sangvis recens aut ſiccus epotus, medetur omnium animalium venenatorum morſibus; unde commodé antidotis miſcetur. Sanat morſum viperarum.

Adeps caleſacit, humectat, emollit, digerit, reſolvit. Mordicationes interiores Corporis, & dolores maximé (Laterum etiam) ſedat.

Mulcet adeps nervos, & ſangvis viſcera ſiſtit.

Fimus morſui Animalium venenatorum imponitur.

Anas peregrina.

Anas Indica *Geſn.*
Anas Turcica
an Anas procerior Hiſpanæ inſulæ *Columb.*
Frembde Endte/
Türckiſch Endte/
Indianiſcher Endrach.

Colore & magnitudine á Noſtratibus differt. Dimidio feré major & gravior. Caput ei rubeſcit ut ſangvis, & bona pars conjuncti Colli á poſterio-

á poſteriore parte. Id totum calloſa caro eſt, & inciſuris diſtincta. Criſta in vertice per longitudinem plumea candida.

Oculis flaveſcit circulo nigro. Roſtrum totum cæruleum. Pluma illi per totum Colli proceſſum reliqvum alba. Qvâ Corpori Collum jungitur, circulus plumeus niger, rara pluma alba maculoſus & inæqvalis, per ima anguſtior, per ſumma latior. Per totum imum ventrem alba eſt pluma, per ſummum Corpus fuſca. Extremæ Alæ atq; Cauda cum ſplendore vireſcunt, ut Cantharides. Tibiarum Cutis, inciſuris levibus per circuitus, ducta.

Minor eſt femina, non ita variegato Corporis colore.

Vivit ex cænoſis locis. Vox illi rauca. Moſchum redolet.

In aulis Nobilium aliqvando aluntur.

Nonnunqvam in ſylveſtribus viſa eſt, ut mihi retulit Nobilis qvidam vir rei aucupariæ ſtudioſus.

Anas fera.

Νῆσσα ἀγρία, ἀνήμερος
Anas ſylveſtris
Ein Wild Endte/
Wild Hatſche.

Plurimis Anatum ferarum generibus Sileſia noſtra abundat, ob piſcinarum, lacuum & fluviorum freqventiam.

Anas fera I. ſeu torqvata minor.

Anas ſylveſtris vera *Albert.*

Anas ſylv. major *Eber. & Peuc.*

Ein Wilde blaw Endte/
Mertz Endte/
Gros Endte/
Rätſch Endte/
Blas Endte/
Spiegel Endte/

Magnitudine, forma & voce inter cæteras proximé ad Cicures accedit: Longitudo ei duarum dodrantum & ſeſqvipalmi. Caput viride, Roſtrum ſubflavum, Collum ſuperius viride, infera parte Caſtanei coloris, in medio

dio circulus albus. In alis mediis transverſo ſitu color cæruleus eſt, paucis infrá ſupraq; pennis candidis.

Pars Dorſi, caudàm verſus & in Caudæ principio, ex cæruleo feré ad viridem ac nigrum inclinat. Inferior autem Caudæ pars pennis atri vel Indici coloris conſpicua eſt, ambientibus per medium fuſcis, qvarum aliqvæ in acutum extenuantur. Venter ex albo cinereus & varié maculoſus. Crura rubent.

Femella varia, ſed cinerea, & nigris albisq; maculis diſtincta.

Nidum extruit juxta paludes, piſcinas & flumina. Ova parit. 10. 12. 15. 16. qvæ aliqvando á gallinis incubantibus excluduntur, & tunc facilé manſveſcunt.

Hyberno tempore migrant ad loca tepidiora, flumina & lacus, qvi frigore non congelantur.

Laqveis & retibus capiuntur: at prius Hordeo aut avena ineſcantur.

Eſtur aſſa vel elixa fruſtatim inciſa, cum liqvamine nigro vel flavo ex aceto, additis Melle, Pipere, Zyng. Caryophyllis, Cepis &c.

Duriorem habet carnem, nec mali ſaporis.

Anatem vivam ventre deplumato, in Colica malum ad ſe trahere, Abdomini appoſitam, experientia conſtat.

Anas fera 2. ſeu torqvata major.

Ein StorEndte/
SterzEndte/
groſſe WildEndte/

Priori pauló major exiſtit. Longitudo dodrantum iij. & digitorum iij. latitudo feré qvinq;. Roſtrum flaveſcit, apice extremo nigro. Pedes intenſé crocei ſeu miniati. Caput cum medio Collo viret, qvod circulus ambit candidus, reliqva parte infera Caſtanei coloris. Dorſum fuligineum. Latera utrinq; cum ventre muſtelini coloris. Alæ ſuperiores cum pennis majoribus fuſcæ ſeu cinereæ ſunt; mediæ cæruleæ, utrinq; linea nigra & alba tranſverſim ducta inſigniuntur. Interiores candidæ ſunt. Circa uropygium

Digitized by Google

uropygium utrinq; ex nigro viridantes, ad cæruleum tendunt. Cauda brevis alba, ex ſedecim pennis, verſus nervum utrinq; nigricantibus, qvarum mediæ qvaternæ ſuperiores nigræ recurvæ dorsũ verſus aſſurgunt in maſcula.

Roſtro fundum fodit, dum arenam & herbas ad cibum perſcrutatur, unde ei nomen Stor Endte.

Avena, Hordeo & glandibus etiam in cibo fruitur.

Paſſim occurrit in Piſcinis & lacuſtribus montoſis.

Anas fera 3. ſeu major.

Anas magna. Fabric.
Anas fera maxima,
Ein Roß Endte/
Merß Endte/
Groſſe Wilde Endte.

Roſtrum ejus in medio nigrum, á lateribus luteſcens; tergum in nigro flavicante maculoſum. Venter reliqvo Corpore dilutior. Alæ cinereæ, in qvibus pennæ qvædam lineis duabus transverſis albæ, qvædam inſigni fulgore ſic radiantes, ut aliter in opaco, aliter in Sole gemmare videantur. Caput collumq; gemmantis viriditatis: Medium Collum circulus ambit albus, pars altera ſpadicei coloris eſt. Cauda in nigro viridans, qvæ in femella tergo æqvalis eſt. Pedes crocei.

Iisdem ut ſuperiores degit locis.

Anas fera 4. ſeu juncea.

Anas graminea Fabric.
Ein Schmäl Endte/
Schmil Endte/
Schmelichen.

A certo Graminis juncive genere anguſtis perpetuó foliis virente, & aqvis ſtagnantibus innatante, in qvo freqventer verſatur, nomen accepit.

Cinerei eſt coloris, Roſtro & pedibus nigris. Reliqva cum Anate majore jam deſcripta illi ſunt ſimilia.

Anas fera 5. ſeu media.

Βοσκάς

Βοσκάς, *Ariſt. Geſner.*
Anas mediocris.
Ein Mittel Endte.

Longitudo dodrantum ij. & ſesqvipalmi: latitudo veró dodrantum iiij.

Roſtrum obſcuré flavens, ſuperius nigricat, ut & pedes, qvorum digiti membrana nigra junguntur. Vertex ejus niger totus, media Alarum pars & circa uropygium ſub cauda. Pectus albis, nigris, cinereis pennis varié maculatur. Venter & Alæ interiores albæ ſunt. Dorſum fuſcum ſeu cinereum. Alarum ſuperiores & majores pennæ cinereæ ſunt, Mediæ partim rubent lateritio, partim nigro, partim albo colore transverſim diſtingvuntur.

Paſſim occurrit in paluſtribus, & in cibum recipitur, ſaporis non ingrati.

Anas fera 6. ſeu criſtata.

Anas media criſtata.
Anas cyrrhata.
Ein Straus Endte/
Kobel Endte.

Pauló major eſt media, feré ejusdem cum majoris femellæ magnitudinis. Colore ornatur vario. Venter totus á Gula ad uropygium usq; candidus eſt. Dorſum cum ſplendore nigricat, cum alarum ſuperiore parte qvæ Dorſo vicina eſt. Remiges pennæ, cum Cauda qvinq; digitos longa, fuſcæ ſunt. Mediæ candore nitent, interius cinereæ totæ. Linea alba longiuſcula Dorſum ab Alis ſeparat. Caput totum, cum vertice criſtato retrorſum reflexo, ſplendenti viriditate gemmat, macula utrinq; ſub Oculis juxta rictum lata candida. Roſtrum digitos iij. longum, latiuſculum, ſerratum, nigrum. Oculorum circuli crocei. Pedes flavent, digitis tunica fuſca conjunctis, qvi ungviculis donantur nigris.

Rarior hæc apud nos. Anno 1601. ad me miſſa eſt á nobili viro D. Daniele Gotschio, qvam in piſcinis prope arcem Boberſtein bombardæ globulo interfecerat.

Pingvis & in cibo grata.

Anas fera 7. ſeu macula in fronte candida inſignis.

Eine Blas Endte/
Plas Endte.

Magnitudo

Magnitudo ei mediocris Anatis, Roſtro obſcuré cæruleo, Capite rubro, præter maculam in fronte niveam. Pectus Caſtanei coloris. Dorſum fuſcum. Venter albet pedibus ſubrubentibus.

Rariús viſitur.

Anas fera 8. ſeu Erythrocephalos 1.

Anas fera fuſca vel media, id eſt, mediæ magnitudinis, *Geſn.*

Ein Braun Endte/ sil.
Braun Köpffichte Endte/
Rote Endte/
Mittel Endte/
Wilde graw Endte.

Magnitudine & figura feré ad urbanam accedit. Roſtrum ei latum, tres digitos longum, inferius omninó nigrum: ſuperior veró Roſtri pars anté & retró tantúm nigricat, per medium ex fuſco, vel ſubcæruleo albicans. Caput totum & maxima Colli pars colore rufo vel Caſtaneo ſplendent nitentqve: inferior veró Colli pars juxta Dorſum & Pectus undiq; nigricat, ut Dorſi etiam finis & Cauda. Reliqva Dorſi pars cum alis Muſtelinum colorem refert, ut Mures Pontici, ſeu varii dicti. Inſunt autem vario colore diſtinctæ, ex albis nigrisq; lineis cymatili ductu perqvám elegantes. Idem in ventre color, ſed obſcurior. Interior Alarum pars albis pennis conſtat. Crurum color glaucus, digiti qvoq; Pedum glauci vel ſubalbi; ſed nigris membranis juncti. Oculorum circulus rubet, pupilla nigra.

Feminæ Caput non rubet, ſed maculas aliqvas ſubflavas habet.

Ante biennium plures accepi ex pago Gierſchdorff, propé thermas Hirsbergenſes ſito.

Anas fera 9. ſeu Erythrocephalos 2.

An Penelops, **Ariſt.**
Ein Brandt Endte/
Rott-Hals/
Rott Kopff.

A priori non multum differt. Longitudo ei ſpithamorum ij. Caput, Collum & pectus rubent Hepatis colore. Roſtrum fuſcum latum. Linea fuſca á Collo ad Dorſum porrigitur. Dorſum, Cauda & Alæ nigricant, qvæ per transverſum linea alba duo-

Digitized by Google

rum digitorum latitudine interſecantur, Venter ad uropygium albicat maculis ſubflavis reſperſus. Alæ interiores albæ, latera ad Crura usq; ex fuſco luteſcunt.

Anas fera 10. *ſeu ſtrepera.*

Anas ſtrepitum edens,
Ein Leiner/ *Geſn.*
Schnarr Endte/
Schnatter Endte/
Schnerr Endtlin/ *Sil.*

A vocis ſtrepitu graviore, quem obvariam folliculi oſſei in pectore hærentis conformationem, cui arteria aſpera & pulmones junguntur, edit.

Roſtrum ei nigrum, Collum leucophæum maculoſum. Dorſum in cinereo flavet, ſub alis qvaſi Perdicum pennæ. Alæ rubras, nigras, albas pennas permixtas habent. Venter ſuperné candidus. Cauda nigra, & in extremo cinerea. Pedes lutei. Digitos conjungunt membranæ nigræ.

Anas fera 11. *ſeu canora.*

Anas fiſtularis, *Fabric.*
Ein Pfeiff Endtlin/ *Sil.*

A ſono acutiore, qvem fiſtulæ modo emittit. Aeris meatus in Roſtro habet latiores. Magnitudo ei feré Anatis mediocris. Roſtrum colore Iſatidis, circa ungvem ductꝰ nigros qvaſi fila habet. Collum rubro nigroq; varium. Tergum partim plumeum, partim rubris nigrisqve pennis diſtingvitur, cum qvo Alarum ſuperior pars convenit, media maximaq; alba eſt, ima cinerea.

In femella veró nec Roſtrum nec Tergum, nec Alæ eodem ſunt ornatu, ſolus venter in utrisq; candidus.

Gregatim volat.

Anas fera 12. *ſeu Caudacuta.*

Anas caudacuta, *Fabric.*
Ein Spies Endte/ *Sil.*
Spieſſchwantz.

Sic denominatur á cauda acuta. Utrinq; enim pennæ longiuſculæ, ſicuti in Hirundine domeſtica porriguntur. Capite Anati mediæ,

Dorſo

Digitized by Google

Dorſo ſtreperæ ſimilis. Roſtrum ſuperius nigrum, ad latera diluté cæruleum: in femella cinereum maculis nigris reſperſum. Remiges pennæ extremæ transverſim ſunt candidæ: in medio obſcuré virides & cæruleæ ſplendent, in imo qvædam luteſcunt. Pedes cum membranulis fuſco colore viſuntur.

Circa Beutenam in paluſtribus capta fuit.

Anas fera 13. *ſeu minor* 1.

φασκὰς Eber. & Peuc.
κερκὶς
Boſcas minor,
Anas ſylveſtris minor.
Qverqvedula ſylveſt. Geſn. qvoniam qverqvero, id eſt frigido & hyemali tempore maximé apparent. Per hyemem enim in lacubus & fluviis, qvi glacie non adſtringuntur, degunt & commorantur.

Ein Kriſck Endtlin/ Kriſck Endtle/ Kriech Endlin/ Krieg Endlin/ grau Endtlin. } Sil.

Minor eſt mediocri Anati ſesqvidodrantalis longitudinis, Roſtro nigro, latiuſculo, inferiús flavo. Caput rubrum ſeu Caſtaneæ potius colore, cum viridante ex cæruleo utrinqve longiuſcula macula. Gula alba atris notatur punctis. Venter item albus lineis transverſis cinereis variegatur. Alæ in cæſio viridantes nigris, candidis rubentibusq; transverſim admixtis pennis. Dorſum fuſcum. Latera ſub alis ad caudam alba, lineis variis mira arte picta. Cauda varia ex cæruleo, viridante, fuſco & cinereo coloribus permixta. Digitos Pedum fuſcos membranæ connectunt nigræ.

In femella minús inſigne Caput, minús gula, Venter Anati magnæ feminæ ſimilis.

Veſcitur Limacibus paluſtribus, vermiculis, herbis aqvaticis earumq; ſeminibus, dum roſtro fundum & herbas enaſcentes perſcrutatur.

Digitized by Google

Paſſim nota, & æſtate in paluſtribus obvia, ubi & nidum parat, ac pullos excludit.

In cibum recipitur aſſa, nec improbi ſaporis.

Anas fera 14. *ſeu minor* 2.

Anas Circia *Fabric.*
Querqvedula fuſca *Geſn.*
Ein Graw Endtlin/
Birckilgen.

Magna ei cum priore ſimilitudo. Alæ pennis gemmantibus carent, & venter magis maculoſus.

Anas fera 15. *ſeu minor* 3.

Querqvedula varia *Geſn.*
Anas ſylveſtris minor,
Ein ſcheckicht Endtlin/
ſprenglicht Endte/
Kernel / *Argentoratenſibus.*

Longa eſt dodrantes ij. Coloris varii. Roſtrum latiuſculum Indici ſeu cornei coloris. Circa Caput rufa, ſed punctis albis aſpergitur. Vertex niger, Gula alba (nigram ego deprehendi) ut pars etiam ventris ſuperior. Duæ lineæ albæ longiuſculæ ab Oculis retró ex latis in anguſtas tendunt. Dorſum fuſcum ut & Cauda. Colli latera ad rufum colorem albis inſigniuntur punctis. Alæ dilutè cœruleæ ſuperiores, transverſis duabus lineis albis diſtinctæ, ſuperiore latiuſcula, anguſta inferiore, qvarum intervallum nigricat, ut & ima Alarum pars. Pectus ſubrufum, nigris maculis magnitudine *figuraq;* diverſis, tanqvam cymatili ductu (qvibus & venter albicans variat) diſtingvitur

Crura fuſca vel cinerea ferè, Digiti tunicis nigris conjuncti.

Gregatim volat.

Mirificè pingveſcit, & Cibo utilis.

Anas fera 16. *ſeu minor* 4.

Νηττα λώπηξ
Anas parva muſtelaris, Vulpanas.
Ein Fuchs Endte/*sil.*
braunköpffichte Endte.

Magnam

Magnam cum Qverqvedula obtinet similitudinem. Capitis rubore Muſtelam ſeu vulpem refert,

Anas fera 17. *ſeu minor* 5.

Anas Muſcaria *Geſn.* qvód Muſcas ſuper aqvas volitantes capiat.
Anas limoſa.
Ein Mück Endtle/
Fliegen Endtle/
Mos Endtle/
Mur Endtle.

Color per totum Corpus varius eſt, ex nigricante, charopo, albo & muſtelino alicubi mixtis. Pedes flavent membranulis nigris, qvibus digiti cohærent. Roſtrum latiuſculum ſerratum coloris flaveſcentis.

Cœno veſcitur, & Muſcas captat.

Anas latiroſtra.

Anas latiroſtra major, *Geſn.*
Anas platyryncha,
Anas Schellaria,
Clangula *Fabric.*
Ein Löffel Endtle/ *Sil.*
Breitſchnabel/
Breitſchnäblichte Wild Endtle/
Schall Endtle/
Schild Endtle/ id eſt, clypeata.

Magnitudo ei mediocris Anatis. Roſtrum duplo feré latius, ungve corneo anteriore & latiore parte donatum, undiq; aculeis ſetarum inſtar ſerratum; nigrum. Caput ad medium Collum ex rubicundo fuſcum, pennulis ex cœruleo viridantibus. Collum dilutè cinereum maculoſum. Gulæ pars inferior alba. Venter ſpadicei coloris. Oculi luteoli pupillam cingunt cæruleam. Alæ in ſuperiore parte Iſatidis colore, Liecht blaw: in media albæ; poſtrema in nigro viridantes viſuntur. Remiges pennæ ſeu majores, ut & Dorſum & Cauda, (qvæ minor acuta) cinerea. Pedes coloris Minii, lati, ungviculis fuſcis. Femina cinerea eſt.

Inter volandum alis crepitaculorum ſonum repræſentat.

Minus freqvens ut cæteræ Anates.

Anas longiroſtra I.

Anas longiroſtra, *Fabric.*
Mergus muſtelaris
Mergus Anatiformis
Anas criſtata.

Ein Langſchnabel á roſtro
Schlicht Endte á gemitu.
Teucher/ *Nonn.*
Wieſelchen/
Weiſſe TuchEndte.

Magnitudo ei mediocris Anatis, Corpore longiore. Roſtrum obtinet ſerratum, longitudine digitorum iij. ſ. ungve corneo acuminatum, ruboris miniati. Collum & Pectoris initium notis fuſcis & candidis maculatur. Color Dorſi fuſcus, præter Alas, qvarum majores pennæ nigræ, in ſecundo ordine paucæ candidæ. Candore Ventris magnæ Anati femellæ ſimilis. Cauda brevis fuſca. Pedes miniati membranulæ luteæ digitos connectunt. In vertice criſta, qvæ obſcuré rubet.

Rarior apud nos. Aliqvando tamen hyemis initio in paluſtribus montoſis capitur.

Fruitur in cibo piſciculis, perculis, qvos ſæpé integros cum plurimis percarum lapillis in ventriculo aperto reperi.

Pingviſſima evadit. Aſſa in cibum recipitur boni ſaporis.

Anas longiroſtra

II.

Anas longiroſtra melanocephalos cirrhata,
Mergus major criſtatus μελανόλευκος.

Eine groſſe Langſchnäblichte/ geſcheckte StrausEndte.

Major eſt Anate ferâ torqvatâ, longa tres dodrantes & digitos qvatuor: lata, feré dodrantes qvinqve. Roſtrum ei digiti medii longitudine rectum, ſerratum, ungve corneo in extremitate donatum; Cujus Maxilla inferior ſaturé coccineo rubore tingitur, ſuperior veró ſuperficietenus obſcuré rubet. Rictus cum Lingva tenuiori, gracili, aſperiuſcula, flavicat. Dentes ſerrati retrorſum flectuntur.

Crura

Crura retrorſum ut Mergus porrigit, qvæ cum digitis, qvi interjectis membranis obſcuré rubris junguntur, Arantii colorem ementiuntur. Ungviculi obſcuri rectiores.

Vario pingitur colore. Caput enim totum cum cirrho Indicis longitudine, nigrum, præter Mentum & Tempora, qvæ obſcuré albent, punctis nigris infinitis reſperſa, & maculam ſub utroq; oculo albam. Iris Minium colore repræſentat. Collum pronum & latera ejus notis partim albidis, partim ſubrubentibus, partim nigris maculantur, ſuperius fuſceſcit. Dorſum nigrum eſt. Alæ prope Dorſum nigræ ſunt, mox albæ, deinde iterum nigricant, jam rurſus albæ lineis duabus latiuſculis nigris transverſim diſtinctæ, ad remiges usq; apparent, qvæ cum Cauda breviuſcula, remiſſiús nigra cernuntur. Venter argenteo nitet candore. Alarum ſuperior pars cinerea eſt, & maculæ ſupra eas ad latera ex nigro micant candidæ latiuſculæ. Juxta latera ſub alis & circa uropygium ad finem Dorſi lineolis albidis & nigricantibus per intervalla cymatili ſpecie pingitur.

Hepar bipartitum flavet, inter qvod & Inteſtina, qvæ circa finem, appendiculis duabus donantur.

Fel praſſini coloris majus hæret, Ventriculo craſſiori præponitur ſinus amplus longiuſculus. Teſtes pineis nucleis ſimiles, pauló craſſiores.

Piſcivora eſt. Inprimis perculis delectatur, qvas integras deglutire & concoqvere ſolet.

Abundat pingvedine multa eaq; flava.

Caro in cibum venit, at ſaporis minús grati.

Anas longiroſtra
III.

Anas longiroſtra major.
Mergus niger major,
Mergus magnus.
Ein groſſer Teucher/
Nache/*Nonn.*
TauchEndte/
ſchwartzer Teucher.

Major eſt Anate domeſtica & longior, Roſtro qvám prior longiore

longiore ſed craſſiore,& dentato ac fuſco, cui ungvis ſimplex corneus acuminatus. Tota pars ſupina, Caput,dorſum, & alæ nigræ. Ventre candido.

Pedes lati breves, colore Minii.

Hæc in fluviis, ſoluta jam glacie Martio menſe aliqvando viſitur, veluti in Bobero & alibi.

Anas longiroſtra

IIII.

Ein Fiſch Treiber.

Brantam feré æqvat magnitudine, Vertice ſplendet atro, Collum album. Per Dorſum fuſca eſt. Venter miniato inſtar Arantiarum nitet colore. Roſtrum longũ ſerratum cum unco, ut priores,habet,Pedes plani rubent.

Iisdem ut prior locis primo vere occurrit.

Piſcium eſt voraciſſima.

Anas longiroſtra

V.

Anas glacialis major.
Mergus Rhenanus, *Geſn.*
Nonna ſeu monialis alba,
Eys Endte/
Nonn Endte.

Ex genere Anatis longiroſtræ maxima. Colore partim albo, partim fuſco aut cinereo. Roſtrum nigrum cum parte juxta oculos. Collum pronum cum pectore & ventre candidi coloris, ſed qvi paſſim cinereis punctis aut maculis diſtingvatur, qvæ qvidem inferiore Ventris & laterũ parte, cymatili ductu delectant intuentem. Crura circa ventrem prominent, digitis tunica junctis fuſcis. Cauda nigra. Alæ Dorſumq; totum nigrum, & candidis ſpaciis viciſſim diſtingvuntur.

Hyberno tempore in fluviis frigore non concretis degunt.

Anas longiroſtra

VI.

Anas varia, ſeu monialis maxima,
Eine groſſe Geſcheckte Endte.

Anatum omnium qvas videre licuit maxima, ſpithamas ij. ſ. longa. Tota nivei coloris, exceptis Capite, Collo, Dorſo medio, & Alarum remigibus pennis, qvæ nigra erant.

erant. Cauda brevis fuſca. Roſtrum rubrum, digitos iiij. longum, ſerratum, ungve corneo donatum. Pedes rubebant.

Rariſſimé occurrit. In Piſcinis Ducatus Legnicenſis capta fuit.

Anas longiroſtra VII.

Anas monialis, glacialis minor.
Mergulus varius.
Geſcheckktes Endtlin/
Elſter Endtlin/
Nonn Endtlin/
Eyß Endtlin/
Niederſendiſch Endtlin.

Paulo major eſt Qverqvedula, longitudine ſpithamorum duorum cum digitis totidem. Pedes digitiq; fuſci, membrana nigra cohærent. Roſtrum ei dentatum ſubcærulei coloris longiuſculum ſenſim acuminatum, apice obſcuré rubente. Oculi circulus coloris miniati. Corpus univerſum atro & niveo colore diſtinctum, & inſtar Pice várium. Pars juxta Roſtrum & Oculos nigra eſt: in occipitio, maculæ longiuſculæ utrinq; ex nigro vireſcunt, cirris retró exiguiscandidis eminentibus. Dorſum totum nigrum, juxta uropygium, cum Cauda fuſceſcit. Alæ atris & albis aliqvot ſpaciis diſtingvuntur. Remiges ſeu majores pennæ fuſci ſunt coloris. Venter totus cum Capite & collo nivis inſtar candicat. A Dorſi initio excurrit linea atra, utrinq; ad latera ventris, qvæ tamen integrum circulum non abſolvunt. Latera ſub alis cymatili ductu pinguntur.

Ventriculum habet craſſiorem, cui ſinus oblongus amplior præponitur. Fel adhæret Inteſtinis, qvibus non procul ab exitu appendicula adnata viſitur. Teſticuli bini ſunt candidi longiusculi, pineæ nucis excorticatæ figura.

Martio jam glacie diffluente, Boberum, & alios fluvios advolat, & inſtar Mergi piſciculos inſeqvitur. Limo etiam cum lapillis in Cibo fruitur.

Pingviſſima eſt, & Cibo utilis.

Anſer domeſticus.

Χὴν, á verbo χαίνειν & χανδὸν ἐσθίειν, ab oris hiatu & voracitate.

χῆνα
Ganza *Veteribus.*

Eine Gans/
Zame Gans.

χηνίδιος Pullus Anſeris,
Ein Junge Gans/ Gänſelin.

Mas privatim,
Ein Ganſer/ Ganſerich.

Avis domeſtica Ruſticis & Villicis nota, Anate major, Roſtro & Pedibus rubentibus, Coloris albi, cinerei, nigricantis, varii.

Gula ei tota ampla & lata eſt. Appendices qvasdam paucas habet, infrá qvâ deſinit Inteſtinum.

Non ſolúm terra contentus eſt, ſed etiam aqvam reqvirit, natura vorax, & ventriculo calidiſſimo. Herbis riguis, frigidis & humidis cibariis delectatur.

Saginatur radicibus, Rapo, Carotta, Avena. Non magnam curam poſcit, ob id Ruſticis gratus.

Coëunt Anſeres in aqva. A coitu ſeſe aqvis ingurgitant. Tempus aptiſſimum eſt bruma ad pariendum & incubandum, á Calend. Martii usq; ad Solſtitium æſtivum. Pariunt Ova 8. 12. 15. ſupponuntur novem, Gallinis iiij. aut qvinq;. Incubant triginta diebus.

Utiles exiſtunt multis nominibus, pluma nimirum, carne, adipe & ſtercore.

Caro excrementitia eſt, & concoctu difficilis, nec adeó probi ſucci. Calidæ & humidæ naturæ, minús calidæ qvám Anatum, facilè febres procreans.

Variis modis á noſtratibus Coqvis apparantur; vel enim in veru aſſantur: vel in olla additis Cepis friguntur: vel ſuperfuſo liqvamine acido nigro ex aceto pipere, cepis, Zingib, caryophyll. elixantur.

Præſtant Juniores, & qvidem hyeme, avenâ nutriti. Veteres Hæmorrhoidibus affectis nocent.

Agricolæ deplumatos & purgatos, per medium diſſectos ſaliunt, & fumo exiccant, unde

unde pulchré rubeſcunt: at validum reqvirunt Ventriculum.

χήνειον ἧπαρ, Anſerinum Hepar ſartilibus in immenſum augeri poteſt, omnium Avium delicatiſſimum, humidum & grati ſaporis, facilis concoctionis, & optimi ſucci.

Sangvis Cibo utilis, Antidotis miſcetur.

Teſtes in cibo ad ſobolem procreandam juvare feruntur.

Lingva ſingulari proprietate Stranguriæ prodeſt.

Pedum tunica exterior ſiccata in pulvere, loca frigore uſta & exulcerata ſanat, Agricolarum uſu.

Adeps ſeu axungia Gänſeſchmaltz / calidior eſt Suilla; humectat, emollit, digerit.

Plebecula eo, butyri loco, Cibos condire ſolet. Puerperæ qvædam in Bojemia maximé, butyro in cibis præferunt. Num recté & commodé, penes Medicos judicium eſto.

Maximé tenuium eſt partium, ob id morſus in alto Corporum magis obtundit.

Recens ad Vulvæ vitia valet. Inſtillatus Auricularum infantilium dolores levat, omnes durities ſolvit. Rigor Cervicis perunctione velociſſimé curatur.

Si aqva Aurem intraverit, præcipuum remedium Anſerinus adeps.

Phlegmoni medetur, Ignibus ſacris, Labiis fiſſis prodeſt.

Acopis, qvæ laſſitudines & fatigationes tollunt, & Malagmatis, additur.

Cum Iride noſtrate pulv. permixtus, teſtæ nucis Juglandis inditus & umbilico appoſitus, Alvum ſolvit Infantibus.

Ova Anſerina,

χήνεια ᾠὰ,

Gänſe Eyer.

Craſſioris ſunt eſſentiæ, & ægré digeruntur, gravem habent odorem, & faſtidium pariunt. Mali ſucci. A pauperibus in cibum ſolummodó frixa recipiuntur.

Villicæ feminæ Anſeres, Vere & Autumno ſecundum femora deplumant, molliores〈q〉; plumas avellunt, ex qvibus Culcitras, Cervicalia, & totos Lectos, ut molliús cubemus, parant. Pennæ majores & duræ Alarum, Scholaſticis ad ſcripturam inſerviunt, Schreibefedern/ Calami ſcriptorii.

Plebs ſuperſtitionis plena in feſto Martini, cúm pro more Gentis Anſerem aſſum apponit, ex oſſe Dorſi, qvod vocant das Rückbein / hyemem futuram præſagit. Si enim candidius ſit, aſperiorem & graviorem: ſin veró fuſcum ſubcæruleum, aut nigredine maculisqve infectum fuerit; mitiorem ac molliorem Hyemem fore annunciat: idqve vel prima vel ultima ſui parte.

Lætamen, ſ. ſtercus Anſerinum omnibus ſatis inimicum; potu tuſſes mitigat.

Anſer nocturnas excubias celebrat. Horas enim noctis fures clangore prodit. Proprium ejus gingrire Schnattern.

Anſer qvadrupes.

Anſer monſtroſus.
Eine vierfüſſige Gans.

Memini, dum puer eſſem, natum Anſerem pedibus qvatuor, binis anterioribus, & totidem poſticis, in pago Mülſeiffen, non procul ab arce Greiffenſtein: ſed brevis fuit vitæ.

Ex omnibus Avibus freqventiora ſunt in Anſeribus monſtra, ob ſtoliditatem & nimium humorem: ideóqve garrulum præ omnibus animal eſt.

Anſer ferus.

Χλὴν ὁ μικρὸς ὁ ἀγελαῖος.

Anſer ſylveſtris, immanſvetus,
Anſer cinereus major, *Albert.*

Eine Wilde Gans.
Grawe Gans.

Minor eſt domeſtico, cui feré ſimilis. Longus dodrantes circiter *iiij.* latus octo. Roſtrum nigrum, utrinq; per medium croceum, apice atro ſplendente. Crura pedesq; toti

toti cum membranis ex totis rubent. Color Capitis Colliq; fuſcus, ſuprá magis nigricans, & nonnihil rufi habens, inferiús plus cinerei. Venter totus, præter inferiorem partem, uropygium & alas verſus, qvæ pennis conſtat albiſſimis, cinereus. Dorſum & Alæ nigricant, admixto obſcuro rubore, præſertim in minoribus & ſuperioribus pennis. Margines in nonnullis mediis maximé albicant, in aliis cinerei. Majores pennæ obſcuré cæruleæ. Cauda brevis ex rufo fuſca, *apicibus rubentibus.*

Coëunt poſt hyemale ſolſtitium, dein initio veris pariunt Ova ad ſummum qvindecim.

Ad lacus & piſcinas majores freqvens. Hyemis initio ſegetes virides depopulantur, ubi & retibus capiuntur.

Caro ejus dura eſt, nigricans & difficilis concoctionis. Juniores meliores, ſi, priusqvam coqvantnr, aqva calida immerſi fuerint, nec ingrati ſaporis.

Lingva aſſata Calculoſis commendatur.

Fimus Lethargicos, & utero ſuffocatas reficit.

Anſeres indomiti maximé volaces ſunt, Aëris alta petunt, volantqve extento Collo, ut Grues, ordine literato. Vix á volatu ceſſant, niſi neceſſitate cibi. Silentes migrant, niſi turbatus ſit ordo: tunc enim clamant.

Anſer Grandinis.

Anſer nivis.
Anſer hybernus.
Ein SchneeGans/
HagelGans.

Totus albus eſt, præter Alarum extremas qvatuor vel qvinq; remiges pennas, qvæ nigræ ſunt.

Æſtate nuſpiam in conſpectum veniunt. Hyeme ingruente ſublimi volatu gregatim migrant.

Anſer Arboreus.
Geſn.

Anſer Arborum.
Anas arborea.

Ein BaumGans/ BaumEndtle.

Fero Anſere multó minor, eſt Anatis magnitudine. Roſtrum ei nigrum, qvi Color etiam Capitis eſt, ſed cum ſplendore item Colli proni, Dorſi, Caudæ, Alarum.

Circa Oculos,& Gulâ totâ ſive Collo ſupino albicat,ubi & maculis qvibusdã cinereis aut fuſcis notatur, qvæ in Pectore fuſco magis nigricant,In ventre tum albæ tum nigræ apparent.

Pedes lati,coloris fuſci.

Nidificat in arboribus cavis, in nidis Cornicum & Ciconiarum. Ova parit 13.14. flaventia.

Anſerum ferorum more volat.

Caro inſvavior eſt.

Aqvila regalis.

Αετὸς γνήσιος *Ariſt.* παρὰ τὸ ἀίσσω, id eſt rapior impetu, & concitus feror : ſive, ut aliis placet, imperium facio, qvód in cæteras Aves imperium habere videatur.

χρυσαετός,
Vlyſſ Aldrovand.

Aqvila qvaſi acuta, ab acuté videndo; vel ab aqvilo colore, id eſt, fuſco & nigro.

Aqvila aurea ſeu fulva.

Aqvila germana, nobilis, vera.

Ein Adler/ Adeler/ qvaſi Adel Ahr.

Ορνέων βασιλεύς, Omnium Avium vivaciſſima ac ſolertiſſima, Regis imaginem repræſentat, nec formoſa nec canora, nec eſculenta, ſed carnivora, rapax, prædatrix, populatrix, ſolitaria, inviſa omnibus,omnium peſtis.

Aqvilam veram & genuinam, plumbeo globulo trajectam, mihi communicavit nobilis Dominus Abrahamus á Leſt in Langenau,cujus ſceleton & pellem cum aliis adhuc reſervo. Anno 1 6 0 0. 28.Decembris.

Pondus

Digitized by Google

Pondus erat ℔. ℥ij. Longitudo ab extremo Roſtro ad Caudam ultimam ſpithamarum iiij. Latitudo expanſis alis ſpithamarum novem.

Roſtrum ei hamatum ſeu aduncum, coloris cornei ad Indicum inclinantis. Membrana, qvæ á fronte ultra Nares porrenſa eſt, nec freni, ſeu rictus luteæ ſunt.

Color totius Corporis, Dorſi, Colli, Alarum, ex fuſco ferrugineus ſeu caſtaneus, maculis ſparſim intercurrentibus albidis, paucis dorſo, pluribus ventre, radicibus ubiq; albis.

Venter & Cauda circa uropygium obſcuré albicant.

Rectrices Alarum pennæ, Caudaqve extrema nigra. Circa Caput & Collum ex fuſco flaveſcit. Crura ad digitos feré usq; plumoſa ferruginea, punctis albidis reſperſa.

Singulos digitos tabellæ qvaternæ ſemicirculares extremos integunt, excepto maximo anteriore, qvem tres tantúm annuli inveſtiunt, colore & magnitudine Tritici Indici. Cætera ſqvamulæ cooperiunt, ad granorum Milii majorem & pauló minorem magnitudinem.

Ungves adunci, nigri, qvorum poſticus qvinq; digitos in circumferentia longus, anterior qvatuor, laterales breviores ſunt.

Oculi maximi, qvaſi immerſi profunda cavitate latent, ſuperciliorum regione eminente, ad modum inſtar tecti prominentis, qvos tunica qvædam craſſa, ab infra ſurſum exporrecta, inter nictandum cooperit, πεϱιοφθάλμιον dicta, charopi, qvibus in diluto virore ſplendor igneus intermicat, pupillâ ſaturi nigroris.

Humor vitreus luteo Topazii colore refulget; Cryſtallinus veró Adamantem fulgore ſeu luciditate repræſentat, ſatis magnus, ſeſſilis & apprimé ſolidus.

Gula ſeu Oeſophagus, cum ad ſex digitorum ſpacium deſcenderit, in inſigné qvaſi ventrem, (Ingluviem vocant) membranoſum dilatatur, qvi inflatus, Aqvæ ℔. ij. feré erat capax.

Digitized by Google

Ab hujus exitu ad orificium Ventriculi,ad palmum & medium Oeſophagi, portio producitur primó qvidem anguſtior, dein paulatim dilatata, poſt ultimam ingluviem membranoſior ac candidior, ut prope Ventriculum carnoſa tota ac rubicundior. Ventriculus parvuus duos digitos latus craſſus,cujus interior tunica rugis plena (Pulpam continebat candidam æqvalé pingvedinis inſtar) Hunc amplexatur lobis duobus Hepar rubicundum, cujus cavæ parti veſicula inhæret olivæ magnitudine, ſucco felleo porracei ſeu praſſini coloris turgens. Teſticulus utrinq; unus lumbis adhæret oblongus, Phaſeoli vulgaris magnitudine.

Proprium ejus clangere & plangere.

Lepuſculos, Anſeres & alias Aves capit, ut non veré Rex, ſed tyrannus videatur.

Vitæ eſt longiſſimæ.

Hæc qvam ſecui pingviſſima erat, nec ferinum, ut cæteræ aves rapaces, olebat.

Pingvedo candida, omnium Avium calidiſſima; humectantis, reſolventis & digerentis naturæ.

Articulis reſolutis, ſtupentibus, rigidis, convulſis & luxatis commodiſſimé illinitur, durities & nodos á frigore concretos diſſipat,á me facto ſæpiús experimento. Oculorum nebulas diſcutit, & incipienti ſuffuſioni occurrit.

Fel amariſſimum, cum acrimonia calidum. Melle inunctum, viſum recreat, Oculosq; reddit acutiſſimos. Illitum, veneno Serpentum & Viperarum medetur.

Pellis cum plumis Abdomini impoſita, Colicos juvat, & concoctionem promovet.

Aqvila biceps, Signum Imperii Romani, poſtqvam in orientale & occidentale dividi cepit.

Aqvila marina.

Αλίαιτος **Ariſtotel.**
Aqvila Piſcium, Aqvilæ 5. genus **Ariſtotel.**
Corvus piſcator,
Ein Fiſch Adler / Fiſch Ahr / ſil. Ein Rohr Falcke.
Meer Adler.

Hanc nuper accepi á nobili Dom.

li Dom. Nicolao Zedlitz in Schildau, qvem ſervitor ejus bombardæ globulo, dum in Bobero piſces venaretur, interfecerat. Miræ pingvedinis Avis, qvæ tota piſcoſum odorem ſpirabat.

Longa erat ſpithamas iiij. lata alis extenſis ſpitham. vij & palmi unius. Corpore major Milvo. Roſtrum aqvilinum pauló minus.

Crura pollice craſſiora brevia, ſqvamoſa; pedes hamati & coloris cærulei, digitis qvatuor per ſuperna ad dimidiam longitudinem etiam ſqvamoſis, ad reliqvam inciſis, per inferna aſperis, tenacitatis cauſſa, & his tam validis, ut flexos vix ulla vi diſtendas. Hi firmantur ungvibus nigris, acutis maximis Aqvilæ feré. Vertex Capitis illi erat albus, fuſcis lineis longiuſculis diſtinctus. Colore per ſumma fuligineo, per ima albo, Gutture maculis notato rufis, ut & pectore, Venter puré candido. Oculi in medio nigri, in ambitu aurei, retro qvos macula oblonga nigra: Alæ fuſcæ præter tres extremas majores pennas qvæ nigricant, & Cauda, (qvæ lata dodrantem & ſex digitos longa) ſed dilutius, cujus pennæ ex latere interno maculis latiuſculis candidis inſigniuntur, veluti & majores Alarum pennæ, ſed obſcurioribus. Cervix ei craſſa & magna.

Haliæti genus ſuum non habent, ſed ex diverſo Aqvilarum coitu naſcuntur *Plin. lib.* 10. *cap.* 3.

Non ſolum circa Mare moratur, verumetiam ad flumina & ſtagna Sileſiæ noſtræ degit, & Arboribus inſidens Piſcibus inſidiatur, qvas clariſſima Oculorum acie in vitreis ac profundis undis conſpectos, ex alto ſeſe librans, & in profundum aqvarum ſe præcipitans, aqvis pectore ruptis rapit.

Caro ejus cinerea ad nigredinem vergens, fibroſa, & dura, Cibo interdicta.

Axungia flavet miré calida, tenuium partium.

Adipem, (ut ferunt) in Cauda precioſum reconditum habet, qvem dum pendens in aëre piſcibus exitium machinatur, guttatim ſupra piſces in aqvam demittit, cujus vi Piſces attoniti qvaſi & torpeſcentes vertuntur ſupini: ſuper qvos mox rectâ

ſeſe præcipitem dejicit inſtar jaculi, & eos pedibus arripit.

Felle, Melle Attico permixto, inunguntur nubeculæ & caligationes & ſuffuſiones Oculorum.

Aqvila nigra.

Μελαναίετος, *Ariſtot.*

Αἐτὸς λαγωφόνος, *Ariſtot.*

λαγοθήρας,

Melanaetus, *Ulyß. Aldr.*

Aqvilæ, 3. genus, *Ariſtot.*

Aqvila pulla, fulva, Valeria, Leporaria.

Ein ſchwartzer Adeler/ Schwartzer Ahr/ *Sil.*

Haſen Geyer. Haſen Ahr.

Minor eſt reliqvis, magnitudine feré Gallinæ decumanæ, longitudine trium ſpithamarum, latitudine ſpithamarum vj. Roſtrum ei aqvilinum admodúm aduncum, extremo nigro, qvantum hami recurvum eſt, cætera corneo colore ſubcæruleo. Supra Narium foramina, roſtri initium membrana qvædam flava transverſim obveſtit: freni ſeu rictus oræ ubiq; luteæ.

Oculi pupilla nigra, Iris charopa, & ex luteo nonnihil rufeſcit.

Caput ei magnum, craſſum, ſic & Collum.

Vertex ac Cervix colore obſcuré ferrugineo tinguntur, relucentibus paſſim albicantibus notulis.

Dorſum ſuperius totum ex obſcuro nigrum, ſeu fumati coloris.

Alæ ad ultimam caudam feré exporriguntur, qvarum pennæ majuſculæ transverſim nigris maculis colorantur, Remiges puré nigræ, ſuperiores minores flavicant.

Cauda ſpithamalis longitudinis, alba lineis ad extremum latis transverſis alternatim exornatur.

Inter Oculos & Roſtri initium utrinq; pili rigent nigri.

Sub mento plumulæ horridæ nigræ, inſtar barbulæ extant.

Palpebræ inferiores candidæ molliſſimis plumulis, qvaſi lanugine inтectæ.

Pectus latiuſculum ex flavedine albicat, maculis nigris latiuſculis diſtinctum.

Venter totus niger, ſub alis item & ſupra femora.

Crura

Digitized by Google

Crura non admodum alta, lineis ſecundum latitudinem ex obſcuro ferrugineis diſtincta, tota propemodum plumulis cinereis operiuntur, præter lineam poſticam, á digitis ad femoris initium, qvæ cum digitis qvaternis exqviſité lutea, tabellis ternis qvaternis, ad ungves latiuſculis, reliqvis Milij inſtar minutiſs. obtegitur. Ungves toti nigerrimi, adunci, acutiſſimi. Lingva craſſior, latiuſcula. Teſtes ad Lumbos bini, Piſi Italici magnitudine. Ventriculus craſſior, parvus, cui gula *ampla* præponitur, inter Hepar bipartitum & Inteſtinum hæret, bilis viridis veſiculâ concluſus.

Colit ſylvas & montes. Hyeme apud nos maximé apparet.

Audaciſſima eſt, omnis generis Aves, Columbas, Monedulas, Cornices & Lepuſculos ſectatur, ſecundum illud:

Major in exiguo regnabit corpore virtus,

Pingvedo, qvâ ubundat, articulariis affectibus commodé illinitur.

Pellis, detractis pennis majuſculis, apparata frigidiori Ventriculo utilis. Inveſtiunt enim eam per univerſum corpus plumulæ, velut albiſſima lanugo.

Capta eſt aliqvando reticulis Columbæ alligata, qvávis ſit aſtutiſſima.

Aqvila nævia.

Μόρφνος, **Ariſtot.**
Morphno congener.
πλάγγος,
Κλάγγος,
Νηττοφόνος.

Ein Rötlichter Meuſe Ahr.

Magnitudine æqvat Gallinam domeſticam, longitudo ei ſpithamarum duarum cum dimidia. Latitudo alis extenſis ſpithamarum qvinq; & digitorum trium. Roſtrum aduncum nigro cæruleum, digitos duos longum, deorſum rectá propemodum tendens, membranula Capiti conjunctû lutea, tunicæ, qvæ

Digitized by Google

tota lanugine candida integitur; oculos integentis ora exterior flavet. Color totius corporis obſcuré ferrugineus eſt, præter maculam in prona parte albam, qva pectus veluti Zona adornatur. Mentum obſcuré albet. Alarum remiges pennæ extremæ fuſcæ, omnes transverſim obſcuris maculis tinguntur. Interiores autem pennæ albicant. Pupillam cæruleam ſubnigricantem circulus ambit bæticus. Cauda ſimilis cum Corpore coloris, ex duodecim pennis ſpithamæ unius & digitorum trium maculis latiuſculis obſcuris ſeu fuſcis transverſim inſignitur.

Sub Uropygio albicat, & collum pronum maculis longiuſculis ceu lineis reſpergitur. Crura ſpithamam feré longa: femora plumoſa, ultra mediam tibiam, qvæ crocea, ut & digiti, tabellis ſeu annulis luteis intecti, ungvibus nigris acutiſſimis.

Mures ut gratum cibum devorare ſolet. Aviculas etiam, Anates & Columbas venatur.

Hanc vivam anno 1602. Decembri menſe captam nobiliſ. Dominus Daniel Gutſchius ad me miſit.

Rariús in hiſce montibus occurrit.

Aqvila Oſſifraga.

φήνης παρὰ τὸ φένειν.
φηνὴ *Ariſt.*
Oſſifraga *Ulyß. Aldrov.*
Harpe *Oppian.*
Aqvila barbata *Plin.*
Sanqvalis *Maſſur.*
Ein Beinbrecher/
Skaſt/ſil.
groſſer HaſenAhr.

Aqvila omnium *maxima.* Cujus longitudo ab extremo roſtro ad ultimam caudam qvinq; feré dodrantum: alis veró extenſis ſpithamas undecim lata. Roſtrum ei aduncum admodúm, adeó ut uncus ſolus pollicem adæqvet: totum palmum longum, ſubnigrum & ex corneo colore fuſcum, nonnihil ad ſubcæruleum obſcurum accedens. Initium membrana qvædam lutea ultra Narium foramina protenſa inveſtit, qvæ finibus ſuis ſeu marginibus S. literam exprimit. Rictus palmum & digitos duos longus eſt. Lingva longiuſcula lato apice, utrinq; hamatis appendicibus, duriuſculis &

Digitized by Google

lis & corneis, & membrana qvadum tenui ad in feriorem mandibulam connexa. Inferior mandibula inſtar canalis excavata, oris ſublatis palatum utrinqve ſubit, ejusq́; marginibus includitur, qvod medio rimam qvandam exhibet, per qvam pituita é Capite deſtillat. In Mento oblongæ & anguſtæ plumæ ad arunci ſpeciem prominent: qvin & inter Oculos & nares utrinq́; plumulæ tenues villorum inſtar rigent. Color totius Corporis ſubalbus, fuſcus, ferrugineus, albis maculis reſperſus Venter albidus maculis latiuſculis ferrugineis notatur. Remiges pennæ ex toto fuſcæ. Cauda ex nigro & albo maculatur. Pennæ ea parte, qvæ intró ſpectat, albeſcunt; qvæ extrá fuſcæ ſunt, mediæ duæ promiſcué notis albis conſperſæ majore ex parte fuſcæ ſunt, in extremo omnes nigræ; qvæ his ab extremo Dorſo incumbunt feré totæ albicant, pauco tamen nigro reſperſæ, & niſi qvód extrema nigricent. Femora & Crura fuſcis plumulis oblongis, aliqvando fulveſcentibus ſeu potiús ferrugineis, ad medium usqve obteguntur. Infima tibiarum pars qvæ plumis deſtituta eſt, uná cum pedibus intenſo luteo tincta eſt, & ſqvamulis rotundis inæqvalibus majore ex parte prædita. Digitos ſuperiores tabellæ ſemicirculares ut in Chryſaeto, veſtiunt. Ungves nigerrimi ſplendentes ad amusſim ſemicirculum explent.

Non minorum Animalium ſolummodó, ut Anſerum, Anatum, Lepuſculorum; ſed etiam majorum, veluti Capreolorum, Hinnulorum venatu vivit. Qvinetiam Piſcibus victitare deprehenſus eſt, cúm plerunq́; circa paluſtria degat, veluti in baronatu Trachebergenſi.

Integram aridam habeo á nobili Heinrico Geelhorn, qvam in montanis circa Svidnicium bombarda interſecerat.

Oſſifragæ Aqvilæ venter arefactus & potus, iis qvi cibos non conficiunt, utiliſſimus prædicatur, & calculos cum lotio pellere creditur: unde contra Calculos & alias difficultates Veſicæ commendatur.

Inteſtini pars extrema ſiccata, repoſita & ventri alligata Inteſti-

ta Inteſtinorum dolores miré ſanat.

Pedibus Nobiles qvidam utuntur, ut iis imponant candelabra.

Inſignis in hoc relucet pietas, non modó erga ſuam prolem, ſed & alienam (veruntamen Aqvilarum tantúm) qvæ ab iis excludi neqvit, qvam ejectam excipit, & cum ſuis educat, conſcia cognationis, qvæ ipſi cum illis intercedit. Qvo ipſo inſigni paterni affectus officio, reliqvas omnes, qvotqvot ſunt, Aqvilas longé ſuperat.

Aetites.

Αἰετίτης
Aqvilinus lapis.
Lapis Aqvilæ,
Ein Adlerſtein/
Klapperſtein/

Lapis eſt prægnans, cortice duro rotundus, ut galla concavus, alium in ſe lapidem continens.

Plinius qvatuor ejus recenſet genera; hodie plura obſervantur magnitudine, forma colore differentiaſ qvorum aliqvot genera inter mineralia reſervo.

Qvidam in Aqvilarum nidis reperiri arbitrantur; hodie paſſim in Montium & ſaxorum commiſſuris gignitur.

Aetites vi pollet exiccandi, adſtringendi : ſedat inflammationes Mammarum & Teſtium. Caduco Morbo correptis medela egregia.

Phylacterium eſt *prægnantibus*. Partus continet ſiniſtro brachio adalligatus. Femori ſi ſuſpendatur, adjuvare feminas parturientes, ut ſine doloribus pariant, feminarum perſvaſio. Sed de his inter Foſſilia.

Ardea.

Ἐρῳδιὸς ab ἔαρ id eſt, ſangvis & ἰδίειν qvod eſt ſudare. ὅτι ἔαρ ἰδίοι qvód ſangvinem ſudet.

Ardea qvaſi ardua, qvód alté volet.

Ἀρδιόλη
Ardeola

Tantalus

Tantalus.

Ein Reiger/Reiher/ Reger/ſil. Reigel/Herrgans.

Vox ejus eſt κλείζειν clangere.

Ardea ſubcærulea.

πέλλος Ariſt.
Ardea pella, pulla, cinerea.

Ein Aſchenfarbener Reger/ blawer Reger/ſil. grauer Reigel.

Longitudo á pedibus ad Roſtrum extremum cubitorum duorum. Latitudo expanſis alis Cubitorum trium, Colore diluté cæruleo. Vertex Capitis & Alæ ſuperiores obſcuriús cæruleæ. In Collo & Ventre juxta uropygium albicat, Collum ei longum. Roſtrum acutum ſeptem digitorum, fuſcum ſuperiús, inferné flavet. Pedes ſpithamæ longitudine ex fuſco cærulei, digitis fiſſis, qvorum exteriores duo utrinq; tunica modicé junguntur, ungvibus nigris ſplendentibus, medio utroq; falcis inſtar ſerrato, qvó Piſciculos facilius apprehendere poſſit. Mas in vertice Capitis pennas feré dodrantales ſubcæruleas, ternas utplurimúm, rariús plures retró extenſas conditas habet, qvas partus tempore abjicit, magni valoris. Reger Federn.

Victum qværit ad fluvios & piſcinas, ubi piſciculos non ſine deſiderio adnatantes dévorat. Qvidam enim pro certo aſſerunt, Ardeas hac vi pollere, ut ad pedem, ſi in aqvam impoſuerit, tanqvam ad illicium qvoddam ſeu ad eſcam freqventes Piſces adnatent; qvibus ultró accurrentibus & devoratis famem ſolentur.

In denſis ſylvis, non procul á ripis fluminum aut piſcinis, ſuper arbores altas, gregatim nidificat, veluti ad Viadrum, Bartham; olim ſatis freqventer in Abietibus altisſimis, in ſylva denſa pagi Meiwalde extra Hirsbergam nidificabant; qvæ etiamnum hodie ab Ardeis nomen retinet, der Reger Wald.

Coëunt

Coëunt cruribus ſuper dorſum feminæ flexis, ita ut pedes Maris ad caput feminæ ſint, & genua verſus excrementi ſedem ſuper Dorſum: & tunc motu alarum ſe ſuſtinens, locum conceptionis feminæ contingit, ac ſemen infundit. *Albertus.*

Nonnulli Ardeam in cibum recipiunt. Caro piſcoſum ſapit, fœtida & inſalubris. Pulli præferuntur. Nocet iis, qvibus hæmorrhoides fluunt.

Axungia ſemper proſtat venalis in officinis noſtris Pharmaceuticis. Illita podagricos lenit dolores, cum axungia Coturnicis, Oculorum nebulas diſcutit, & viſum clarificat.

Inſtillatur Auribus malé audientibus.

Piſcatores hic freqventer utuntur ad ineſcandos piſces.

Illicium Piſcium.

℞. farinæ Hordei.
Carn. Cancrorum ex chelis & caudis.
Placentæ Lini expreſſo oleo an. P. j.
Vitell. Ovi nu. iij.
Pingved. Ardeæ.
Ol. Laurini an vnc. iij.
Petrolei.
Camphoræ an. drach. 2.

Croci Scrup. j. fiat mixtura, qvâ inunguntur hami piſcatorum. Miré alliciuntur Piſces.

Ardea nigra.

Ardea μελανοκύανος.
Ardea pulla.
Ein ſchwartzer Reger.

Æqvalis eſt Cæruleæ magnitudine. Tota nigra, *præter* Alas ſuperiores, qvæ cæruleæ viſuntur.

In pago Güſmansdorff territorii Hirsbergenſis capta fuit.

Ardea candida.

Ερῳδιὸς λευκὸς
λευκερῳδιὸς *Ariſt.*
Ardea,
Albardeola.
Ein Weiſſer Reger/
Weiſſer Reigel.

Minor eſt ſubcærulea, roſtro latiuſculo, recto, coloris pulchri. Tota candida eſt. Alæ ſuperiores paululúm ad cæruleum inclinant.

Cumulum pennarum, ut cæteræ, in capite gerit.

Rariús

Rariús occurrit. Paſcitur paludibus lacu, campis & pratis.

Ardea rubra.

Ardeola littoralis.
Ein rodter Reger / Sand-Reger *Sil.*

Magnitudine eſt Cornicis, Roſtro fuſco iiij. digitos longo. Pedes phæopæi, digitis fiſſis. Caput acutum parvum, Collum longum. Color Dorſi rubicundus, Ventre obſcuré candido. Alæ ad cæruleum vergunt, remigibus pennis nigris. Per medium Collum & pectus linea candida, digitum feré lata, á Mento Ventrem verſus excurrit. Oculi flavent.

In arboribus altis nidificat, piſciculis & omnis generis paluſtribus inſectis veſcitur.

Caro ejus ferina, ingrata & cibo inutilis.

Ardea ſtellaris.

Ἀστερίας ἐρῳδιος *Ariſt.*
Ὄκνος
Ardea paluſtris vel Arundinum.
Ardea ſtellaris, Piger cognominatus.
Botaurus
Aſinus
Taurus qvód Boum mugitus imitetur.

Ein MosReigel/
Rohr Reigel/
Moos Ochſe/
Moos Kuh/
Rohr Trumm/
Rohr Drummel/ *Sil.*

Ab arundinibus & tuba, qvód inter arundines degere, & tuba ſonum reddere ſoleat.

Corpus ei tenue, tanqvam pulli gallinacei feré. Alæ ut gallinarum.

Color, per totum Corpus, varius, ſubflavus nigris maculis ſplendentibus denſiſſimé reſperſum. Vertex Capitis niger. Alæ colore lateritio & nigro punctatim diſtingvuntur. Roſtrum fuſcum, acutum, longum. Crura longiſſima ex viridi lutea. Ungves adunci, longiq; maximé qvi Calcis vicem gerit longitudine ſeſqviunciam ſuperat. Cauda breviſſima. Collum longum miré plumoſum obitnet, qvod contrahere & extendere ſolet. Irritata miré inflatur ac intumeſcit, roſtroq; ſe munit,

Aegré evolat, niſi priús ſalierit.

In paluſtribus degit, & arundinetis paſſim occurrit: ſolitudines amat.

Veſcitur Ranis, Piſciculis, Serpentibus. Autumni fine ſylvas adit, & mures captat, qvos integros devorat.

Roſtro longo in aqvas immiſſo ſonitum ciet Tauri vel Aſini, qvi ad dimidium feré milliare exauditur: idqve pluviæ prognoſticum eſt.

Nidum intertexit Arundidinibus.

Ova parit qvatuor vel qvinq; Majo, Junio & Julio. Excluſos pullos mater ſub alis fovet.

Sangvis Articulorum affectibus ſingulare remedium.

Autumno valde pingveſcit.

Pinguedo calefacit, lenit, mollit, ſcabiem ſanat.

Ardea varia.

Νυκτικόραξ. *Geſn.*
Corvus nocturnus, *Agric.*
Caprimulgus, *Turneri.*
Corvus ſylvaticus.
Albardeola.

Ein Bundter Reger / Schild Reger.
Focker / Focke. *Sil.*
Nachtram / Nacht Rabe.

Avis eſt Piſcivora ex Ardearum genere, ſed minor, magnitudine Gallinæ, longitudine trium dodrantum & ſemis.

Color Gulæ, Colli, Pectoris candidus, Ventris veró, uropygium verſus & *Crura* ex albedine flaveſcunt.

Alæ ſuperiores & Cauda dilutè cærulea ſeu cinerea.

Dorſum cum vertice Capitis ex virenti nigredine nitet.

Roſtrum obſcuré ruber, qvatuor digitos longum.

Oris hiatus maximus.

Crura oblonga nigricant cum rubedine, digitis fiſſis modicé pellicula annexis, ungvibus aduncis, acutiſſimis, nigris; inter qvos medius ex altera parte denticulatus eſt.

In vertice retrorſum Pennæ oblongæ nivei coloris dodrantales tres utplurimum, aliqvando

aliqvando plures Mari naſcuntur,qvas dum verno tempore pariunt, abjicere ſolet.

Magno veneunt precio. Iuvenes nobiles his pileos ſuos exornant.

Fockfedern.

Nidificat gregatim udis locis ad Viadrum, prope Steinam & Dubinum, nec non ad Pleſſoviam arcem Generoſi Dn. Baronis ABRAHAMI á Promnitz. In Alnis aliisq; arboribus, & fruticibus denſis, cum Cornicibus nigris ſimilem nidum conſtruit. Ova tria vel qvatuor parit. Vox ei Ka, Ka, Ka.

Piſciculis paſcitur, Ranunculis, Gryllis &c. Interdiu latet, veſperi & noctu abſona voce moleſta. Primæ omnium avolant, Verno tempore cum Ciconiis adventant.

In cibo á nonnullis Pulli laudantur, & in deliciis habentur; at ſucci minus probi.

Ob pennas, qvæ Capiti innaſcuntur, gratæ ſunt, aliás inutiles.

Inde proverbium apud Sileſios natum credo: Du biſt ein loſer Focke. in hominem levem, inutilem, vix ternis pennis dignum, Von dem nicht mehr als drey gutte Federlin kommen.

Atricapilla.

Μελανοκέφαλος, *Ariſtot.*
Μελανοκόρυφος
συκαλὶς, *Græcis.*
Καζογςιτζα.
Ficedula, *Bellon. Geſn.* & *Vlyſſ. Ald.*
Paſſer fuſcus gramineus.
Ein Münchlin / *Sil. ideſt.* Parvus Monachus.
Schwartzkopff / Graſeſpatz.

Avis ex Currucarum genere; ei ſimilima, Paſsere pauló minor, vertice nigerrimo. Supina pars tota cinerea ſeu fuſca, Collo diluté cæruleo & Ventre albicante, podice ſubflavo. Roſtrum mediocre, in extremitate nonnihil recurvum, ſuperné nigrum, inferiùs cornei coloris. Pedes glauci: ungviculis fuſcis. Caret ſummæ Lingvæ acumine. Canora eſt.

Nidificat in arboribus cavis, & plurima parit Ova. Pullos mira ſedulitate alit. Vermiculis vivit, etiam Sorbi alpinæ bacculis, qvibus Autumno, ubi admodum pingvis exiſtit, etiam capitur.

Boni alimenti exiſtit, facileq; concoqvitur, ſaporis ſvavis & grati.

Freqventem ejus uſum viſum exacuere Dioſcorides teſtis eſt.

Ficedula & Atricapilla vicibus commutantur. Fit enim ineunte autumno Ficedula; ab autumno protinus Atricapilla. Nec inter eos diſcrimen aliqvod, niſi coloris & vocis eſt. *Ariſtot lib. 9. hiſtor. Anim. c. 49.*

Ego Atricapillam Vere & Autumno deprehendi.

Aureola.

Ικτερός
Emberiza flava. *Geſn.*
Anthus ſeu Florus Ornithologi.
Ulyſſ. Aldrov.
Lagopus Crocea, *Eber. & Peuc.*
Chloreus. *Long.*
Galbula, Galgulus.
Icterus.
Ein GoldAmmer/ *Sil.*
GaulAmmer/
Gelbling/
Geelgerſt/
Embritz/
Emmerling.

Avis notiſſima, Paſſere pauló major, Corpore longiore. Maris pectus & Venter lutea ſunt: Feminæ veró pectus luteum, & venter pallidus eſt. In Capite, Dorſo & Alis, pennis fuſcis luteæ intermiſcentur. Juxta Uropygium ad dorſi finem ex flavo *ruber*. Roſtrum firmum, breve, acutum. Crura obſcuré flavent. Ungviculi fuſci. Cauda longiuſcula eſt fuſca, exceptis utrinq; extremis duabus, qvarum oræ extremæ candore nitent.

Æſtate ad ſylvas recedit, in frutetis nidum ſuſpendit, & terna vel qvaterna ova parit.

Hyeme tota conſpicua, circa villas, horrea, & pabula commoratur, & gregatim cum paſſerculis volat.

Veſcitur hordeo, tritico, avena, præter vermiculos.

Caro ejus tota flaveſcit, Cibis grata eſt, & Ictericis ſalubris.

Aureola

Aureola ſi ſpectetur, Icteritiam ſanari tradunt, & avem emori.

Aurivittis.

χρυσομῆτρις **Peuc.**
Fringilla montana femina **Eid.**
Fringilla aurea.
Ein Queck/
Quecker/**Sil.** á voce.
Goldfincke/Quetſchfincke/
Laubfincke/

Magnitudo ei Fringillæ, qvam alis & Dorſo repræſentat. Roſtrum acutum flavum, anterius nigrum. Pedes ſubflavi. Caput & Dorſum ſupinum cum ſplendore nigrum, punctis flaventibus reſperſum. Pectus & Alæ ſuperiores ex rubro flavent, Ventre albicante. Alæ interiores croceo tinguntur colore. Cauda fuſca. Oculi pupillam Iris Caſtanei coloris obſcuri ambit.

Sui generis avis, non femina Pyrrhulæ, ut qvidam opinantur. Vox ei Qvec, Qvec. ſine cantu.

Veſcitur Lini, Carduorum, Cannabis & aliis ſeminibus.

Æſtate rariſſimé conſpicitur, nec apud nos nidificat, Vere & Autumno cum cæteris aviculis montanis gregatim volat, & retibus capitur.

In cibum venit, ut Fringilla, ſapore nonnihil amariuſculo. Ictericis & Cachecticis prodeſſe Qvidam credunt.

Bombycilla.

γνάφαλος **Baſ. Fabri.**
Αμπελίς **Ariſt. Vlyß. Aldr.**
Fullo **Eber. & Peuc.**
Garrulus Bojemicus **Geſn.**
Galerita varia
Microphœnix **Fabr. Paduani.**
Incendiaria **Nonnull.**

Gallulus ſylveſtris ob Capitis criſtam.
Incineraria

Zinzirella á voce qvæ ei Zi. zi. ri.

Ein Seideſchwantz/ } Sileſii
Schneeleſchke/ }
Behemle/Schneevogel/
Wipſterz.

Avis colorum varietate elegans, á plumis tomenti mollibus ſic dicta, major Coccothrauſto, minor Turdela, Roſtro fuſco Paſſeris domeſtici Pedibus cum ſplendore

 nigricantibus

Digitized by Google

nigricantibus: Oculis rotundis Cinnabarinis.

Capitis qvodammodó compreſſi vertex anterior & lateralis rubore ferrugineo tingitur, qvem linea nigra á Roſtro per Oculos & medium caput circumſcribit, apice in ſummo retró vergente more Upupæ, coloris ex cinereo roſei. Mentum atrum utrinq; Mandibulam inferiorem verſus macula alba & rubra. Collum cum pectore, dorſo & alis ſuperioribus ex cinereo rubent, dilutiús in collo, obſcuriús in Dorſo, ſed prope uropygium leucophæum. Majores alarum pennæ nigræ ſunt, interiores ſubcinereæ ad nigredinem tamen declinantes, punctis triangularibus per transverſum in medio lineam albam conſtituentibus, apicibus extremis partim flavis partim albicantibus, partim minutis donatur ſangvineis. Cauda maris decem, feminæ duodecim pennis conſtat, inferior tota lateritii coloris, in radice coloris murini; ſuperiús nigricat, tota extremitas lutea eſt.

Avis eſt gregalis, ſimplex & ſtolida, qvæ facilimé capitur.

Baccis veſcitur Sorbi aucupariæ, Juniperi Ribeſii inſipidi, pane, carne, incluſa.

Æſtate nunqvam apparet: hyberno tempore ad noſtros montes, nec qvovis anno, advolat.

Editur aſſa; at minús ſvavis ejus caro, nec adeó probum gignit ſuccum.

Gúm turmatim apparent, Vulgus habet pro malo omine, & peſtem ſeu famem portentare credit.

Bubo.

Βύαξ Βόυφος

Βόυταλις

Bubo *Geſn.* á bovis mugitu, qvem imitari videtur.

Bubo maximus, montanus, alpinus.
Ulula major á fletu,
Chalcis *Goropii.*

Ein Puhuy/Sil.
Bhu/Berghu/
Huhuy.

Avis

Avis eſt feralis, omnium nocturnarum maxima, inauſpicata & ſolitaria, plumis onuſta, ſpecie noctuæ ſimilis. Caput habet magnum, Corpus Anſeris magnitudine, breve tamen & qvaſi decurtatum, ac colore varium, Roſtrum curvum, ungves nigros, aduncos, acutiſſimos, Oculos grandes lucentes, igneos, Crura qvám Aqvila breviora. Corporis tegmen plumeum; ferrugineo ſeu fulvo ac obſcuro qvodam æris eſt colore, maculis fuſcis adornato.

Bubulat horrendum ferali
carmine Bubo.

Deſerta colit dira & inacceſſa, noctis monſtrum. Latet in tenebricoſis Montium & rupium cavernis. Vivit ex carnibus, Aviculis, Muribus, Ranis, Veſpertilionibus. Lepuſculos etiam perſeqvitur.

Nidis eligit rupes altiſſimas & invias, ne fœtus ſuos injuriis exponat. Tria ut plurimum, raró qvatuor parit Ova.

Bubones á menſis arcent longiſſimé Sileſii, utpoté impuras Aves, & in Sacris vetitas.

Caro & ſangvis Aſthmaticis & difficulter ſpirantibus conferre creditur.

Cerebrum, cum adipe Anſerino miré vulnera glutinat, ſcabiem veró cum Aphronitro.

Adeps ad claritatem Oculorum facit.

Fel Albugines, Suffuſiones & Caligines diſcutit.

Oculorum cinis collirio viſus claritatem efficit.

Crus ad paralyſin, ulcera & Cancros prædicatur.

Pluvias denotare, ſi præter ſolitum ululet, Monticolæ obſervarunt.

Ejus apparationem mali ominis eſſe, aut bellum, aut famem, aut mortem prætendere, vetus perſvaſio fuit, ad ſeculum noſtrum derivata.

Referam

Digitized by Google

Referam, qvid egomet obſervârim. Accidit, qvód dum in vicinia ante annos duodecim, item ante bienni-um, Nobiles duos magni no-minis, ægrotantes in viſcerem, Bubo inſolito more feneſtras Arcium, & qvidem ejus hypo-cauſti, in qvo decumbebant, advolans, triſti ululatu eorum mortem qvaſi præſagierit, qvi paucis póſt hebdomadis huic Mundo valedixerunt.

Urſinus in ſua proſo-popœia.

Adferat an Bubo dirum mor-talibus omen,
(Ut referunt) Bubo qvem tibi mitto docet.
Qværito Mœcenas laudes & commoda rerum:
Deme ſed auguriis omini-busq; fidem.

Bubo inqvit.

Si nulli noceo, volucres ſi in retia duco,
Cur me dirum omen vul-gus habere putat?
An qvia culminibus carmen lachrymabile fingam,
Sic me fortunam fingere, Stulte putat?
Sortis qvisq; ſuæ faber eſt, cur improbe ſortem
Accuſas? ſortis ſi faber ipſe tuæ es?
Adde, qvód ipſe Deus fato me-liore gubernat
Res Hominum: FIDAS, (ſi ſapis) ERGO DEO.

Caprimulgus.

Αἰγοθήλης Ariſt. παρὰ τὸ ἐξ
Αἰγὸς τεθηλακέναι.
Fur nocturnus Plin.
Νυκτικόραξ Nonn.
Connilus nocturnus
An Caprimulgus Bellon?
Ein Nachtſchade/ Sil. qvód noctu ad prædam volet.
Tageſchläffer Sil. qvód in-terdiu lateat.
Nacht Räblin/
Nachtvogel/
Pfaff/ Eber & Peuc.

Avis nocturna Cuculo pau-ló minor; ſed præterea adeó illi ſimilis, ut Cuculûm jures niſi inuſitata Pedum Cru-rumq; exilitas & brevitas, & diverſa conſtructio obſtaret. Ab extremo roſtro ad ulti-mam caudam dodrantem & pollicem longus eſt, Roſtro perqvam exiguo, nigro, mo-dicúm adunco, plumulis gra-cilimis, tanqvam pilis qvibus-dam, ſuperné ad Nares, & in-ferné ſeu Mento ceu barbula.
Caput

Digitized by Google

Caput vertice longo ac compreſſo: Oculi grandes admodum. Iris, Pupilla prorſum nigræ. Qvæ totum corpus inveſtiunt plumæ medio juxta Calami ductum utrinqve nigræ, extremo apice albæ; cætera leucophea ſunt: qvare Accipitrinam ſpeciem præ ſe ferre videtur. Remiges alarum tantúm nigræ, maculis ſubluteis interſtinctæ. Tegetes in primo aut altero ordine per transverſas alas maculam ducunt. Gúla, Pectus Venterq; tota ferrugineo colore diluto,&notulis ſeu lineolis fuſcis haud continuis transverſis,uti in Accipitribus qvibusdā teſperguntur. Cauda perinde pari ex intervallo nunc nigris nunc ferrugineis maculis viciſſim exornata, qvam remiges longiſſimæ binum aut ternorum feré digitorum ſpacio ſuperant. Femora craſſiuſcula,& Pedunculi exigui,tenues, breves, coloris ferruginei. Digiti terni anté, retró unicus, contrá atq; in Cuculo. Os in maximam amplitudinem deducit, cujus interior pars flavet. Molliter volat.

In vicinorum Montium ſylvis aliqvando occurrit. Latet in denſis frutetis. Parum claré interdiu videt, ſed noctu perſpicax eſt.

Nidificat in terra, & Ova Columbinis ſimilia parit duo aut tria cumplurimū,

Nonnunqvam á Venatoribus & canibus venaticis excitatur, qvi paulatim qvaſi cæcutiens cum ſtrepitu erumpens, mox iterūm decidit & occultatur.

Pingvis eſt, & cibo utilis.

Qvamvis greges Caprarum in Sudetis freqventes ſint, nullibi tamen á paſtoribus obſervatum fuit, diligenti inqviſitione facta, Caprimulgum aut aliam Avem advolaſſe, earumq; ubera ſuxiſſe.

Carduelis.

Ακανθὶς ἀπὸ τῶν ἀκάνθων.
χρυσομήτρις *Ulyſſ. Aldr.*
γαρδέλι *vulgó*
ποικιλὶς *Vetorib.*
θραυπὶς *Ariſt. Gaz. Hermol.*
Aurivittis *Vlyß. Aldrov.*
Zena id eſt Avis Jovis, *Kyran.*
Ein Stieglitz/*Sil.*
Diſtelvogel/
DiſtelFinck/
Rottfogel.

Avis eſt parva, etiam pueris nota, cui Dorſum cinereum & fuſcum.

Alæ croceo colore nigroq; mixtim & alternatim variatæ, albisq; maculis notatæ. Vertex nigricans, Roſtrum acutum ſubrubens apice fuſco. Oculi ambitus exterior niger, hunc miniatus, miniatum cæſius circumdat. Pedunculi ſubrubent, digiti fuſci, ungviculis nigris. Femina minús cantu & pulchritudine valet, Alas habet cinereas, guttur album, Caput rotundius.

Carduorum ſemine victitat; incluſa caveis, etiam Cannabis, Rutæ, Lini, Rapi ſylveſt. Myagri, Papaveris, &c. In 20. annum vitam producit.

Nidum in truncis Arborum conſtruit, ubi qvinq; utplurimùm excludit, Bis parit. Aliqvando in hypocauſtis pulliciem educit.

Viſco & retibus capitur.

Boni eſt ſucci & facilis digeſtionis in cibo ſumta.

Aſſam, ſcabie, Iliacâ & Colicâ affectis prodeſſe, Kyranides ſcripto prodidit.

Svaviſſimé cantillat, non ſolúm cúm libera arborum ramis inſidet: ſed etiam caveis incluſa.

Epilepſia ſæpé corripitur.

Imperata facit, nec voce tantúm, ſed & ore & pedibus, qvibus pro manibus utitur, Ergaſtulo enim clauſa ſuppoſitam aqvam filo appenſam, in vaſculo pedibus & roſtro attrahit ab imo.

Ciconia.

Κικονίορ, *Varino.*

πελαργός, qvód Alarum pennæ partim ſint nigræ, partim albæ.

Ciconia, qvaſi *Cicania*, â ſono qvo crepitat, qvem roſtro qvatiente facit.

Ein Storch / Storck / Elbiger. } παρὰ τῶ ςοργῶ, á mirabili illo affectu & amore, qvo parentes prolem proſeqvuntur, & proles illos viciſſim.

Avis cuivis nota, mediæ magnitudinis inter Gruem & Ardeam, pennis albis & nigris

gris diſtincta. Crura obtinet longa, rubentia. Roſtrum gruinum, longum ſed rubrum & craſſum. Lingvam habet ſubrubram breviſſimam. Unde á Qvibusdam creditum fuit, carere illam lingvâ.

Glottorat immenſo de turre
Ciconia nido.

Serpentum hoſtis. Ranis, Lacertis, Cæculis, Piſcibus, & Angvillis veſcitur. Bis in ejus ventriculo diſſecto, Avicularum oſſa reperi.

Nidos in ſummis tectis, aliqvando in ſummis fumariis & turribus extruit.

A pauperibus in cibum venit. Carnem habet flavam, duram, difficilem concoctu, & pravi ſucci.

Aſſa ſi ſemel anno edatur, præſervat á podagra, chiragra, Tremore, & aliis Nervorum paſſionibus. *Kyranides.*

Fel ad Oculorum vitia commendatur.

Axungia podagris & tremulis articulis utiliter illinitur.

Aeſtatis eſt nuncia. Hyeme exacta nidum veterem repetit, qvem á ſordibus hyberno tempore collectis repurgat & inſtaurat.

Ova parit Anſerinorum magnitudine & colore. Unum fœtum ejicit Domino loci illius, vel ut Deo decimas ſolvat.

Ciconiæ fœtus ſuos ſupra omnium Avium genera ſtudioſiús fovent, & magnis periculis adjuvant, etiam cum propriæ vitæ periculo. Nam conflagrante feré toto Delfio Batavorum oppido, Parentes filios adhuc ad volandum impotentes, ab incendio protegentes, alis illos contexiſſe, roſtro detuliſſe ac pedibus, ut eriperent, & ne officium intermitterent paternum, nunqvam deſeruiſſe, qvin potiús Mortem cum illis ſuſtinuiſſe, propalám viſæ ſunt Anno 1086.

Sic etiam proles jure parentibus beneficium rependit. Eos enim ſenio confectos, & ad volatum invalidos, ſuis alis huc illuc geſtant ut nutriantur, & ſi cœci fuerint, cibum eis ingerunt, ſingulare nobis pietatis & virtutis imitandæ exemplum præbentes.

Digitized by Google

Hyeme loca calidiora qværunt Africæ & Indiæ, injurias frigoris fugientes. Qvod & Hollandi teſtantur, qvi cúm ante qvinqvennium Novas terras inqvirerent, Menſe Januario in Inſula qvadam Maris Indici, Ciconias plurimas conſpexerunt.

Abituræ, qvod fit ſub æſtatis exitum, circa Idus Auguſti, in certo loco congregantur, comitatæq; ſic, ut nulla ſui generis relinqvatur, niſi captiva & ſerva. Remigrant ad patriam ſedem circa x. Calendas Martii.

In Theſſalia capitale fuit Ciconiam occidiſſe. *Plin. libr.* 10. *c.* 23.

Ciconia nigra.

Ciconia fuſca.
Ein ſchwartzer Storch/

Color Dorſi ſubniger, cum viridi vel ſubcæruleo & pauco purpureo mixtus. In Ventre & lateribus ſub alis albus. Roſtrum magnum, validum, puniceum, ut Crura etiam & pedes. Alarum majores ſeu remiges pennæ atræ.

In paluſtribus & humidis locis aliqvando conſpicitur.

Nidum parat in Abietibus: & Piſcibus, Ranis &c. in cibo fruitur.

Ferini admodum odoris eſt & feré piſcoſi.

Axungia Podagricis commendatur.

Coccothrauſtes.

Κοκκοθραύσης *Heſych.* & *Varin. Geſnero.*
Coccothrauſtes *Ornithol. Vlyß. Aldr.*
Ligurinus major *Eber.* & *Peuc.*
Cinclus *Nonn.*
Oſſifragus
Gemmivora.
Ein Leske/Kirſch Leske/ſil. Steinbeiſſer/Kirſchſchneller/ Lyßklicker/ Kirſch Fincke/ *Eber.* & *Peuc.*
Klepper/*Helvet.*
Bollenbeiſſer/

Pauló major eſt Alauda ſeu Fringilla ſangvinea, ſic dicta, qvód roſtro ſuo coccos & interiora grana ſive oſſicula Ceraſorum confringere ſoleat, ut nucleis veſcatur. Roſtrum ei inſigniter magnum, pro Corporis magnitudine durum, validum, breve, craſſum, fuſcum, tantillú, ſubrubens. Color Capitis charopus vel

pus vel

pus, vel ex flavo rufus, in pectore & ventre ex cinereo rubicundus, cum macula ſub gutture nigra. Pennæ alarum ſuperiús nigricant, in medio albent, in imo Indici ſunt. Collum pronum utrinq; ad latera plumis veſtitur cinereis. Dorſum ex ruſo nigricat. Propius Caudam nigræ ſunt pennæ, extremé albicant, præter medias duas qvæ totæ cinereæ.

Veſcitur gemmis Arborum, fructu Juniperi, Sorbi alpinæ, nucleis Ceraſorum &c.

Æſtate raró, Autumno & hyemis initio freqventiús in ſylvis montium conſpicitur, & laqveis ut Turdus capitur: nec qvotannis gregatim volat.

Cantus ei peculiaris, Cymbalorum feré æmulus, non inſvavis,

In cibo cedit. Caro ejus non improbatur, qvamvis ſit amaricantis ſaporis. In Cibo Calculoſis proficuus.

Vt Caput magnum, ſic etiam ingenium craſſum & ſtolidum obtinet.

Columba.

περιστερός, ἁ, παρὰ τὸ περισσῶς ἐρᾷν, á nimio amoris affectu.

Ein Taube/Teubin.
Columbus mas
Ein Teuber.

Columba domeſtica.

Columbarum duo ſunt genera: Unum κατοικίδιον, domeſticum, qvód cibo domeſtico intra limina paſcitur, & nobiſcum feré degit.

περιστερὰ οἰκίδια, *Gal.*
Columba domeſtica,
Columba Cicur,
Columba Cellaris,
Zahme Taube/
Heimiſche Taube/
Schlag Taube/Flug Taube.

Aviseſt domeſtica, ſimplex, pulveratrix, notiſſima, cujus in colore, magnitudine & figura, magna varietas obſervatur.

Aliæ enim ſunt magnæ, aliæ parvæ.

Quædam candidæ, aliæ cæruleæ, aliæ atræ, aliæ purpureæ, aliæ variis coloribus exornantur.

Item qvædam planum verticem habent; qvædam criſtatis ſunt capitibus. Nonnullæ Cruribus donantur totis hir-

ſutis ad extremos usq; pedum digitos, plurimæ his carent.

Columbarum Ventriculo ingluvies præpoſita eſt. Lien exiguus.

Fel aliis Ventri, aliis Inteſtino jungitur.

Vulgus eas felle carere credit: inde proverbium apud Germanos vulgatum. Die Tauben haben keine Galle/ ſind der Leute aller.

Vivunt ſeminibus Cerealibus. Agris ſationis tempore incommodant.

Coëunt Columbæ Mare feminam aſcendente: Sed utplurimúm anteá ſeſé mutuó exoſculantur: ſæpé femina Marem ſine oſculo admittit. *Ovid.*

Oſcula mox junges cupidas
imitata Columbas.

Pariunt obſcuris ædium locis, omnibus Anni temporibus, pulloſq; educant, ſi locum apricum habeant & cibum: ſin minús, æſtate tantúm fœtant. Ova pariunt candida magna ex parte bina, propter caliditatem qvatuordecim diebus foventur & excluduntur. Inter omnes volucres Columbarum collegium fœcundiſſimum.

Ad annum octavum vivunt.

Et caſtus Turtur atq; Columba gemunt.

Columbæ carnem habent admodúm bilioſam, ſangvinem moderato craſſiorem & calidiorem gignunt, atq; ob id febres nonnunqvam accendunt.

Renes frigiditate dolentes juvant, ſemini genitali & ſangvini adjiciunt.

Veteres propter caliditatem nimiam & ſiccitatem, concoctioniſq; difficultatem á cibis abdicantur, durioris alimenti & improbi.

Fimus Columbinus Tauben Miſt/ vehementiús excalefacit, attrahit, rubificat. Cum hordeacea farina miſtus, ſtrumas ex aceto diſſolvit. Carbunculos emarginat cum Melle, Lini ſemine & oleo. Acefactus tritusq; cum Naſturtii ſemine, inveteratos Coxendicis, Cervicis & Lumborum dolores, podagras & Arthritides omnes exſtirpat.

Adverſus inveteratos Capitis dolores, nimirum Hemicraneam

crancam & Cephaleam á Galeno commendatur.

Columbarum Pulli.

περιςερίδια
περιςερίδιοι
Columbuli
Pulli Columbini
Pipiones
Junge Tauben/
Teublin.

Hæ á Noſtratibus ſaltem in cibum recipiuntur. Vere ſalubriores, uti & pingviores cenſentur qvám Autumno, & omninó calidiore tempore deteriores, Convaleſcentibus utiles.

Aſſæ eduntur, & infarctæ, mixturâ ex ovis, pane candido, lacte ping. add. Paſſulis, Cepis, Croco, Macis, Petroſelino, Majorana &ç. paratâ. Elixantur etiam á Villicis, & in ſartagine coqvuntur.

Humidæ ſunt & calidæ 2do. gradu, craſſi ſucci & excrementitii.

Sangvis ſub alis venâ inciſa, Oculorum ſuffuſionibus, luſciofis, recentibusq; vulneribus prodeſt: peculiariter cruorem Cerebri membranis erumpentem inhibet.

Columbino ſangvine Moſchus adulteratur.

Ex proprietate chronicum Capitis dolorem gignere, & Oculis obeſſe eſum Columbarum, Rhazes teſtatur. Hinc forſan inolevit conſvetudo, ut eorum Capita tanqvam innocentiſſima pars in occiſione truncentur & tollantur. Qvod hodie etiamnum á plebeis obſervatur.

Columbæ criſtatæ.

Columbæ Cypriæ,
Köppichte Tauben/
Cæteris ceu nobiliores præferuntur.

Columbæ criſpæ.

Wollechte Tauben/

Columbæ daſypodes.

Columbæ hirtipedes.
Columbæ Ruſſicæ.
Rauchfüſſige Tauben/
gehöslete oder Reuſſiſche Tauben.

Columbæ Norvegicæ.

Columbæ niveæ maximæ,
Norvegiſche Tauben.

Hodie

Hodie ad nos affertur ex Svecia ſeu Norvegia. Columbarum genus maximum, magnitudine Gallinæ feré, candoris niveo, criſtato vertice & pedibus hirſutis.

Apud nobiles & divites captivæ aluntur.

Columba fera.

Alterum Columbarum genus eſt agreſte, νομαδικὸν.
πελειὰς Ariſtot.
Livia â livore qvaſi Livida
Columba agreſtis ſive ſaxatilis Varr.
Columba Cavernarum.
Ein Wilde Taube/
Loch Taube/
Holtz Taube/
Duplices ſunt: Aliæ.

Saxatiles.

Turricolæ Scaliger.
Columba Livia Vlyſs. Aldrov.
πελειὰς Ariſt. Eidem.
Columba cavernalis Alb.
Palumbella Ital.
Stein Tauben/
Turn Tauben.

Qvæ maximé ſeqvuntur turres, in qvas ex agro evolant ſuapte ſponte, ac remeant.

Pauló minor eſt domeſtica. Plumis pené livet & nigricat, pedibus rubris ſcabroſisq;. Alarum majores pennæ, & caudæ extremitas nigra. Collum pronum, & ad latera ex ſubviridi purpuraſcit.

Aliæ.

Arboreæ.

Οἰνὰς Ariſt.
Oenas ſeu Vinago Vlyſs. Aldrov.
á colore qvo Uvis maturis nigris ſimilis.
Columba montana.
Hol Tauben/
Kol Tauben/
Blawe Tauben/
Wilde Tauben / ſimpliciter ſil.

Magnitudo ei cum domeſtica. Roſtrum Cinnabarium longum, in extremo acuminatum. Caput totum, Venter & Alarum pennæ ſunt cinereæ, ad cæruleū vergentes, exceptis remigibus qvæ nigricant. Cervix viridis eſt, intercurrentibus nigris plumis. Pectus circa initium qvodammodó ex ferrugineo ad fumatum accedit, Cauda verſus uropygium cinerea; cætera nigra.

nigra. Pedes rubri, ungves nigri.

In arboribus ſylvarum excavatis, montoſis locis nidificant.

Autumno gregatim volant,& retibus, appoſitis allectricibus excæcatis, vulgó Stelle Tauben / Stahl / capiuntur.

Præferuntur in cibo domeſticis, utpoté minús excrementitiæ.

Aſſæ vel nigro liqvamine elixæ menſis afferuntur.

Columbi Mares in Cibo, membris trementibus ac reſolutis,& lingvæ ad loqvendum proſunt.

Fimus peculiariter contra Argenti vivi potum valet.

Columba fera tripes.

Columba monſtroſa.
Wilde dreyfüſſige Taube/

Hanc Civis qvidam Gryphibergæ ad Qvadum fluvium inter alias ceperat, ante annos viginti.

Cornix cinerea.

Κορώνη qvaſi κρώνη á κρύζω á vocis aſperitate.

Κέραις *Heſych.*

Κορουνα, Κουράνα

Κορώνη σποδοειδής.
Cornix varia *Geſn.*
Cornix hyberna

Eine Schilt Krahe/ ſil.
Nabelkrahe/
Winter Krahe/

Avis eſt voraciſſima, Corvini generis, ſed Corvo pauló minor. Caput, Collum inferius, Mentum, Roſtrum, Alæ, Cauda, Crura admodúm nigra, qvi tamen color in Mento, Roſtro atq; illa parte, qvæ ſupra Stomachum eſt, tanqvam ſetis qvibusdam tecta, multó intenſior eſt. Dorſum totum, Collum ſuperius, Alarum latera, Nates & totus venter cinerea.

Lingva bifida, craſſa, ſubcærulea.

Pamphaga eſt Qvadrupedum, Hominum infeliciter mortuorum,& in crucem ſublatorum, deniq; & Piſcium carnes affectat. In fruges pariter vermesq; & omne Inſectorum genus ſævit.

Toto anno obvia eſt. Vere & Æſtate in ſylvas avolat, ſupra Abietes & Pinaſtros nidulatur. Ova parit qvatuor qvinq;. Circa Autumni initiũ ad plana deſcendit, ibiq; totam poſt hyemem prope op-

pida & pagos, velut inter homines degit.

Cornicis vita eſt longiſſima, utpoté cui multas (id eſt novem) ætates dederit **Heſiodus**:

Ter tria ſecla Hominis transmittit garrula Cornix:
Qvattuor & peragit Cornicis tempora Cervus.

Caro tetrum ſpirat odorem, ſucci pravi, bilioſi & putridi; ob id á Culinis prorſus abdicatur.

Cerebrum illitum, pedes frigore uſtos ſanat. Ad eadem á plebecula Pingvedo uſurpatur.

Scribit **Plinius. lib.** 10. **cap.** 43. ſeſe vidiſſe Cornicem in urbe Roma é Betica, exprimentem plura verba ordine contexta, & alia atq; alia crebró addiſcentem. Forſan de Corvo intelligendum.

Cornices clamorem nimium, ſeu crocitationem freqventem pluvias præſagire, etiam Pueri norunt.

Crocituq; gravi pluviam increpat usq; morantem. **Politianus.**

Cornix nigra frugilega.

Κορώνη σπερμόλογος, σπερματολόγος.

Cornix granivora, **Longol.**

Cocis, **Albert.**

Cornix frugivora, **Vlyſ. Aldrovius.**

Ein Roocke/ **Sil.** Rooche. Rouch/ forté á roſtri ſcabrioris aſperitate.

Schwartze Kraye.

Tota nigra eſt, Roſtro, Cruribus & toto Corpore undiqvaq; nigerrimis, itá, ut præ nigredine ſplendeat. Roſtrum prope Caput albicans aſperiuſculum, duriſſimum, firmiſſimum ad inſtar Cornu, oblongum, haud aduncum, ſed acutiſſimum. Reliqva habitudo Corporis Corvo ſimilis; at multó minor.

Frugibus maximé inhiat in agris, neq; terræ interim lumbricos aſpernatur. Carnes non guſtat.

Veré gregatim ad pagos & oppidá in cœmiteriis maximé ſupra arborum cacumina, Tilias maximas, Qvercus & Alnos, nidos parat.

Moleſtæ

Digitized by Google

Moleſtæ ſunt, dum pariunt, obſtrepero ſonitu, & noxiæ Agricolis, dum ſemina recentia in agrum recondita devaſtant ac depaſcunt.

Hyeme abeunt, poſt æqvinoctium vernum revertuntur, Aeſtatis nunciæ

Pulli pingves in pauperum menſas veniunt.

Carnes in longiſſimis Morbis utiles prædicantur.

Cerebrum coctum comeſtum, Capitis doloribus auxiliatur.

Fimus alphos diſcutit.

Cornix candida.

Eine weiſſe Krahe.

Hæc aliqvando albo viſitur colore.

Cornix cærulea.

Cornix fera, ſylvatica,
Cornix picta,
Pica ſylveſtris, **Eber. & Peucer.**
Pſittacus germanica.
Ein MandelKrahe/ von Mandeln.
Rache/ á voce, *Sileſ.*
Heiden Elſter/ Kugel Elſter/ **Eb. & Pe.**
HolzKrae/
Galgen Regel/
Gals Kregel/
Deutſcher Papagey.

Avis eſt pulcerrima, & pennarum venuſtate nobiliſſima, ſylveſtris plané & immanſveta. Magnitudo ei Monedulæ, minor Cornice. (Longitudo dodrantalis & vij. digitorum: Latitudo trium ſpithamarum) Roſtrum acutum, nigrum, craſſum. Crura obſcuré flavent, proportione Corporis parva, ungviculis nigris. Cæruleo colore paſſim nitet, in Capite, Alis, Cauda, circa uropygium, & tota parte ſupina, alibi ſinceriore, alibi admixto viridi. Dorſi & Colli proni color ſubflavus eſt, tantillum Cupri colorem ementiens. Venter diluté viret, Pectus varium ex flavo, rubro, viridi & albido permixtum. Majores alarum pennæ nigræ, intrinſecus cæruleæ, minores ex utriſq; mixtæ. Fauces intrinſecus flavent. Lingva bifida.

Aeſtate in ſylvis denſis non freqventatis ſolitaria vitam agit. Nidum ut Upupa ex oleto conſtruit. Meſſis tempore cúm jam frumenta colliguntur, & manipuli in acervos, vulgó

Mandeln/á numero qvino & denario comportantur, in campis, paſcuis & ſecus vias conſpicitur.

Vivit ex ſeminibus, vermibus, ſcarabeis, nec non projecta Cadavera arrodit.

Autumno admodum pingvis efficitur. A noſtratibus in cibum recipitur, ſaporis boni & grati.

Corvus.

O κόραξ á colore nigro. Κόρος enim nigrum eſt: vel παρὰ τὸ κάραρ μεγάλην ἔχειν á Capitis magnitudine.

Κόρακας

Ein KolRabe/

Rabe/

Rappe.

Avis eſt notiſſima omnium nigerrima, Corpore & Roſtro craſſo, fera & crudelis in natos. Huic eſt atror adeó intenſus, ut præ nimia nigredine cæruleus qvodammodó appareat. Vice Ingluviei gulam habet amplam & patentem. Fel aliis ventri, aliis Inteſtino adhæret.

Non in uno loco degit, cúm ſit polyphagos, & pené pamphagos ſive omnivorus. Modó humidis locis, modó agris cultis, modó locis deſolatis, ſæpé in mediis urbibus & in celſis ædificiis, turribus & altiſſimis Arborum cacuminibus nidum conſtruit.

Martio Aprili Ova parit tria, qvatuor, qvinqvéve ſubflaventia, punctis nigris maculata.

A cibis abdicatur ob pabula immunda, qvæ ſunt magna ex parte ex cadaveribus Hominum, Piſcium vel aliorum animalium.

Corvi duo, Vere é nido ſublati, combuſti, & in leviſſimum pulveré redacti, drach. j. pondere. ex aqva decoctionis Caſtorei, Epilepticis utiliter propinantur.

Cerebrum Corvi cum verbenæ ſtillatitio liqvore Comitialibus prodeſt.

Cinis ad Podagram, alphos, Lepras & ſimilia utilis.

Pennæ ſeu Calami Pictoribus ad icones ſubtiliús delineandas, & Organiſtis ad Muſica inſtrumenta eliguntur.

Facilé manſveſcit. Ingenio bené valet, & ad loqvendum edoctus. Brutorum ſæpé qvampIurium & hominum vocem ſolertiſſimé imitatur. Vitæ eſt longiſſimæ.

Ante annos circiter 24.

Magnificus

Magnificus & nobiliſſimus Dom. Johannes Schaffgotſche Corvum jam cicurem factum multis aluit annis, qvi liber extra arcem Greiffenſtein in vicinas ſylvas evolavit, ac ſponté rediit. Accidit ut Corvus, relicto ſuo domicilio, cum aliis Corvis adventantibus peregré avolaret: Coqvus ejusdem loci poſt annos paucos per Sileſiam iter faciens, in libero aëre Corvum crocitantem animadvertit. Corvus hunc agnoſcens, utpoté á qvo ſæpé cibatus fuerat, ex alto ſeſe demittit, eiq; adeó familiarem reddidit, ut eum manibus caperet, & domum reportaret.

De qvadam Corvorum ſpecie ſcribitur, qvód pullos ſuos excluſos negligant, donec plumulis nigreſcant, qvos Deus miraculo implumes, & omni creaturæ ope deſtitutos nutrit, Qvidam arbitrantur rore, ut alii enatis in nido vermiculis. Sunt qvi credant, prorſus absq; cibo eos ſuſtentari, ſecundum illud *Hiobi cap. 38. verſ. 3.*

Qvis Corvis de cibo proſpicit, cúm pulli ejus famelici ad Deum fortem vociferantur, (eum ſuo modo inclamantes) aberrantibus penuria Cibi? & *Pſalm* 147. *v.* 5. 10. Magnus eſt Dominus noſter, & multus viribus &c. qvi dat jumentis Cibum ſuum, pullis Corvorum qvi crocitant.

Lucretius.

Mutant cum tempeſtatibus uná
RauciſonosCantusCornicum ſecla vetuſta,
Corvorumq; greges, ubi aqvã dicuntur & imbres
Poſcere, & interdum ventos aurasq; vocare.

Corvus albus.

Ein Weiſſer Rabe/

Corvos candore nitentes gignit Norvegia, Islandia, & alia loca frigidiora polum arcticum reſpectantia. Ex Dania aliqvando ad has terras feruntur.

Corvus alpinus.

πυῤῥοκόραξ
Corvus ſylvaticus nocturnus
Ein Alprappe/
Wald rappe/
Nachtrabe/
Steinrabe.

Totus niger eſt, Cornice minor. In montibus altiſſ. vivit, noctu clamore moleſtus: Diurno tempore raró conſpicitur.

Corvus lacuſtris.

Κόραξ *Ariſtot.*
Corvus aqvaticus *Geſn.*
Scharbus *Albert.* qvaſi Corvus.
Mergus magnus niger. *Nonn.*
Gulo.

Ein SeeRabe/*Sil.*
WaſſerRabe/
Feucht Ars/
Schaluchorn/
qvaſi ein Schlucker.

Corvus aqvaticus, qvem mihi anno 1602. 30. Auguſti nobiliſſim. Dom. Daniel Gotſch miſit, ponderabat ℔. j. Magnitudo ei feré Anſeris Brantæ. Longitudo dodrantum iiij. & digitorum trium. Latitudo ſex dodr. & palmorum ij. Coloris eſt nigri in Capite, Collo & Dorſo. Venter albet. Roſtrum acutum & peculiare, ſex digitos longum, ſuperiori parte nonnihil inflexum, unco deſcendente acutiſſimo, piſcibus attrahendis apto, ſuperiús nigricans, utrinqve ut Cornu lucidum. Cutis inferiori Roſtro & utrinq; ſub Oculis obtenditur crocea. Crura palmorum ij. longitudine. digiti pedum qvaterni, nigri, lineis transverſis ſ. circulis qvaſi continuis donati, amplis nigriſq; membranis junguntur. Cauda palmos & digitos duos longa ex 14. pennis conſtans, tota nigra & rigida, ut in Pico majore. Dorſum ſuperius maximé circa uropygium ex nigro viridiq; ſplendet. *Alas* habet longiſſimas, at pennas in eis breviores, (unde tardé volat) qvæ per medium maculis ex cinereo lucidis ac ruſis aſperguntur. Collum pronum cum pectore obſcura ſunt, fuſcis notis varia.

E cranio Occipitis naſcitur oſſiculum trium digitorum longitudine, qvod tenue latiuſculum ab ortu ſenſim in acutum mucronem gracileſcit, & Muſculis colli implantatur, qvale in nulla Ave hactenus videre contigit. Lingva minutiſſima in profundo latitans trigona ſubflava.

Gulam obtinet ampliſſimam ad fauces, qvæ ſenſim prope

prope Stomachum, qvi ad uropygium extenditur albiſſimus, anguſtior redditur. Inteſtina appendicibus donantur.

Hepar bilobium, parte dextrâ qvinq; digitos, ſiniſtrâ vix ij. ſ. longa,

Huic jungitur fel veſicula digiti minimi feré longitudine contenta, qvæ graciliore parte Inteſtinis annectitur, & ventriculum tangit.

Circa lacus, amnes & fluvios vivit. Arboribus inſidet, & in iis nidificat, veluti in baronatu Trachebergenſi, udis ad Bartham locis.

Piſcivorus eſt, voraciſſimus & multi cibi. Per autumnum & veris initio aliqvando ad fluvios & piſcinas Montium Suditorum advolat. Longo ſpacio urinari poteſt, Nec diu admodúm in aqvis natat, ſed freqventiús arboribus aut palis inſidens piſces ſpeculatur.

Pingvedo ejus flavet. Caro nigra, piſcoſi & ingrati ſaporis, ac pravi ſucci. Priusqvam elixatur, aqva calidiſſima præmacerari oportet.

Pellis denſa & craſſa pro tegumento ventriculi frigidioris præparatur, ad promovendam concoctionem.

Coturnix.

Ορτυξ υγος ab Ortygia inſula *Iſid.*

Ορτύκη *hodie vulgò*

Coturnix á ſono vocis.

Qviſcula, Qviſqvila *Arnd. Vill.*

Qvalea *Blond.*

Qvaqvila

Currelinus á currendo.

Eine Wachtel/
Quackel.

Pulveratrix eſt avis. Perdici ſimilis, ſed multis partibꝰ minor. Roſtrum ei breve nigrum craſſiuſculum. Oculi lateritii coloris, pupilla nigra minutiſſima. Crura ſubrubra, digiti qvatuor, ungviculis fuſcis. A roſtro ſupra Oculos & Aures linea inſignis longitudinis ad cervicem usq; excurrit, ſub qva circulares aliqvot maculæ, ſeu lineæ potiús, albæ nimirum binæ, tres nigræ alternatim poſitæ ſunt. Collum rufum plané albis intercurrentibus lineolis. Pectus & venter albida.

Supina-

Supina ejuspars fermé nigricat, albis oblongis deorſum tendentibus lineis.

Femina fermé teſtacei eſt coloris ſuperiús ad Cervicem, dorſum, caudam & alas. Ad Mentum& pectus ſublutei,ad ventrem feré albi. Roſtrum fuſcum, & pedes luteſcunt: Tota minor Mare,& pennulis ceu capillis ſupra roſtrum, ac macula nigra Mento ſubjecta Maris caret.

Ingluviem & gulam infrá prope ventriculum amplam & latam habet.

Cor ei triſulcum Muricis modo. Jecur, & fellis conceptaculum Inteſtinis agglutinantur, qvibus exiguum canalem communicat, per qvem bilis delabitur.

Teſtes ſub Jecinore continentur, ut in Gallinaceo.

Campeſtribus delectatur locis, in ſegetibus virentibus & earum ſtipulis latitans. Paſcitur vermiculis & feminibus. Milio, Tritico & aqva pingveſcunt. Ægré admodum propter ſui Corporis pondus volant. Sunt enim Corpore grandiore, qvám ſuis pennis deferri poſſint.

Salaciſſimæ ſunt, & in plana area inter ſegetes ex calamis,feſtucis & vepribus nidos conſtruunt. Et ſufficit unus mas multis feminis.

Ova pariunt dena, duodena, qvindena feré, Columbinorum magnitudine, cinerea, maculis purpuraſcentibus reſperſa. Pullos excluſos ut gallinæ incubando fovent, prodeuntes ducunt & ſubindé transferunt, ſecundum illud *Babtiſt. Mantuani*.

Sedula per ſtipulas tenera
cum prole Coturnix
Paſcitur, & magno natorum
examine Perdix.

Capiuntur á Noſtratibus aucupibus primo acceſſus tempore, reticulis viridibus, illectæ fiſtulis ex oſſe & corio confictis.

Pingves ſunt & grati ſaporis, & apud nos in delitiis habentur, cúm Veteres eas á menſis prorſus amoverint. *Plin.* cauſſam aſſignat, qvód veneno alantur: Helleboro nimirum & Comitiali morbo laborent. *Avicenna* earum eſum diſſvadet, qvód Tetanum & Spaſmum inducant, utpóté nimia pingvedine palato gratiores, ita ventriculo & concoctioni ineptiſſimæ, exigui nutrimenti. Hinc

Baptiſt.

Digitized by Google

Baptiſt. Fiera.

Sint autumnales croceo tibi pabula lumbo,
Sive coturnices, ſive voces Qvaleas.
Senſibus hæc mala ſunt, tenebrisq; replentia fuſcis,
Ventri inviſa, malis febribus exitium.
Si tamen ulla tuos circumvolitaverit orbes,
Cæna tibi non ſit, ſed leve prandiolum.

Caro ſecundum **Averrhoëm** temperata eſt, & ad caliditatem pauló propenſior, ac tenuis ſubſtantiæ, optimiq; ſucci. Qvare ſanis, & iis qvi convaleſcunt, alimentum eſt ad bonam valetudinem accomodatiſſimum. **Grapald.**

In pretio ſum nunc, olim damnata Coturnix,
Vox, nomen, pretium, dat ſapor ipſe mihi.

Eduntur plerunq; aſſæ.

Ova genitalibus inuncta, voluptatem inducunt, & pota libidinem augent.

Adeps in Sole deſtillatur ad Oculorum maculas: cum pauco Helleboro, ad vim amoris excitandam, pudendis Membris á Joh. Kufnero inungitur.

Ad Comitiales, Coturnicum Cerebrum ex ungvento Myrteo tritum, ſtanneo vaſe reponito, eoq; faciem illinito, miraberis effectum **Gal.**

Coturnices ad nos Majo veniunt, & Auguſti fine diſcedunt.

Cuculus.

Κόκκυξ, á κοκκύζειν, id eſt cucurire.

Cuculus á ſono vocis, qva ſemper ſeipſum nominat.

Cuculus major, prior **Vlyſſ. Aldrov.**

Ein Kuckuck/ſil.
Guckauch/
Gucker/

Avis eſt pigerrima, timidiſſima, é genere Accipitrum. Longitudo á roſtro ad caudam extremam, ſpithamarum duarum & palmorum totidem. Latitudo alis expanſis ſpithamarum trium. Roſtrum acutum, leviter aduncum, anterius nigrum, caput verſus fuſci coloris. Tibiæ breviores croceæ, ut & digiti qvaterni antrorſum, & retrorſum bini, ungvibus aduncis armati. Prona pars tota tam cinerea (ſub gulà & collo)

qvám alba (in ventre) lineis ſeu maculis transverſim ductis oblongiuſculis fuſcis diſtingvitur; at non continuis, ſed interruptis. Supina tota, nempe Collum, dorſum, alæ, nigris ac ferrugineis pennis variat, extremæ plerunq; oræ albicant. Alarum remiges fuſcæ totæ in mediis extremis undiqvaq; albentes, ultra mediam caudam qvám longiſſimé protenduntur. Cauda palmos duos, & dig. j. longa, ex pennis decem condita nigricat, punctis albidis juxta ſpinam referta, & lineis utrinq;, ſecundum longitudinem ferrugineis. Rictus oris cum interiori capacitate & lingva intenſé crocea.

Nares in ſuperiore Mandibula tubercula qvaſi rotunda.

Et Cuculi cuculant, fritillat rauca Cicada.

Vermibus & aliis inſectis qvibusdam, ut Muſcis & Erucis vivit.

Hyeme in cavernis arborum latet muta, qvaſi mortua.

Procedit vere. Auditur á feſto Jacobi usq; ad feſtum D. Johannis, aliqvando ad Jacobi usq;.

Parit in nidis alienis, præcipué in Palumbium, Currucæ, Alaudæ, Rubeculæ, Motacillæ, majori ex parte Ova ſingula, raró bina.

Pullus Cuculus, dum in nido ab aliena matre educatur, pingvis eſt & boni ſaporis: ob id ab Italis in cibum recipitur. A culinis Sileſiæ prorſus abdicatur, utpoté a... impura & excrementitia.

Cuculus exuſtus datur utiliter febricitantibus paroxyſmi tempore, Nobilium vulgato uſu. Medetur Epilepticis.

Cineres ad dolorem & Ventriculi humectationem valent.

Fimus in vino coctus, & potus, morſum Canis rabidi curat.

Mirandum refert *Plinius, lib. 30. cap. 10. nat. h.* (at ſuperſtitioſum) de Cuculo. Qvo qvis loco primúm audiat alitem illam, ſi dexter pes circumſcribatur, ac veſtigium defodiatur, non gigni Pulices ubiq; ſpargatur.

Apud

Apud Plebejos & Pueros Sileſiæ noſtræ conſvetudo inolevit, ut qvi primó Cuculum ruri canentẽ audiant, petant ab eo per ludum, aut ex veteri antiqva ſuperſtitione, ut numerum annorum, qvos adhuc ſuperſtites victuri ſint, ipſis præſagiat. Numerant veró totidem annos, qvoties ille ſuum κόκκυ per intervalla, poſt qvæſtionem factam repetiverit.

Proverbium Germanis notum: Du lohneſt mir wie der Graſemücken der Guckuck. id eſt, Mercedem reddis, qvam Cuculu[illegible]rucæ: de homine beneficis ingrato.

Ingratus Cuculus, in eos qvi accepti beneficii immemores, malefactum pro benefacto rependunt. Fertur enim Cuculum patrem non ſolúm deglutire Nutricis ova, & propria relinqvere, verúm etiam ipſam nutricem tandem excluſo pullo devorare.

Saliva Cuculi, Guckuckſpeichel.

Salivam ſpuere vulgus credit. Verúm materia illa aërea, qvæ ſæpé æſtivis temporibus herbas inficit, ſpuma non eſt, ſed exhalatio ſeu Manna aërea, qvæ facilimé putreſcit; & omnis generis Vermiculos & araneas gignit, ac ſæpé herbas & integras arbuſculas, niſi abſtergatur, adurit ac corrumpit. Aliqvando ternum ramuſculum ambiens, inſtar Piperis longi, granulis veluti multis induratur, qvi exemtus tubulum refert, per qvẽ ſi potus Epilepſia correptis offeratur, eos erigere vulgi perſvaſio: Guckuckſpey.

Cuculus mutat colorem. Nam vere ſupina parte totus feré ex nigro ſubcæruleus exiſtit, parum ferruginei coloris obtinens. Cauda nigricans longiſſima, qvarum pennæ ad ſpinam maculis albis inſigniuntur.

Autumno per totum Dorſum, Alas, Caudam, fuſco, ferrugineo ſeu lateritio, & albo variat colore; ſupra uropygium pennulæ, veluti Pavonis ſpiculum relucent.

Cuculus junior.

Cuculus major alter, **Vlyſſ. Aldr.**

Cuculus pullus.

Digitized by Google

Ein Junger Kuckuck.

Hic anno 1601. Furis nocturni nomine ad me miſſus fuit menſe Auguſto. Cujus longitudo erat dodrantalis & duorum digitorum. Roſtrum breve, acutum, ſenſim arcuatum, fuſci coloris; interius croceum. Pupillam nigram ambiebat circulus luteus. Caput, Cervix, Dorſum, Lumbi, Alæ ſuperiores leucophea erant, lineis albis transverſim intercurſantibus. Remiges Alarum pennæ ſtriis ferrugineis transverſim inſigniebantur. Omnium veró apex exterior linea candidiſſima adornatus erat. Cauda qvinqve digitos longa ob pennarum inæqvalem longitudinem ſenſim acuminata, fuſca erat emicans tantillum ferruginei, ex pennis decem, qvæ utrinq; ad nervum albis notis, figuram qvodammodó Cordis æmulantibus, interjecto inter ſingulas medii digiti ſpacio, pulcerrima ſerie & jucundo ſpectaculo reſperſæ erant. Venter, Pectus, uropygium ex cinereo albicabant, intervenientibus transverſim lineis nigris. Crura breviſſima ad pedes usq; propemodúm plumulis tecta, crocea erant tabellis cincta, uti & pedum digiti ad ungves usq;, qvi & ipſi nonnihil flaveſcunt latiuſculi. Digitos obtinebat utrinq; nempe ante & retró pares, ut in Pico.

Curviroſtra.

λοξία Fabric. Geſn. Vlyſſ. Aldr. á roſtri obliqvitate.
χλώριος Ariſt. Nonnull.
an Tragon Plin.
Avis crucifera.
Cruciata.
Ein Krinitz/ Krinis/ } Sil.
Krumbſchnabel/
Creutzvogel.

Avis olim rariſſima apud nos erat, hodie etiam Pueris nota, pauló major & longior Fringilla ſangvinea. Color ei per totum Corpus varius, qvem tempore & ætate mutat. Nunc enim ad flavum, nunc ad rubicundum, nunc ad viridem, nunc ad cinereum ſeu griſeum magis declinat. Roſtrum cornei coloris, cujus ſummæ partes ac mucrones in Crucis morem invicem tranſpoſitæ ac decuſſatæ ſunt. Caput magnum, Crura ſubrubent.

Sudetes

Sudetes montes incolit, freqvens circa giganteum, & alia frigidiora loca. Nidificat in cavis Arboribus, & pullos excludit, Januario circa natalitia Christi, Aprili etiam & Majo. Voraciſſima eſt, & nucleis Pinaſtri & Abietis in cibo fruitur. Semine Cannabis miré delectatur ac pingveſcit.

Caveis incluſa ferreis (ligneas enim confringit) roſtro ac pedib⁹ ſurſum deorſumq;, inſtar Pſittaci, reptitat. A potu pocillum roſtro, ſi poteſt, abjicit. Ingenii eſt ſimplicis & ſtolidi: at ſvaviſſimé modulatur hyeme & æſtate.

Non qvotannis viſitur. Aliqvando turmatim montana advolat. Vulgus earum copiam, annonæ caritatem ſeu peſtem præſagire credit. Qvod ante ſeptennium & ſex annos á me diligenter obſervatum fuit. Ingens enim harum Avium erat captura adeó freqvens, ut etiam pagos & oppida appropinqvaret. Seqvuta ſunt brevi póſt tempore fames ingens & peſtis vehemens.

Viſco facilimé capitur, ſuppoſita allectrice, maximé Majo & Junio, cúm cæteræ aves nidificant.

Cibo non eſt inſvavis, ſaporis grati & ſucci bóni. Calculoſis & Artheticis commendatur. Probum enim, ſiccum & minus excrementitium nutrimentum generat.

Aqvam in corniculis ſeu vaſculis potoriis, cui roſtrum ſæpiús immerſit, Caduco morbo repugnare, ejusq; inſultus coërcere, experimentum notum.

Erat femina nobilis in vicinia, qvæ alitem hanc eam ob cauſſam cavea incluſam alebat, ut aqvam Paupercculis Monticolis prædicto Morbo correptis propinaret, nec infelici ſucceſſu.

Qvidam ob id detinent, perſvaſi, Eas domos, in qvibus ſunt, non conflagrare incendio, nec á fulmine tangi: at hoc vanum & ſuperſtitione plenum.

De hac egregium extat Elegiacum carmen D. D. *Johannis Majoris poëtæ celeberrimi.*

Obvia Naturæ rerum veſtigia mentis
Certa ſuæ impreſſit conditor ipſe Deus.
Inq; feris qvæ mente carent, & moribus harum,

Qvæ fugienda homini, quæq; ſeqvenda monet.
Eſt Avibus pietas inter ſe, eſt gratia qvædam,
Et ſuus in Dominos eſt amor atq; fides.
Id docet exemplo volucris pia & advena qvædam,
Chriſtiferæ geſtans æmula roſtra Crucis.
Tempore natalis Chriſti parit: inde triumphi
Tempore per ſylvas agmina veſca volant.
Cúm reliqvæ indulgent ovis, hæc uſibus apta eſt.
Nec nulla in cantu gratia ineſſe ſolet.
Fert etiam imperia, atq; agnoſcit herilia juſſa,
Et cavet infantes ne mala Luna premat.
Orta ſagax noctu increpitat vulcania damna,
Matribus & fætus non ſinit eſſe graves.
Fama eſt, has roſtro tentaſſe revellere clavos,
In cruce pendentem qvi tenuêre Deum.
Si qva crucis Chriſti ſtat imago lignea tectis,
Inſidunt, clavos & ruere ore parant.
Fama pium affectum notat, & qva novimus illas
Præ reliqvis Avibus laude vigére, fidem.
Vix uno ſervata die duo nominis hujus
Forré mihi ex cavea plumea turba volat.
Itq, reditq; viam in ſylvas, rurſumq; freqventat
Tecta, ſuum plenus dum facit annus iter.
Ergo me cantus monet, & pietatis imago
In cruce, qvo Chriſti ſim memor ipſe Crucis.
Aeqvo animo perferre Crucé, & dare præmia laudum,
Par eſt, qvos ſalvos Crux tua Chriſte facit.

Aucupes Sileſiæ Cruciatæ avis aliqvot differentias agnoſcunt, ex colore, magnitudine, anni tempore, & Roſtri flexura deſumtas,

Quantitate.

Minores, kleine Kriniſſe/ gemeine Kriniſſe.

Majores, Corviroſtræ, eqvinæ. Roß Kriniſſe. groſſe Kriniſſe,

Colore.

Rubræ, ſangvinei coloris Rote Kriniſſe.

Flaveſcentes,

Flaveſcentes, aurei coloris.

geelbe Kriniſſe.

Incanæ, griſci coloris, veluti Juniores.

graue Kriniſſe.

ποικιλαὶ id eſt varii coloris.

bundte Kriniſſe.

Roſtri flexura.

Aliæ Roſtrum obtinent dextroſum, aliæ ſiniſtram verſus decurtatum.

Recht/ geſchrencfte Kri- Lincks/ ſniſſe.

Tempore Partus.

Qvædam pariunt hyeme, qvæ vocantur hybernæ, Hyemiparæ.

Winter Kriniſſe/ ChriſtKriniſſe.

Qvædam pullos excludunt vere, & nominantur Vernales ſeu Æſtivæ.

SommerKriniſſe.

Aliud genus ante ſexennium in hiſce montanis hyemis initio apparuit, qvod huic forma & colore omninó reſpondebat, ſolo roſtro differens, Cui erat longiuſculum rectum. Pauló major Bombycilla, minor Turdela, roſtro fuſco, Coloris rubicundi & flaveſcentis, non aliter ac Crucifera. Vulgus appellabat Schneevogel/Neuvogel.

Laqveis ex ſetis eqvinis Turdis poſitis facilimé capiebatur. Sorbi enim aucupariæ baccis vivebat. Adeó ſtolida erat, ut ſe etiam manibus capi permitteret.

In cibum recipiebatur, non ingrati ſaporis.

Curruca.

ὑπολαΐς *Ariſt.* qvód vermibus paſcatur.

ἐπιλαΐς
Curruca
Andothia *Albert.*
Paſſer gramineus.
Eine Graſemücke/ *Sil.* Graſemüſche.

Avicula colore & Corporis figura luſciniæ feré ſimilis. Supina parte tota cinerea, Prona albet, partim diluté cinereo colore reſperſa. Roſtellum rectum, fuſcum, Cruſcula nigricant, vertex punctulis nigris maculatur.

Paſſim

Paſſim in hortis & pratis prope oppida & pagos æſtate cantu ſuo exhilarat, qvo Luſciniam feré refert.

Vermiculis alitur arbores perreptando.

Nidum ſuſpendit inter gramina rotundú. Ova Majo plerunq; qvinq; parit, aliqvando ſeptem ſubviridia, punctis minutiſſimis varia, qvæ ſi digitis tangantur, ea non amplius fovet, ſed relinqvit. Hyeme avolat.

Aliqvando alienos pullos pro ſuis educat. Cuculus enim Ova, propriis ejectis, ſua reponit, qvæ fovet & excubat.

Cyanopus.

Ἀστερίας **Ariſt. Peuc.**
Falco hyacinthinus **Albert.**
Accipiter ſtellaris **Eber.** *&* **Peuc.**
Avis phœbea.
Ein Blawfuß.

Accipiter eſt ferox, Corpore grandi, punctis & notis qvibusdam ſtellas referentibus reſperſus. Oculi varii pellucidi, circulo aureo, pupilla nigra. Corpus oblongius, femoribus præſertim longioribus. Crura ſeu tibiæ reſpectu femorum brevia ac craſſa. Pedes magni ac craſſi, cærulei ſeu azurini. Dorſum, Alæ ſuperiores & cauda Indici coloris.

Arboribus excelſis Montium nidificat. Ova parit qvinq; cumplurimúm.

Venatur Coturnices, Perdices, Cornices, Columbas, in qvas ſubitó ac conſpexerit maxima velocitate & impetu irruit, neq; perſeqvi deſiſtit, donec in poteſtatem ſuam redegerit.

E numero eſt Pugillarium dictorum, id eſt qvi emiſſi prætento pugno revocantur.

Emberiza varia.

ξανθόρυγχος.
Paſſer hybernus, μελανόλευκος
Avis peregrina á D. Piperino miſſa. **Geſn.**
Avis Merulæ congener. **Vlyß. Ald.**
Ein Winterling/
Schneevogel/ Neuvogel/ } vulgó.
geſcheckter Emmerling.

Figura tota Aureolam ſeu Emberizam flavam refert, excepto colore & magnitudine, qvâ Alaudam feré æqvat longitudine palmorum duorum, & digitorum totidem.

Roſtrum

Roſtrum ſimile robuſtum, craſſiuſculum, intenſé flavens, triticei grani colore, in extremitate nigrum. Oculos nigros exornat circulus obſcuré purpuraſcens. Caput totum ex cinereo ſubrubet, macula juxta oculos ferruginea. Prona pars candida, præter pectus, qvod colore ferrugineo reſpergitur. Cauda pennarum duodecim, qvarum mediæ nigræ, ternæ extremæ utrinq; candidæ ſunt. Alarum pennæ qvatuor Corpori proximæ atræ ſunt, oris extremis ſpadiceis; reliqvæ omnes candidiſſimæ, præter majores ſeptem remiges, qvarum extrema ad medietatem atra ſunt, & binas parvulas ſuperiores, juxta remigum radices.

Dorſum cinereum, atris maculis varium, ad Uropygium rubore lateritio maculatur. Radices pennularum inveſtientium omnes nigræ ſunt. Cruſculis incedit Aureolæ, ſed cum ſplendore ut in Merula atris.

Ungviculi ſimiles ſenſim incurvi, poſteriore ut in Alauda cæteris longiore. Ventriculum obtinet craſſum & latiuſculum ut Gallinæ, cui junguntur Inteſtina admodúm gracilia, paucis revolutionibus contexta. Fel Hepati & Inteſtino jungitur exiguum.

Remiſſior color eſt Feminæ. Dorſum enim cinereum, fuſcis notis varium. Similiter Alarum remiges, & qvæ dorſo vicinæ fuſcæ ſunt. Superiores cinereas, qvæ in Mare totæ candidæ ſunt, lineolæ albæ interſecant. Collum ſuperius cinereum cum vertice, ex qvo nonnihil flavedinis emicat.

Spermologus eſt, & hyeme gregatim apparet apricis & ſecus itinera locis, ubi grana & ſemina ex plantis arefactis legit.

Capitur viſco & reticulis in Sileſia inferiore ad Croſſenam, Grünebergam, Sviboſium, & vicinis locis: & in cibum recipitur, ſaporis non ingrati, Monticolis ignota.

Vere imminente recedit, nec æſtate conſpicitur. Ubi nidum ſtruat qvando pariat, & unde volet, nondum exploratum.

Vocem edit altam, num cantillet non habeo qvod dicam. In hypocauſtis ad menſes duos trésve, ſemine Milii

Digitized by Google

Cuſcutæ, figopyro &c. aliqvando enutrita fuit, absqve cantu.

Falco.

φάλκων

Falco á pede introrſum arcuato, ſeu á falcato ungvium hamo.

Ein Falcke/.
Falcket.

Accipitrini generis nobiliſſima ſpecies, & animo & audacia reliqvis plurimúm præſtat.

In rupibus & montibus Bojemiam á Sileſia diſterminantibus Falcones naſcuntur, inde nomina á Falconibus qvibusdam locis ceſsère, Falkenberg, Falkenhain, Falkenſtein, &c.

Cicurantur, domantur, condocefiunt, manſveſcunt ad aucupia.

Differunt natalibus, magnitudine, colore, ſexu, ætate.

Falco montanus.
Geſn.

Falco montanarius *Albert.*
Cybindus, Accipiter noctturnus. *Plin. Eber & Peuc.*
Ein Birckfalck/
Bergfalck.

Corpus ei breve & valdé ſpiſſum, Pectus plané rotundum & magnum. Crura fortia & brevia, Pedes nodoſi, ungvibus fortioribus. Dorſi Alarumq; exterior color cinereus, qvi paulatim fuſcus clarior efficitur & pallidior.

In Montium rupis nidulatur.

Ferum eſt hoc genus, malis moribus præditum & iracundum.

Falco peregrinus.
Geſn.

Falco communis
Falco migrator & commeator.

Ein wanderfalck/
gemeiner Falck/
frembdling Falck.

Qvi ſemper peregrinatur, & migrat de una regione in aliam. Minor eſt montanario, Cauda brevi, alis longis, Capite craſſo, Coxa longa, Cruribus, brevibus, iisdem & pedibus albicantibus.

Boniseſt moribus ſi, bené nutriatur á Falconariis.

Falco niger.

Falco Carbonarius
Ein Kohlfalcke.

Figura

Figura peregrino per omnia ſimilis, at brevior. In dorſo & exteriore Alarum parte & Cauda tota fuſcam habet nigredinem. Guttas in facie Falconarias prorſus atras, qvæ circumfunduntur qvodam obſcuro & fuſco pallore.

Falco candidus.

Falco albus.
Falco Moſcoviticus.
Ein weiſſer Falcke/
Moſchowitteriſche Falck/

Major eſt Falcone peregrino. Figura Pedum, ungvium, Roſtri ac totius Corporis, naturam Falconis præ ſe fert. In Dorſo & Alis ſubalbus eſt, alibi veró maculas ſeu guttas habet valdé albas, aliis guttis ſubpallidis interpoſitas.

Hunc mittit Septentrio & Oceanus é Norvegia, Svecia, Eſtovia, Moſcovia. Ante annos qvinqve loco muneris á Moſchoviæ Duce ad Imperatorem Romanum per Legatos, qvatuor albi Falcones Pragam miſſi ſunt.

Albus Falco perqvam audax & bonus, nec unqvam á natura Falconis aberrat.

Falco ſacer.

Ἱέραξ
πέρκνος *Ariſt. Eber. & Peuc.*
Falco Britannicus *Symmach.*
Falco Aëriphilus

Ein Sacker/Socker Falck/
Stocker Falcke/
Köppel/ qvaſi copulatus
Stos Falcke.

Magnitudo ei feré Aqvilæ, Cruribus craſſis & ungvibus maximis. Oculi flammei ex citrino ad rubeum declinant. Caput magnum, roſtrum fortiſſimum, Cauda longa, pennæ rufæ, vox barbara.

In altiſſimis montibus nidificat.

Nulla eſt avis tanta, qvam non ſtatim dejiciat, nec unam tantúm, ſed qvotqvot habuerit obvias.

Amat hominem & Canes venaticos.

Falco medius.

Hierofalco qvaſi ſacer Falco.
Hierofalchus
Herodias qvód Ardeas venetur.
Ein Gier Falck/ ſil.
Ger Falck/
Mittel Falcke/
Reger Falck.

Probis pedibus præditus eſt, digitis longis, Corpore valido & pulcro, præſertim poſtqvam pennas mutaverit.

Strenuus ac ferox eſt, ad omne aucupium utilis.

Falco mixtus.

Falco montanus cæruleus.

Falconis montani ſecundum genus *Vlyſs. Aldrov.*

an Falco cinereus ſeu leucophæus Eidem ?

Ein Zwitter Falcke/
Liechtblauer Blaufuß/
Aſcherfarbener BergFalcke/
Spring Blawfuß / *Nonnullis.*

Avis eſt elegans & audax, ſpithamas ij. & digitos iij. longa, lata ſpithamas iiij. & palmos ij. Roſtrum habet breve uncum, Indici feré coloris. Crura alta, Tibiæ graciles longæ luteæ, ungviculis nigris acutiſſimis, digiti exteriores duo utrinq; tunica aliqvatenus junguntur Color cinereus ad cæruleum vergens dilutiús obſcuriúsve pro diverſa partium ad lucem obverſione. Capitis, Colli, Gulæ, Alarum ſuperiorum & Cauda dilutius, Dorſum obſcurius; Pectus cum ventre toto & femoribus plumoſis nivei ſunt candoris, Alarum remiges ſex nigræ ſunt, reliqvarum extremitates tantúm nigræ ſunt, mediotenus ſecundum ſcapi longitudinem albæ. Nares membrana circumtegit lutea; juxta Roſtrum & Oculos albet: Oculi pupilla ex nigro cærulea. Cilia ſeu ambientes circulum membranulæ luteæ ſunt, ut & iris. Capite donatur craſſo & Collo, Corpore admodum gracili. Alæ ad mediam feré Caudam extenduntur, qvæ dodrantem longa ex duodecim pennis, dilutè eſt cinerea, qvarum mediæ dilutè cæruleæ ſunt, exteriores qvatuor, utroq; latere binæ candidæ, omnes ad nervum utrinq; maculis triangularibus *fuſcis* inſigniuntur. Supra Oculos juxta roſtrum pennulæ ut pili rigent.

Hepar totum ſangvinei coloris, notulis albicantibus continuis reſperſum erat, inter qvod & Inteſtinum fel praſini coloris hærebat.

Venatur aviculas, & perdices inſeqvitur, cujus partem pené conſumtam in ventriculo diſſecto reperi.

Rariſſimus

Rariſſimus eſt, circa Paſchatis feſtum á qvodam Cive mihi communicatus fuit, qvem bombardæ globo interfecerat extra oppidum in montanis.

Falconellus.

Falco parvus
Falconellus feriens.
Ein Stoß Fälcklin/
kleiner Falcke/
Lerch Fälcklin.

Longitudo ei ſpithamalis cum Palmo, pallidi pedes, ſeu ſubflavi. Dorſum nigrum ad Indicum inclinat, Pennæ Alarum nigriores. Pectus albidæ & nigræ maculæ variant. Oculi toti nigri, qvos circulus anguſtiſſimus pallidé luteus in periophthalmio ambit, Genæ albæ, Gula in maſculo rubet, in femina pallet.

Cauda fuſca maculis transverſim nigris diſtingvitur. Sub uropygio ſpicei eſt coloris. Femora ad tibias fuſca ſunt. Alæ longiſſimæ ultra Alas extenduntur crucem efformantes. Roſtrum cæruleum,

In montibus nidulatur.

Freqvens ejus uſus in aucupio, maximé ad Alaudas & Perdices capiendas.

Falco paluſtris.

ὁ καταῤῥάκτης
Falco littoralis.
Ein Rohr Falck/ Sil.

Milvi feré eſt magnitudine, Corpore longiore. Roſtro adunco nigricante. Cruribus craſſioribus, ſqvamoſis, cæruleis, digitis ſimilibus, qvi ungvibus armantur nigris acutiſſimis. Per Dorſum ex fuſco purpuraſcit, in Capite dilutius. Alæ longiſſimæ & acutæ qvarum majores pennæ lineis fuſcis interſecantur. Venter ſubalbidus. Oculi lucidiſſimi ſunt.

Omnium ignobiliſſimus eſt. Circa paludes, piſcinas & flumina degit, & piſcibus tantúm victitat.

Præceps ex alto in aqvas ſe dejicit, & diſcuſſis Pectore aqvis piſces rapit.

Fringilla.

Σπίζη **Ariſtot.**
Vinelia Avis **Albert.**
Fringilla.
Eine Fincke/
Buch Fincke/
rotte Fincke.

Paſſerem magnitudine æ-

 qvat,

qvat variis coloribus, albo nempe, viridi & rufo diſtincta. Maris pectus rubeſcit, feminæ pallet. Cauda fuſca exterioribus utrinq; binis albicantibus. Nidulatur in arboribus, earum ramis appenſo nido ex Muſco & Lana Ova parit numero v.

Cantat mas primo Vere usq; ad ſolſtitium. Aucupes eas obſcuro loco reſervant aluntq;, Autumno canoras ad aucupium extrahunt, pro reliqvis Avibus ad retia alliciendis.

Veſcitur ſem. Papaveris, Lini, Cannabis &ç.

Autumno & primo Vere, ubi gregatim volat, capitur. Hyeme avolat paucis ſuperſtitibus.

Editur aſſa & elixa. Amariuſcula eſt, nec mali ſucci. Stomachicis non in utilis.

Fringilla candida.

Ein weiſſe Fincke/
weiſſe BuchFincke.

Priori omni ex parte ſimilis, præter colorem qvi totus candidus.

Rariùs occurrit.

Fringilla torqvata.

Ein RinzelFinck/

Similis eſt Fringillæ vulgari præter torqvem albam, qvæ Collum cingit, & verticem plumulis candidis nitentem.

Capta fuit in ſylvis ad Kotznam.

Fringilla hyberna.

Ὀροσπίζα
Fringilla montana
Fringilla hyberna, nivalis.
Montifringilla.
Eine WaldFincke/
WinterFinck/
SchneeFinck/
DannenFinck.

Fringillæ æqvalis, & magnitudine proxima, ſed collum habet cæruleum, roſtrum luteum. Alæ variis coloribus, albo nigro & luteo diſtingvuntur. Vox illi inſvavis & ſtridula.

In montibus verſatur.

Fringilla ſangvinea.

πυῤῥούλας *Ariſtot. Turneri.*
Fringilla alpina
Pyrrhula
Ignaria
Rubicilla *Geſn. Eber. & Peuc.*
Ein BlutFincke/
Luh/LohFincke/*Sil.*
Rott vogel/

Bollen.

Bollenbeiſſer/ id eſt νυμφηκόπος

Thumherr/

Thumpfaffe/ á vertice nigro; qvi niger qvaſi Cucullus.

Gümpel.

Magnitudine Alaudam æqvat, Paſſere major, roſtro brevi,craſſo, nigro, fermé triangulo. Color Dorſi & alarum ſuperiorum cinereus. Capitis, Alarum pars inferior, & Cauda nigricant. Poſt Oculos, Collo & Pectore igneo rubore nitet, qvi ventrem verſus dilutior eſt, imo ventre ad uropygium pallet.

Femina tota prona parte pallida eſt,cætera Maſculo ſimilis, vertice tamen nigro.

Fruitur gemmis Arborum, acinis etiam fruticum qvorundam, Sambuci paluſtr Juniperi, Sorbi &ç.

Æſtate rariſſimé & nunqvam feré apud nos apparet. Autumno & hyemis initio montoſis freqvens, nec tamen ſingulis annis.

Alitur in hypocauſtis cantus gratiâ ſemine Cannabis& facilé cicuratur. Perqvám docilis eſt, & fiſtulam voce ſua imitatur.

Autumno tendiculis ex ſetis eqvinis capitur, & in cibum recipitur, non mali guſtus.

Pyrrhula candida.

Fringilla montana alba.
Ein Weiſſer Thumpfaffe/ Gümpel.

Anno 1601. capta eſt in pago Fiſchbach colore prorſus candido, paucis in Dorſo nigriuſculis plumulis elúcentibus.

Fulica.

Κέπφος *Ariſt.*

φαλαρίς *Nonn.* á mucula alba, φάλον enim album & ſplendidum ſignificat.

φαλαροκόραξ
Λοῦφα, Ἰερυγὰς *Turm.*
Fulica Recentiorum *Geſn.*
Gallina aqvatica *Agric.*
Gallina Arundinum.
Follega, Follata
Fulſa,Fuſca
Mergus niger.
Ein Waſſerhun/*Sil.*
Rohr-Henne/
Pfaffe.

Mergi

Mergi genus. Avis aqvatica nigra tota, Anati ſimilis, at pauló minor, tres ſpithamas longa,& qvatuor extenſis alis lata. Roſtrum ei acutum, craſſum, longiuſculum, candidum. Pedes obſcuré glauci, circa genu ſupra & infra ex viridi flaveſcunt. Digiti cum calce tres, ut in Colymbis fiſſi, qvibus per internodia tunicæ ſemicirculares, ejusdem cum pedibus coloris, ora exteriore nigricante, junguntur, ungviculis fuſcis rectiuſculis acutis. Color per totum Corpus niger, in Collo & Capite nigerrimus. Venter dilutiús ad cinereum inclinat.

Syncipur glabrum, figura fere ovali, albâ pellicula tectum, Calvitii ſpecie. Collum oblongum, Cauda breviſſima. Ventriculus calloſus craſſior ut Anſerum. Hepar majus ſine felle, qvod Inteſtinis implicatur, conſpicitur. Alarum ſuperior ambitus per anguſtam lineam albicat in Mare.

Freqvens apud nos in lacubus, piſcinis, & fluviis, nec facilé, recedit, ſi eſcam habet & pacem.

Veſcitur ſeminulis plantarum aqvaticarum, Gramine, Piſciculis, vermibus &c. Super ſtipites in aqvis nidum extruit.

Admodúm pingveſcit Autumno. Caro ejus qvid grave & paluſtre olet.

Qvapropter prius aqva fervente elixatur, ut odoris virus exhalet: deinde aſſatur & conditur.

Succum gignit minús probum,& bilioſum.

Cor crudum comeſtum Epilepticis prodeſſe creditur.

Cerebrum cum veteri oleo permixtum Ani paſſiones curat.

Fulicæ matutino clangore tempeſtates prænunciant; qvod carmine Aratus confirmat.

Cana Fulix itidem fugiens ex
gurgite Ponti,
Nunciat horribiles clamans
inſtare procellas,
Haud modicos tremulo fundens ex gutture cantus.

Gallus domeſticus.

Ἀλέκτωρ, qvia nos á lecto exuſcitat.

Ἀλεκτρυών

Gallinaceus abſoluté

Gallus gallinaceus.

Ein Han/

Haus Han.

Avis

Avis eſt altilis canora, faucibus & capite criſtata, plusqvám notiſſima.

Gallo colores ſunt diverſi, & in ſingulis vel color unus per omne Corpus, id eſt flavus, niger, candidus, cinereus &ç. vel varii. In cruribus adverſis ſpiculis ornatur.

. Cucurrire ſoletGallus,Gallina gracillat.

Fruitur omnis generis Cerealibus.

Piſcibus item gaudet, Ranis, Rubetis &ç.

Hic præter familiarem uſum, qvem in villam fert, dum gallinas plenas facit, & culinam dapibus opulentat, magno adjumento Patrifamiliâs eſſe conſvevit cantu ſuo, qvo ad opera familiam revocat, monetq; ut abſterſo abOculis ſomno expergiſcantur & vivere diſcant.

Profunda nocte validiús cantat, mané leniús. Novit ſydera, & ternas diſtingvit horas interdiu cantu. Cum Sole it cubitum, qvartaq; caſtrenſi vigilia ad curas laboremq; convocat, neq; Solis ortum incautis patitur obrepere, diemq; venientem nunciat cantu. Cantaturus priús alas excutit,& ſeipſum feriens vigilantiorem reddit.

Virgil. in Moreto.

Excubitorq; diem cantu patefecerat ales.

Ovid. 1. Amorum.

Jamq; pruinoſos molitur lucifer axes,
Inq; ſuum miſeros excitat ales opus.

Ambroſius. Galli cantus,ſvavis nocte & utilis dormientem excitat,& ſollicitum admonet, vigilantem ſolatur, proceſſum Mortis ſignans.

Jus Gallinacei ob nitroſam & ſalſam ſubſtantiam calefacit,lavat, terget, tenuat, flatus diſſipat cum carminativis. Dolorem ventriculi, Coli, Ilei, Renum á flatibus ortum ſedat, obſtructa aperit.

Dysentericis medetur, Serpentium morſibus : qvippe venenorum acrimoniam hebetat, Calculos deturbat, Aſthmaticis& defectumCordis patientibus validam præſtat opem. Idem cum uvis immaturis decoctum bilem utramq; extingvit. Valet in febribus longis Melancholicis, ſuſpiriis, Articulariis

Morbis & Stomachi inflationibus.

Gallorum cum Gallinis nondum coëuntium teſticuli, deperditas in Morbis vires reſtituunt, laudabilis & velocis digeſtionis. Eapropter Hecticis & Maraſmo laborantibus, Morborumq; diuturnitate macrefactis, utiliter exhibentur. Semen prolificum ſuppeditant, & venereas roborant vires.

Fel aqva dilutum, Luminum aciem confortat, & Leucomata tollit.

Fimus ex aceto, vino aut oxymelite contra venena fungorum bibitur: ex aceto morſibus Canis rabidi ſalutaris. Ad Felis morſum cum adipe gallinaceo ſubactum imponitur. Cinis ejus exulcerationes pedum ſanat.

Gallus major exoticus.

Gallus Italicus Patavinus
an ἱππαλεκτρυὼν *Ariſtoph.*
Ein groſſer Welſcher Han/
Paduaniſcher Han.

Grande genus Gallinaceorum, altis Cruribus, nonnunqvam hirſutis.

Ex proximis provinciis ad nos delati ſunt,

Gallina villatica.

Ἀλεκτορίς
Ὄρνις ὄρταλις
Gallina villaris, domeſtica
Eine Henne/
Hun.

Femina eſt in gallinaceo genere, ſed domeſtico.

Gallinæ ingluviem habent ventriculo præpoſitam, & appendices qvasdam parvas infra qvâ deſinit Inteſtinum.

Differunt magnitudine & colore.

Qvædam totæ croceæ, vel ſubflavæ, qvædam nigræ, qvædam candidæ, qvædam variis maculis inſignitæ.

Item aliæ ſunt parvæ, aliæ magnæ.

Veſcuntur ſeminibus Cerealibus, & ſaginantur farina.

Paſcitur & dulci facilis Gallina farina,
Paſcitur in tenebris; ingenioſa gula eſt.

Pulvere

Pulvere impendió delectantur, in qvo ſeſe volutando qvodammodó ſcabunt.

Toto anno præterqvám tribus menſibus brumalibus pariunt. Magna etiam generoſarum nonnullarum, maximé lanigerarum fœcunditas, ut ova 60. vel plura edant ante incubitum. Inhorreſcunt á coitu, & ſe excutiunt. Ovum conſiſtit á coitu, & perficitur decem diebus magna ex parte.

Gallinarum caro melior eſt qvám Gallorum, niſi ſint caſtrati: nigrarum veró, qvæ non pepererunt, melior eſt & levior.

Probum gignit ſuccum, neq; calidum ſeu nimis tenuem, ut facilé in bilem abeat; neq; frigidum ſeu craſſum, ut pituitam augeat, ſed mediocrem ſeu temperatum: facilé concoqvitur, coloris bonitatem facit.

Jus Gallinarum omnes ſuccos Corporis temperat, utiliter bibitur in Stomachi roſionibus.

Ventriculus alimenti bonitate ſvavitateq; reliqvarum Avium omnium ventriculos ſuperat.

Cerebella earum ſubſtantiam Cerebri adaugent, ac ſenſus acuunt.

Contuſum Gallinæ, Ein geſtoſſen Hun. Gallinam percoqvito, donec carnes bené molleſcant, & in pila pulpam uná cum oſſibus contunde: tum cum jure omnia per æneum vas colatorium exprime, modicum vini generoſi & Croci aromatumq; qvantum ſatis adjice, & coqves aliqvandiu. Cúm inferre vis, panem toſtum ſubjice. Cibus puerperis & qvi venam ſecuerunt conveniens.

Paſtilli é Gallinis hoc modo parantur. ℞. Carnis Gallinarum paulatim coctæ qvantum volueris: adde Ovorum q. ſ. Panis ſimilaginei flore lactis macerati ad ſufficientiam: deinde contuſis omnibus cum butyro, aromatizetur Majorana, Petroſelino, Cepis, Macis, Cinnamomo, formentur globuli, albumine Ovi illinantur: bulliant iterum ad ſufficientiam, & addito Croco offerantur.

Plurimúm nutriunt & facilimé concoqvuntur.

Tunica ſeu pellicula interior Ventriculi ἐχῖνος ab aſpritudine dicta, ceu cortex qvidam, amara eſt, adſtringit, roborat, vomitum compeſcit.

Vino lota & exiccata, pota concoctionem juvat: ex vino trita Stomachicis inſervit.

Cerebrum, gingivis Puerorum infricatur á feminis, ut Dentes absq; dolore enaſcantur. Prohibet fluxum ſangvinis, Narium & Cerebri.

Sangvis Gallinarum nigrarum ad maculas & lentigines valet. Leucomata Oculorum & cicatrices cum aqva inunctus ſanat.

Adeps calefacit, humectat, emollit, lenit, medius inter Anſerinum & Suillum. Calidior tamen & ſiccior eſt qvám Suûm, & tenuior ac minimum terreſtris. Rimas Labiorum ſanat. Valet contra puſtulas Oculorum, Lingvæ aſperitatem & Aurium dolores.

Fel abſterſoriæ eſt facultatis, maculas in corpore illitum aufert. Miſcetur Ocularibus liqvidis.

Si Bubo ortus ſit in peſte, Gallus ſeu gallina deplumetur circa anum, & apponatur loco per horam, & in alia hora apponatur alter: & ſic fiat aliqvot vicibus. Ea ratione venenum retrahitur á Corde, & gallina ſubitó moritur.

Gallinam nigram Vetulæ per ſpinam diſſectam, calentem confeſtim Capiti imponere, & faſcia ligare Melancholicis vel deſipientibus, neſcio qva admurmuratione, ſuperſtitioſé jubent, & tandem in flumen abjicere.

Gallinarum pituita, ſeu grando κόρυζα, der Zip/ Pfipff. Id vitium maximé naſcitur apud nos, cúm Cibi aqva calidiore commiſcentur: vel cúm frigore & penuria Cibi laborant. Lingvam extremam reptat pellicula alba, qvæ leviter ungvibus vellitur, & locus butyro illinitur, trajecta per Nares penna aliqvot vicibus, qvô poſſint reſpirare.

Huic malo medentur, Serpillum, Origanum, Tormentilla in potu, Lac ebutyratum, Allium, Cepæ.

Gallinæ, ſi ultra ſolitum ſe concutiant, magnum eſt futuræ pluviæ ſignum.

Gallina

Gallina Italica magna.

Gallina Medica ſeu Decumana.
Ein Welſche Henne/ groſſe rauchfüſſige Henne.

Gallina lanigera, Indica.

Gallina lanata, Turcica.
Eine Wollechte Henne/ Türckiſche Henne.

Gallinæ ſunt peregrinæ, qvæ pennis criſpis inſtar lanæ obteguntur.

Has mittit Fuch urbs Indiæ orientalis maxima.

Ova pariunt optima & plurima.

Gallina altilis.

Eine Maſthenne.
Gallina qvæ ſagina alta & enutrita eſt.

Gallinarum matrices.

Brüthennen.
Sunt gallinæ, qvæ incubando pullos excludunt.

His ſupponuntur non ſolúm gallinarum, verúmetiam Perdicum, & Anatum ova.

Gallinæ glocientes.

Gallinæ veteranæ
Gluckhennen/
Glocientes ſuo ſtrepitu moleſtæ ſunt, & agmen pullorum ducunt.

Gallinæ novellæ.

Mertzhennen.
Graciles ſunt, & plumis contractioribus. Anniculæ ſunt neq; hactenus pepererunt.

Gallinarum Ova.

ὠὰ
Hüner Eyer/

Plinius. Nullus alius cibus eſt, qvi in ægritudine alat, neq; oneret, ſimulq; vim potus & cibi habeat, ac Ova.

Præferuntur aliis omnibus Gallinarum ova, maximé ſi ea ex Gallo conceperint. Eliguntur recentia é Gallinis pingvibus non macilentis nata, oblonga, parva, tenuia, *Si ſumas ovum molle ſit atq; novum.* Gratioris ſunt ſaporis, Ori jucundiora, plusq; afferunt alimenti qvám cætera. Ad æqvalitatem & mediocrem temperiem tendunt. Servantur Ova hyeme in paleis, æſtate in furfuribus aut cineribus. In Ovo ſunt albumen & vitellus, Albumen ad frigidita-

tem, vitellus ad calorem tendit. Ambo autem humida ſunt, potiſs. albumen.

Ova recentia ſunt alimentum ſangvini proximum.

Unde in Regim. Schol. Salern. ſcribitur:

Ova recentia, Vina rubentia,
pingvia jura,
Cum ſimila pura, Naturæ
ſunt valitura.

Ova in aceto cocta, Alvi fluxiones deſiccant, efficatiora fiunt, ſi aliqvid auſteri addideris, & ſuper prunas frixeris.

Noſtrates feminæ Nucem myriſticam, ſem. Accipitrinæ & alia aſpergunt, pueriſq; dyſentericis afferunt.

Ovum crudum totum, admixto Roſaceo, valet ad Palpebrarum, Aurium, Mammarumq; phlegmonas, & qvæ in partibus nervoſis contingunt, ut cubito & digitorum tendinibus.

Ambuſtionibus ſi ſtatim imponatur prodeſt, ſive ſolum candidum, ſive cum vitello. Mediocriter namqve refrigerat, & citra eroſionem deſiccat.

Ova zephyria.

Ova ſubventanea,
Spinnen Eyer/ vulgó
Drachen Eyer.

Parva ſunt Columbarum feré: at prorſus rotunda non oblonga, absq; vitellis. Vulgi opinio eſt, ea eſu Araneorum terreſtrium naſci.

Minus ſapiunt, humida magis & inutilia.

Ovi albumen.

Τὸ λευκὸν τοῦ ὠοῦ.
Ovi candidum, *Plin.*
Albus liqvor, *Columell.*
Weis Ey/ Eyerklar/
Das weiſſe im Ey.

Refrigerat modicé, mordacitatis expers, atq; emplaſticum. Collinit, mitigat acres fluxiones, ſpiracula Cutis occludit, repellitq;, inflammationes Oculorum lenit, ambuſtis medetur.

Fronti cum thure impoſitum, fluxiones arcet avertitq;.

Ophthalmiis, Sediſq; ac Pudendorum ulceribus commodum pharmacum.

Ambuſtionibus puſtulas innaſci non ſinit, ſi qvámprimum

mum eo perungantur: faciem á Solis uſtione tuetur,

Alba Ovorum conjice in vas, qvotqvot ſuffecerint, & Vinum qvoad ſpumat concutiatur, pellucidum fit.

Hoc etiam Apozemata & Syrupi clarificantur.

Ovi vitellus.

Τὸ ὠχρόν, *Ariſt.*

Χλωρὸν τοῦ ὠοῦ, *Hipp.*

Eyer Dotter.

Temperatus eſt, facilé digeritur, & probum ſangvinem generat.

Suggillata in Oculis diſcutit impoſita, & Cataplasmatis, qvæ phlegmonas mitigant, miſcetur. Additur Cerotis lenientib⁹ & clyſteribus.

Feminæ Vitellum recens cum momento ſalis linteolo exceptum, Infantibus ad Alvum proritandam intrudunt, Addunt qvædam Mel & Crocum.

Pellicula interior, (Hymen) detracta Ovo ſive crudo, ſive decocto, Labiorum fiſſuris medetur. Datur pulvis Dyſentericis ex vino rubro.

Ad Cruris fracturam utilis,

Ovi teſta, κελυφὸς,

Τὸ λέπυρον τοῦ ὠοῦ.

λεπύριον τοῦ ὠοῦ, *Hipp.*

Eyerſchalen.

Toſta cum corticibus Pini Pedum attritiones ex calceamentis ſanat, omnemq́; humorem & rheumatiſmum conſtringit, Hæmorrhagiam ſiſtit, & ipſis dentifriciis additur.

Ovi teſta, é qva pullus exit, purgata, Stranguriæ ſuccurrit.

In pulverem ſubtiliſſimum redigitur ad Horologia.

Præparantur Ova ad cibum variis modis.

Ova effuſa.

ὠὰ ἐξαφητά, hoc eſt, emiſſa Ova elixa, diſperſa,

In { In Waſſer geſelte Eyer.
Waſſer geſchlagen Eyer. }

Appellantur ea, qvæ é teſtis ſuis effuſa, abjecto folliculo coqvuntur integra, ſeu Ova in aqva bulliente fracta ſeu elixa. Hæc vel per ſe eduntur, vel cocti panis ſegmentis imponuntur. Salubria ſunt,

Ova ſorbilia.

ῥοφητά. *Dioſc.*

Ova mollia, liqvida.

Ganß

gantʒ Weichgeſottene Eyer.
Dicuntur, qvæ dum coqvuntur excaleſiunt tantúm liqvida adhuc minimé concocta denſataq;.

Per ſe tantúm ebibuntur cum modico ſalis. Minús tremulis nutriunt, humectant, vires reficiunt acervatim, ventrem meliorem reddunt, faciliús ſubducuntur. Proſunt gutturi exaſperato, tuſſientibus, pleuritidi, raucedini, Phthiſi, diſpnœæ, ſputo ſangvinis, Renum & Veſicæ exulcerationibus. Ventriculum tamen langvidum ſubvertunt.

Ova tremula.

ὠὰ ἁπαλὰ *Dioſc.*
τρομητὰ
Ova mollia *Celſ.*
Ova tremulenta
mollicula, tenera, tenella.
Weiche Eyer/

Cúm pauló magis coqvuntur ad mediocrem usq; conſiſtentiam, Sorbilibus plus nutriunt. Multúm alunt, & Stomacho apta ſunt. Ad concoctionem, digeſtionem, nutritionem, boniq; ſucci generationem præſtant, Cum ſale & pane eduntur.

Ova mediocriter dura.

ὠὰ ἑφθὰ καὶ ὀπτὰ
ἑψηθέντα *Gal.*
Dotterloſe Eyer/
Dotterweiche Eyer/
Sunt ova ad duritiem aliqvam cocta, vitello adhuc molliuſculo.

Plus mollibus nutriunt.

Ova dura.

ὠὰ σκληρὰ
Ova Paſchalia
Hartgeſottene Eyer.
Ova ſunt, qvæ omninó coctione induruerunt. Duriora ſunt, βραδύπορα tardiús permeant, & craſſiorem ſuccum procreant, Alvum conſtipant.

Æſtate freqventer teſtis exuuntur, & in partes aliqvot ſecantur, ut alternis vitelli ac albuminis ſegmentis lances Acetariorum coronent. Ein Salatte mit Eyern.

Mediotenús diviſis aliqvando ſuperfunditur liqvamen ex melle aceto, additis Croco Zingibere.

Ova aſſa.

ὠὰ ὀπτὰ ἢ ὀπτηθέντα.
Ova toſta.
In der Aſche gebrattene Eyer.

Sunt

Sunt Ova, qvæ in cineribus calidis coqvuntur vel aſſantur.

Concoctu ſunt difficilia, & tardi tranſitus, craſſiusq; alimentū Corpori tribuunt. Magis ſiccant minúsqve refrigerant, & ingratioris ſunt ſaporis qvàm elixa in aqva.

Ovum aſſum bezoarticum.

Ovum aureum bezoarticum.

Electuarium de Ovo.

Das Güldene Ey.

℞. Ova recentia num. ij. abjectis albuminibus, & qvod vacuum Croco integro orientali repleto, foramina operculo ſuo claudantur, & in cineribus ad perfectionem aſſentur (non adurantur, uti plerunq; fieri ſolet) deinde auferatur Cortex addendo

Pulv. Erucæ aceto præpar. unc. I.

Rad. Diptamni albi
Tormentill.
Angelicæ
Pimpinell. an. unc. ſ.
Zedoar.
Scordii, granor. Juniperi,
Boli Armeni.
Sigilli Strigenſis an. drach. 2. ſcr. 2.
Nuc. Vomicæ.
Myrrhæ, Corn. Cervi.
Camphoræ an. drach. 2.
ſem. Citrii, Acetoſæ
Card. bened. an. ſcr. 4.
Theriacæ Andromachi.
Mithridatii an. unc. 2.

Cum ſyr. acetoſ. Citrii f. maſſa, qvæ Auro fino obducta pro uſu reponatur.

Adverſus peſtem, febres peſtilentiales & alia venena, Pharmacum magni uſus.

Ova frixa.

ὠὰ τηγανιςὰ
ταγηνιςά.

Ova fricta.

Ova in ſartagine ſpiſſata, oleo vel butyro frixa. Spisſantur autem variis modis.

1. cum butyro, integris manentibus vitellis, in patella ſeu lebete frigentur, ſuppoſitis ſegmentis panis.

Eyer im ſchmaltze/
geſatzte Eyer/

Malum procreant ſuccum, craſſum, excrementoſum, nidoroſum, & reliqvum qvoq; cibum in ventriculo corrumpunt.

2 conqvaſſata cum butyro in lebete diligenter agitantur donec cocta fuerint, addidis

Digitized by Google

Mace, Majorana vel Petroſelino.

Ova agitata & confracta.
Gerürte Eyre.

Minus pingvedinis obtinent qvám priora, ob id facilioris concoctionis.

3. Utrinq; perforantur, & emiſſo liqvore in peculiari ac convenienti lebete cum butyro frigentur.
Ausgelauffene Eyer.

4. In placentæ formam coqvuntur, qvi modis Agricolis & plebeis apud nos freqvens. Addere ſolent farinam triticeam, Cepas, Petroſilinum, aut Salviam, cum butyro aut axungia porcina.

λεκοϑίτης,
Placenta Ovorum frictata.

Ein Eyer Kuchen/
Pfanne Kuchen.

Hæc difficilimæ ſunt concoctionis, & facilé corrumpuntur, viſcerumqve obſtructiones pariunt: ob id ſtomachum reqvirunt probé conſtitutum.

Ova frixa mali ſunt ſucci, fumoſæq; in Stomacho cocturæ, facileq; corrumpuntur. Pravum gignunt ſuccum & excrementitium: mox enim in bilem ac putredinem vertuntur, ructusq; nidoroſos generant.

5. Aliquando duriter coctis & diviſis, abjecto putamine, eximuntur vitelli, qvi additis Petroſelino, Croco, Macis, crudo ovi albumine iterum induntur, & vel in butyro frigentur, vel in liqvamine ex aceto, ſaccharo aut Melle coqvuntur.

Ova,
Gefüllete Eyer.
Sawer Eyer.

Hæc appetitum erigunt, & é morbo convaleſcentibus grata.

Ova ſuffocata.
ὠά πνικτά,
Verdempffte Eyer.

Oleo garo ac vini modico imbuta in duplici vaſe ſupra ignem modicé craſſeſcunt.

Elixis, duris & aſſis meliora ſunt, & ſapidiora, ſi ad mediocrem craſſitiem pervenerint. Nam & probum generant ſuccum, & facilé concoqvuntur. Magis leniunt & mitigant.

Gallinarum

Gallinarum Pulli.

Αλεκτοζόπουλα,
Ορνιθόπυλα,
Νεοσσοὶ ὄρνιθες.

Pullaſtri, Pullaſtra,
Junge Hünlin/
Küchlin.
Jung Hänlin/
Hennlin.

Gallus vel Gallina adoleſcentes. Horum caro ſvavis eſt, facillimæ concoctionis, & magis qvám Gallinarum humectat, ac ſangvinem probum procreat. Eumq; frigidiorem, nec excrementitium, febricitantibus utilis.

Jus Gallinarum adoleſcentium æqvat Corporis humores & ardores, poſt febrium diſceſſum cum ſaccharo.

Pullus elixus é jure.

Pullum deplumatum, exenteratum & purgatum coqve in cacabulo, cum aqva ſuffic. addito ſale cum croco, zingib. Galang. Macis &c. inferatur.

Pullus farſilis,
Ein gefüllet Hun.

Pullum ſic, ne aliqvid in eo remaneat, á Cervice expedies, & mixtura ex ovis, lacte, paſſulis, majorana, ſeu Petroſelino ac Croco infarcias, Integrum ollæ immittas, ad ignem cum aqva elixato. Cum bullierit ſufficientur inferes.

Pullus in Agreſta.

Pullum cum ſalita carne decoqvito: ubi ſemicoctus fuerit, grana uvæ, ſublatis é medio vinaceis in cacabum ferventem indito, Petroſelinum & Mentham ſeu majoranam minutim concidito, Piper & Crocum in pulverem conterito. Hæc omnia in cacabum, ubi Pullaſtra cocta fuerit, conjicito, & patinam ſtatim facito. Hoc obſonium admodúm alit, facilé concoqvítur, Stomacho, Cordi, Hepati, Renibus convenit, ac bilem reprimit. Simile modo paratur cum Creſpini bacculis.

Pullus aſſus,
Ein gebraten Hun.

Pullum bené depilatum, exinanitum & lotum aſſabis. Aſſo atq; in patiná impoſito, anteqvam refrigeſcat, ſuccú Citrii aut Arantii, cum aqva Roſarum & Cinnamomo bené trito infunde & appone. Edulium ventriculo gratum, appetitum reſtaurat, & Hepar calidius contemperat,

Pullus gallinaceus per medium ſectus, cruentus & tepidus, Vertici Capitis in phrenitide utiliter imponitur.

Capus.

Αλεκτρυὼν ἐκτομίας
Capo
Gallus ſemimas
Ein Kaphan/
Kapun.

Gallus eſt, cui teſtes ſunt avulſi. Apud nos feminæ qvædam Gallos caſtrare ſolent, teſticulis per poſteriora revulſis. Vulnus tantum fit, qvantum digito immittendo & teſtibus ſingulis extrahendis ſufficit. Vulnus filo conſuunt, & cinerem infricant, tum etiam criſtam reſecant, ut virilitas omnis abſit, & abolita libidine pingveſcant.

Vulgus cúm ſaginare cupit Capos aut Gallinas, plumas cum cauda, qvas Maſtfedern vocant, evellere, cibo lapillos addere, & in locum tenebricoſum reponere ſolent. Alii paſtam forma pilularum ex rebus nutrientibus intrudere ſolent, Hünerſtopffen.

Laudes Avium omnium una Caro gallinacea in ſe comprehendit, nihilq́ reliqvæ Altiles popinis offerunt, qvod unus Capus in ſe non habeat, ſive elixum ſive aſſum velis.

Caro temperata eſt, bonum & perfectum generat ſangvinem.

Ex Caponibus fiunt varia fercula pro ſanis & ægris.

Jus Caponis reſtaurans vires. Capum veterem para, exentera, purga, totum cum oſſibus comminue, dein in vaſe ſtanneo probé obturato, adjectis nummis aureis Ungaricis ſenis, lixivio & aqva priús probé purgatis, momento Cinnamomi & Salis, in lebetem Cupreum aqvâ fervente plenum, ut bulliat imponito: tandem perfecta concoctione exprimatur, & ægro offeratur.

Axungia Caponis temperata eſt, dolores Laterum & Coli mulcet, pota & illita.

Pellicula interior ventriculi Capi, & cuticula Crurum flava addito Muſco flavo ſaligneo, á Ruſtica gente adverſus Icterum bibitur.

Alectorias gemma.

Alectoria Αλεκτορίας
Caponis lapis.
Ein Kaphanen ſtein/
Gemma eſt cryſtallina ſpecie in

cie in ventriculo Gallinaceorum ſeu Caponum reperta, fabæ magnitudine.

Anno 1591. Parens meus in arce Greiffenſtein, cúm á Coqvis mactarentur Capi, forte fortuna diſſecto Capi ventriculo, in eo reperit lapillos qvinq; inæqvalis formæ & magnitudinis, rotundos & longiuſculos, translucidos Cryſtalli inſtar, ſeu potius aqvæ limpidæ, ſubobſcuris cæruleis fibris ſeu ſtriis variegatos, aureisq; micis Opuli inſtar relucentes. Majorem Generoſ. Dom. Chriſtophorus Gotſchius expolitum aureo annulo incluſum geſtabat.

Politus non lædit oculum, niſi pupillam attigerit.

Plura de iis ſuperſtitioſé ſcribuntur.

Sylvaticus, Reges Alectoriam gemmam geſtantes, & gladiatores invictos reddere, ac ſitim tollere, item Mulieribus vires & gratiam conciliare ſcribit.

Obſcurus.

Hic oratorem verbis facit eſſe diſertum,
Conſtantem reddens, cunctisq; per omnia gratum.
Hic circa veneris facit incentiva vigentes,
Commodus uxori, qvæ vult fore grata marito:
Ut bona tot præſtet, clauſus portetur in orbe.

Gallina Corylorum.

Ἀτταγᾶς *Ariſtoph. Geſn.*
Ἀτταγὼ *Gal.*
Ἀτταγὴ
Attagen
Francolinus
ὠτὶς & λαγωδίας. *Longol.* á pedibus villoſis & Leporinis ſimilibus.
Bonoſa *Alberti.*
Gallina Corylorum, qvód inter Corylos verſetur, ejusq; gemmis & julis veſcatur.
Gallinula ſylveſtris montana.
Perdix alpina
Tarda avis *Eber. & Peuc.*
Gallina ruſtica *Varroni.*
Ein Haſelhun/ Haſelhenne/ Rotthun.

Avis eſt Perdice pauló major, ſpithamas duas longa, tota varia & elegans, cui Roſtrum perbreve nigricans; Pedes hirſuti, plumis ad principium usq; digitorum percurrentibus: Digiti corticoſi, ſqvamoſi, glauci, multis li-

neis articulati. Tota circa Dorſum καλάγραφος id eſt verſicoloribus picta maculis, Caſtaneæ ſeu figulinæ teſtæ colore, ſed magis rufa. Vertex Capitis ex fuſco rubet, nigris maculis reſperſus. Palpebra ſuperior ferè Cocci colore ſplendet, cui adſunt utrinq; maculæ candidæ. Mentum nigrum, é qvo ejusdem coloris tenues qvædum pennæ cui villi dependent, tanqvam barbulam efficientes. Cauda qvám Perdici longior, ut Dorſum varia ex pennis qvindecim conſtans, coloris in extremitate glauci, Pauló interius linea nigra transverſalis, digitum lata, exceptis mediis duabus, qvæ ea carent. Ad latera ſub alis & pectore maculis ferrugineis tingitur. Venter albet.

Freqvens apud nos in Sudit orum jugis, circa Gigantæum montem, & aliis alpinis tractibus. Ad plana raró deſçendit.

Vivit ex julis ſeu nucamentis Coryli, Betulæ, gemmis primis Betularum, ſiliqvis Saltarellæ, acinis Sambuci alpinæ, baccis Juniperi, Vitis Idææ &ç. Hæc omnia in ejus ingluvie per intervalla diſſecta á me fuére reperta. Tritico etiam & Hordeo veſcitur in hypocauſtis; at difficilé manſveſcit.

Coit oſculatione, ut Columbæ poſt æqvinoctium vernum. Nidum parat ſub Corylis, aut Filice montana maxima, in terra. Ova parit 20. Columbinis paulo majora.

Gallinæ Corylorum bis anno capiuntur, Vere & Autumno, ac qvidem freqventiús. Laqvei ſeu retia in terram illis locis, ubi degere ſolent freqventiús, figuntur, qvibus huc illuc diſcurrentes implicantur.

Caro ejus candida, tenera, delicata, ſaporis gratiſſimi; qvam Magnates Bojemiæ & Sileſiæ, ut cibum prorſus nobilem, & ferarum Avium omnium laudatiſſimam prædicant, adeó ut Principibus etiam commodé apponi poſſit. Man kan einen Fürſten darmit bewirten.

Calefacit, ſiccat, probé ac multum nutrit, bonum ac laudabile

laudabile Corpori ſuggerit alimentum, facilimé digeritur,&excrementorum expers. In cibo Artheticis, Paralyticis, Epilepticis, Calculoſis, Stomachicis ſalutaris. Bonum Corpori colorem conciliat.

Cerebrum roborat,&intellectum ac genituram auget.

Aſſatur ut plurimúm,transfixo Lardo, Caryophyllis, Cinnamomo. Elixatur etiam ſuperfuſo liqvamine ex vino, ſaccharo & aromatibus ac paſſulis condito.

Bojemiæ Magnates & Barones, ut lautiſſimum ferculum, feria Paſchatis ſolenniter, neſcio qva ſuperſtitione, menſis offerre ſolent. Hinc alii aliis, iis carentibus, muneris loco ad multa miliaria dono mittunt.

Feminæ ſuffitu plumarum utero ſtrangulatas erigunt, non aliter ac Perdicum pennis.

Qvidam inter Attagenem & Gallinam Corylorum diſtingvunt, cúm revera ſexu ſaltem differant, veluti in Vrogallo & Grygallo idem obſervare licet.

Gallo-pavus.

Pavo gallus.
Gallus Indicus.
Gallus peregrinus *Petr. Gyll.*
Meleagris *Turn. & Bell.*
Gallina Africana,
Numidica.

Ein Calecutiſch Hun/
Indianiſch Hun/
Welſch Hun.

Corpore eſt rotundo, Pavonis majore, Cruribus proceriſſimis, in qvibus ungves aduncitate & diſtinctione noſtratibus ſimiles. Plumæ tum Accipitris ſpeciem ſimilitudinemq; gerunt, tum extremæ albæ viſuntur. Caput autem plumis omninó nudum, pelle tantúm obducitur carnoſa rubeſcente, qvæ nihil aliud eſt qvám appendix qvædam Cutis, qvam nunc extendit, & per Nares adeó demittit irata, ut roſtro promineat, nunc contrahit, ſeu in paſtu ita retrahit, ut vix

videri

Digitized by Google

videri qveat, criſtam appelles: nunc cæruleo colore, mox pallido, dein purpureo, pro affectibus, ut apparet, ſuis pingit. Caudam inſtar Pavonis ſubitó extendit, & in rotam agit. Acri atq; acuté videndi ſenſu viget. Vocem cum fragore per collum longé lateq; vagantem reddit, ut liqvorem in dolium infuſum diceres ſtrepere. In ſua tamen voce gallinaceum qviddam recinit Gu, gu, gu.

Ex Novo Orbe primúm allatus, hodie paſſim in Nobilium & divitum aulis alitur.

Avis eſt voraciſſima, & magnus ſumtus in educandis alendisqve reqviritur.

Fruitur in cibo Cerealibus omnis generis, ut Gallinæ.

Feminæ minores ſunt. Ova pariunt albicantia, maculis rubentibus reſperſa. Incubant diebus tricenis: Adeó occupantur negotio incubandi, ut cibum ſumere ſæpé obliviſcantur. Hodie freqventer iis ſupponuntur Ova gallinarum domeſticarum, qvæ feliciter excubant.

Gallopavi in cibo habentur lautiſſimi, & Principum menſis digni.

Caro alba, ſvavis ſaporis, duriuſcula, conſtans, præbens alimentum; maximé ſi probé concoqvatur.

Glareola.

Gallinula paluſtris,
Ardeola littoralis,
Ardeola arenalis.
Sand Vogel/
Waſſer Hünlin/
Sand Regerlin/
Mott Hünlin.

Plurima in Sileſia æſtate viſuntur genera, magnitudiné præcipué & coloribus diſcreta.

Roſtrum omnibus rectum, modicé flexum, plerunq; nigrum, Cruſcula oblonga, digitis fiſſis, qvorum poſterior, qvi loco Calcis, vel perbrevis & nullus Corpus gracile adductum. Caput proportione parvum. Cauda brevis.

Pars Capitis ſupina, qvæ inter Roſtrum & Collum, multis albet, ut etiam Venter, ſed aliis ſimpliciter, aliis maculis fuſcis diſtinctus. Maximæ alarum pennæ, omnibus feré nigræ aut nigricantes, paucis exceptis.

Circa fluvios & torrentes

locis

Digitized by Google

locis ſabuloſis & lapidibus plenis æſtate verſari ſolent. Vermiculis, Inſectis aqvaticis, arena & limo victitare ſolent. Plurimarum ventriculos diſſecui, at nullos Piſciculos animadvertere licuit.

Glareola I.

Erythropus 1. *Geſn.*
Redshanca *Turn.*
Rottbein/Rotfüſſel/
Waſſerhünlin mit Rotenbeinen.

Roſtro eſt oblongo & nigricante per ſummum modicé inflexo, pennis fuſcis albo paſſim inſperſis, ventre albo, fuſcis per transverſum maculis intercepto.

Glareola II.

Gallinula paluſtris 2. *Geſn.*
Erythropus minor *Geſn.*
Ein KopRiegerle/
Kobel Regerlin/
Sandvogel.

Magnitudo ei Coturnicis, pauló major, Coloris fuſci, maculis cinereis undulati, præſertim in Capite, Dorſo & alis ſuperioribus, qvas nigricantes per medium linea alba transverſim diſtingvit. Collum ambit circulus duplex, niger ſuperior & candidus dorſum verſus. Alba ſunt, gula, Collum, venter, Alæ interiores. Crura ex fuſco rubent, digitum longa, tenuia digitis ſaltem ternis, qvorum bini interiores aliqvantulum pellicula junguntur, ungviculis minimis, tenuiſſimis, acutis, nigris. Roſtrum fuſcum, ſupra Nares & roſtrum tantillum rubet. Dorſum ut Coturnices varium. Vertex ut in Alauda criſtatus apparet.

Ad littora fluviorum arenoſis nidificat Pygalampidibus & vermibus veſcitur.

Glareola. III.

Gallinula aqvatica IV. *Geſn.*
Ochropus magnus Eidem
Ein Schmirring/ Geelfüſſel.

Varii eſt coloris. In toto Corpore rufa apparet, in breviſſimis alarum pennis extremis etiam rubens, ut in Rubrica fabrili. Alba tum in capite & circa Oculos, tum in mediis alarum pennis & in ventre. Longiſſimæ Alarum pennæ nigræ ſunt, & alibi paſſim in Dorſo, Cauda, Collo & Alis maculæ nigricant. Palpebrarum margines color

Digitized by Google

croceus tingit. Eſt & fuſci vel cinerei nonnihil in alis. Crura ſubflva, ut & Roſtrum, ad dimidium usq;, Anterior enim pars nigra eſt.

Nidificat inter fruteta é Muſco & gramine.

Glareola IV.

Gallinula aqvatica, 8. Geſn.
Ochropus medius, Eid.
Grünfüſſel/
Mattknillis.

Magnitudine eſt Merulæ. Roſtrum duos digitos longum, gracilius, fuſcum. Dorſum fuſcum, cui in collo nonnihil cinerei admixtum eſt.

Alarum longiores pennæ nigræ. Cauda brevis, alba, ſed circa finem lineis transverſis nigricantibus diſtincta. Paſſim exigua puncta albicantia, per Dorſum præſertim, in minoribus Alarum pennis conſpiciuntur. Venter candidiſſimus. Pars Capitis inferior candida. Crura longiuſcula ſeptem digitorum ad medium usq; plumoſa, dein ex flavo obſcuré virentia, digitis qvaternis, minimo poſteriore. Anteriores membranula perbrevis conjungit, Ungviculis tenuiſs. acutioribus fuſcis. Lingva in oblongum bifidum mucronem deſinit.

Ventriculus apertus continebat limum & Vermiculos

Glareola V.

Gallinula paluſtris, 12. Geſn.
Ochropus minor, Eid.
Ardeola arenalis,

Ein Riegerlin/ qvaſi motricula,
Sand Regerlin/ } Sil.
Tulifiß. }

Minima eſt inter Gallinulas, Roſtro nigricante. Collum album, idq; altius qvám in cæteris: idem linea *fuſca*, ceu torqve cingitur inferiús. Caput cinereum, in qvo ſpacium ſupra Oculos nigrum inter albas utrinq; maculas continetur. Dorſi alarumq; color ad cinereum vergit. Longiſſimæ Alarum pennæ nigricant. Crura ſubluteа. Pedes ternis digitis diviſi. Venter ſubalbidus.

In arenis ad littora fluviorum nidificat. Ova parit ut-

plurimúm

plurimúm ſeptem oblonga. Curſus eſt velociſſimi, & noctes totas Aeſtate littora, á qvibus nunqvam recedit, voce clangoſa percurrit. Tul, Tul, Tul, Tul.

Inſectis aqvaticis fruitur.

Glareola
VI.

Gallinago vel Gallinulæ genus nomine ignoto, *Geſn.*

Gallinula paluſtris holoſericea.

Ein Samet-Hünle/
Mott-Hünlin/
Schwartz Waſſer-Hünle.

Color ei ater & ſubrufus per totum feré Corpus, inſtar Holoſerici ſplendens, punctis albis maximé ſuper alas ſparſis. Crura alba & fuſca ſunt, digiti prælongi membranula cohærent latiuscula, poſtremo breviuſculo. Roſtrum oblongum nigricat. Pars prona albet. Cauda alba nigris lineis transverſim variatr.

Rarior eſt cæteris, & ſimiliter vermiculis ad aqvas nutritur.

Glareola
VII.

Gallinago cinerea.
Ein Aeſch-Hünlin.

Dorſum & Alarum pennæ minores obſcuro fumi ſunt colore, majores veró ſunt nigriores. Crura fuſci coloris, minimo roſeo admixto. Collum, Pectus & Venter cinerea ſunt. Cauda digitos iij. longa. Roſtellum longiuſculum fuſcum. Ad latera ſub alis minutioribus lineis transverſis ornatur.

Glareola
VIII.

Gallinula paluſtris, λευκόπυγος, ſeu πύγαργος, *Geſn*

Bundt Waſſer-Hünlin/
Geſcheckt Mott-Hünle.

Magnitudine & colore feré eſt Sturni, inferiori alarum parte maculis ſparſa, albicante orrhopygio. Femora usq; ad medium plumoſa. Pedes ex fuſco virent, inter cujus digitos duos majores membrana interjacet.

In Ventriculo Vermiculi & Muſcæ continebantur.

Odorem ſpirat gravem.

Digitized by Google

Glareola IX.

Cenchramus *Nonn.*
Gallinula novalis minor
klein Brachvogel/
Mattkern *Argentinenſibus.*

Longitudo ei dodrantalis & digitorum duorum, magnitudo Ortygometræ. Crura leucophæa altiora, craſſiuſcula digitos vij. longa, digitis longiuſculis, ungviculis latiuſculis acutis. Roſtrum rectum, acutum, ex obſcuro flavum. Color Capitis, Cervicis, Dorſi, Alarum, Caudæ, ex fuſco flavus ſeu fumo ſimilis, maculis per Dorſum & Alas partim nigris, partim candidis, aſperſus. Remiges Alarum nigræ, interiores ſubnigricant. Circa Roſtrum & Oculos albet, ut & Collum ſupinum cum Mento. Venter cum Cauda fuſcus, media nigra, apicibus extremis candidis. Felle caret.

Admodum pingveſcit.

In cibum venit Aſſa, eſui grata, haud mali ſaporis.

Grus.

γέρανος qvaſi γήρευνος ἀπὸ τοῦ τὴν γῆν ἐρευνᾷν, ab eo qvód terræ ſemina perſcrutetur.

Κλαγὸς

Ein Kranich/
Kran.

Vipio. ein Junger Kranich.

Avis advena, Ciconiâ pauló major, Roſtro acuto, Cruribus altis, fuſcis. Color maximé cinereus, præter Alarum majores pennas qvæ nigricant. Digiti humanis non breviores. Vertex niger cum macula rubra. In alis retró verſus Caudam pulcræ & criſpæ ſunt pennæ, qvas auro vel argento ornatas juvenes pilis affigere ſolent, Kranichs Federn.

Grues κλάζειν clangere dicuntur.

Frugibus & ſeminibus veſcuntur.

Non nidulantur apud nos, ſed pro deliciis in aulis Nobilium qvondam aluntur. Manſvefactæ laſciviunt, gyrosq; qvosdam in decoro curſu vel ſingulæ peragunt.

Grues torminoſis in cibo proſunt. Jus earum vocem clarificat, ſpermaq; auget.

Caput, Oculi, Ventriculus exuſta pulv. fiſtulis & varicoſis ulceribus inſperguntur.

Axungia emollit, digerit, reſolvit omnes durities.

Rigor Cervicis gruino adipe mollitur

Digitized by Google

pe mollitur velociſſimé, negantq; illos ullo labore laſſeſcere, qvi nervos ex alis & cruribus Gruris habeant.

Fel adverſus Oris torturam & Oculis prodeſt.

Qvi ſibi noctu metuunt dormientes á venenoſis animalibus, nutriant ſecum Grues Avic.

Salutis ergó, medio Autumno, frigoris vim non ſuſtinentes (tanqvam terræ ambitum, Cæli mutationem, temporumq; varietatem ſcientia & cognitione comprehenderint) freqventes in Ægyptum, Lybiam, Æthiopiam, aliasq; Orientis regiones proficiſcuntur, ubi cum hybernum tempus traduxerint, lætiſſimiq; dies ac tranqvilli illuceſcere cæperint, ad patriam ſedem remigrantes, nidos ſuos ſine duce repetunt.

Septembri menſe diſcedere incipiunt. Volant alté, ut procul proſpicere poſſint, & inter volandum ordine ac ſerie λάμβδα græcum exprimunt, unde *Martialis*:

Turbabis verſus, nec littera tota volabit,
Unam perdideris ſi Palamedis avem.

Si nubes tempeſtatemq; viderint, conferũt ſe in terram, & humi qvieſcunt. Ducem etiam habent, & eos qvi clamant diſpoſitos in extremo agmine, ut vox percipi poſſit, cùm conſiſtunt cæteræ dormiunt, Capite ſubter alam condito, alternis pedibus inſiſtentes. Dux detecto capite proſpicit, & qvod ſenſerit, voce ſignificat.

Gryphus.

γρὺψ

γρύκος á roſtri & ungvium aduncitate qva Aqvilam referre dicitur.

Ein Greiff/

Gryphes ajunt qvadrupedes volucres eſſe Indiæ ferociſſimos, Corpore & ungvibus Leonis, Ore & alis Aqvilinis, ſed candidis, Oculis igneis & Capite, cujusmodi pictores fingunt, nidosq; in montibus extruere.

In Aſiatica Scythia aurum effodere, & cum his aſſidué bellum eſſe Arimaſpis circa metalla, Autores ſcribunt.

Gryphes olim ſaxa arcis Greiffenſtein inhabitaſſe vulgi opinio eſt. Inde etiam Oppido Gryphibergæ patriæ meæ ad Qvadum fluvi-

Digitized by Google

um in monticulo extructo nomen ceſſit.

Hirundo.

χελιδὼν
χελιδόνη.
Hirundo ab hærendo.
Ein Schwalm/
Schwalbe.

Avis eſt parva, æſtivalis, non niſi in volatu flexuoſo Muſcas captans. Ventriculus ei longior, neq; gulam habet ampliorem, neq; ingluviem. Fel aliâs ventri, aliâs Inteſtino hæret. Nulla arte manſveſcit.

Nidum mira arte ex luto fingit,& ſtramento ſeu paleis roborat,plumis floccisq; conſternit, tepefaciendis ovis, ſimul ne durus ſit Infantibus pullis. *Pontanus.*

Garrula limoſas ſedes molitur Hirundo.

Ova parit candida, & Pullos magna ſolertia fovet & alit. Notabili munditia egerunt Parentes excrementa pullorum, adultioresq; circumagi docent, & forâs ſaturitatem emittere.

Ad Arcturi ortum in loca vicina tepidiora ſecedunt, & in anguſtis Montium receſſibus ſe condunt. circa 7. Calendas Martii denuó conſpiciuntur. *Olaus Magnus lib. 9. cap.* 11. Hirundines ſi frigore præveniantur,mutuó conglobantur per plurima os ad os, pedem ad pedem, alam ad alam mutuó conjunguntur, atq; ſe in aqvas præcipitant, totaq; hyeme immerſæ ita conglobatæ perſiſtunt ad usq; ver proximum. Idem Piſcatores in Boruſſia obſervarunt, extrahentes Hirundinum copiam.

Hirundinum qvatuor apud nos apparent genera.

Hirundo I.

Hirundo domeſtica.
Ein Haus Schwalbe/
Gübel Schwalbe.

Avis eſt leviſſima, parva, roſtro parvo, dorſo & alis decenter nigra, cæruleo ad latera per caput & alas refulgente. Venter totus albus cum macula rubra, qvæ ſub gutture & pectore emicat. Cauda longa bifurcata, pedibus nigris, brevibus & debilibus.

Inſidiatur

Digitized by Google

Inſidiatur Muſcis & Culicibus, qvos in volatu capit, nec Apibus parcit.

Tecta noſtra ſubit,&nidum ex luto & ſtramine facit figura ſemicirculari, & plumis floccisqve conſternit.

Ova parit qvinq; magnitudine Olivæ, maculis conſperſa ferrugineis, bis in anno.

Garrula eſt avis, diem prænunciat, & dormientes excitat. Proprium eius, τιτυβίζειν.

Cúm primúm redierit Vere, qvod fit menſe Aprili, cantu priſtinis nidis inventis applaudere, & ſibi gratulari videntur, mirifico, vario & qvaſi articulato, ut verbis etiam qvibusdam ſuum gaudium teſtari videatur vulgo. Septembri recedit. Autumno qvibusdam in locis, veluti circa Legnicium retibus capiuntur, pauperculisq; in cibum cedunt.

Pulli in Cibo ſumti Comitialibus proſunt, aciei viſus medicamentum præbent, & Colicis opem ferunt. Crematarum cinis cum Melle oblitus, Oculis claritatem affert. Anginæ eo commodé perjunguntur, Uvæ, & Tonſillarum inflammationibus commodé ſuccurrit. Cum Melicrato potus Raucedines ſanat.

Aqva Hirundinum.

Schwalben-Waſſer/

Hirundines juvenes tritas miſce cum Caſtoreo, & cum bono aceto deſtilla.

vel,

℞. Pullorum juvenum no. xxv. purgentur & laventur vino diligentiſſimé. Adde

Sileris montani, Card. bened. an. drach 2.

Amomi. Cyperi longi an. drach. 1.

Rad. Pyrethri, Zingib. alb. an. ſcrup. 2.

ſem. Peoniæ unc. 1.

Cubebarum. Corn. Cervi uſti,

Nuc. myriſticæ an. drach. 2. ſ.

Sampſuchi, Rutæ an. P. ij. ſ.

Caſtorei el. unc. 2. ſ.

Rad. Peoniæ unc. 5.

Vini Malvatici ℔. iiij. Deſtillentur in balneo Mariæ.

A jejuno pota, vera eſt medicina Morbi caduci, ex qvacunq; cauſſa ſubortus fuerit.

Nidus

Digitized by Google

Nidus Hirundinum cum oleo violaceo & Anethino in Cataplaſmate, Parotidibus, Anginæ aliisq; faucium, tumoribus utiliter imponitur.

Viperarum morſibus commodum remedium.

Stercus acre eſt, digerit magis qvám aliorum Animalium. Celſus cauſticis annumerat.

Vulgi opinio eſt, ſi qvis Hirundines domeſticas irritaverit, qvód vaccarum ubera advolent, & iis punctis areſcere faciant.

Chelidonias.

ὁ χελιδονίας λίθος.
Chelidonia gemma
Chelidonius lapis
Ein Schwalbenſteinle.

In ventre pullorum Hirundinum reperiri lapillos, Plinius autor eſt. Plures ſecui, lapillos vidi, ſed vulgares. Ab amico Chelidoniam habeo Lente pauló majorem, figura globuli dimidiati, ex ſubrufo flavicantem, levisſimum.

De collo Puerorum ſuſpenſus, Comitialibus utile perhibetur remedium.

Alii amatoribus artibus aptos habent. Adduntur ad Oculorum collyria.

Hirundo II.

Hirundo domeſtica altera, Ἀκάνθυλις *Ariſt.* **Bellon.**
Hirundo agreſtis ſive ruſtica **Eber. Peuc.** & *Vlyß.* **Aldr.** *Plinio.*
Hirundo apes minor **Turn.**
Leimſchwalben/
Laubenſchwalben/
Fenſterſchwalbe/
Dachſwalben/
Kirchſchwalben.

Minor eſt priori, Imo ventre ad collum usq; albicat, reliqvo corpore nigro, nihil rubedinis habens. Pedes minores, pennis obveſtiti.

Muſcis infeſta.

Nidum ſphærica figura conſtruit, qvem parietinis domorum & feneſtris appendit: hunc luto concludit usq; ad arctum foramen, per qvod intrat & exit.

Paſſeres ſæpé earum nidos, expulſis Hirundinibus, occupant, & in iis nidificant.

Cinis hujus Hirundinis ex Aqva calida potus, Anginis ſuccurrit.

Hirundo riparia ſ.
III.

Δρεπανίς *Ariſt.*

χελιδών

Χελιδὼν θαλαττία

Hirundo riparia ſeu falcula, Gaz.

Ripariola Marcell. Empir.

Ein vfer Schwalbe/
Rein Schwalbe/
WaſſerSchwalme.

Minima eſt omnium, tota proné, præter pectus, candicat, ſupiné fuſca eſt. Mas magis nigricat, item collo toto, præterqvám ſub roſtro ubi macula eſt, luteſcens.

Ripas excavat, atq; ita in terra nido ex muſco in pilæ formam conſtructo, plumulis ſubſtratis molliſſimis fœtificat.

Hyberno tempore in ripis latet fluminum, lacuum, paludum, & in littoribus ac ſcopulis Maris. Unde accidit, ut piſcatores interdum ita inter ſe junctas ex aqvis extrahant.

Pulli ad cinerem ambuſti omnium efficaciſſimé, mortifero faucium Morbo, multisq; aliis morbis humani Corporis medentur.

Hirundo IV.

Hirundo muraria

Ἄπους Ariſt. non qvód ſit ſine pedibus, ſed qvód careat eorum uſu.

Κύψελος,

Apes, Depes,

Hiruudo ſaxatilis ſeu ſpeluncaria.

MauerSchwalbe/
GeyerSchwalbe/
SpyrSchwalbe.

Maxima eſt omnium, toto Corpore unius coloris, nigricantis videl. ad cæruleum vergentis, præter Mentum qvod macula alba decoratur. Caput obtinet ſuprá admodúm latum, Collum veró breviſſimum, rictum ampliſſimum, Palpebras more terreſtrium ſupra & infra Oculos. Roſtrum ei exiguum nigrum, prope extremitatem acutum. Alas habet inſuper longas, Caudam bifurcatam. Crura breviſſima, ad digitos usq; pennis obveſtita, digitos tandem utrinq; binos, ut in Pico Martio, ungvibus armatos acutis.

Ventriculus craſſus longior ad podicem ſitus eſt, Hepar rubet, inter qvod & Inteſtinum, Veſicula longiuſcula Fel continetur.

Perpetuó circumvolitant, nec conſidunt unqvam. Nulla enim his qvies, niſi in nidis aut pendent aut jacent: ex-

Digitized by Google

tra nidos ſemper μετέωροι ſunt. Inſectis per aëra volitantibus, Muſcis, Apibus, nec non Araneis victitant. Aedificiorum & templorum muros, cavernulas & Montium ſcopulos expetit. Nidum ſpecie ciſtellæ longiús productæ fingit ex luto, uno aditu dato arctiſſimo.

Hirundines murariæ & maturiús mox poſt D. Jacobi feſtivitatem recedunt, & tardiús ſcilicet Majo revertuntur, cúm nullas ampliús ſenſerint reſtare pruinas. Pueri eas capere ſolent plumis, aut cicadis hamo affixis, & per baculum é feneſtra ſuſpenſis: qvas Aves impetu petentes, & deripere volentes, hamo affixæ hærent.

Ex vino ſumtas ſanare tormina Plinius teſtatur.

Hordeola.

Emberiza alba, *Geſn. & Vlyß. Ald.*
Alauda alba, *Geſn.*
an Paſſer ſylveſtris magnus.
Paſſer magnus Solitarius.

Ein Gerſtling/ Gerſt Vogel *Sil.*
Gerſthammer/
Welſcher Goldammer/
Weiſſe Emmeritz.

Corpore eſt longiuſculo, Emberizæ flavæ ſeu Aureolæ non abſimili, colore Alaudæ. Longa eſt dodrantem, lata ſesqvidodrantem. Roſtrum breve, craſſum, acutum, in ſuperiori parte longius qvám in inferiore, qvæ albicat. Tibiæ & digiti ex puniceo fuſceſcunt. Vertex cum Dorſo cinereus, maculis longiusculis fuſcis reſpergitur. Alæ & Cauda fuſcæ, apicibus extremé albicantibus.

Gula & Pectus ex flavedine albent, punctis ut Turdelæ varium, ventre inferiore candicante. Cauda longiuscula cinerea. In ſuperiore fuſci Roſtri parte retró mucronem, tuberculum hordeacei grani feré ſimilitudine conſpicitur.

Nidum in terra collocat. Hyeme circa horrea conſpicitur. Autumno cum Alaudis aliqvando in agris ſegete demesſa capitur.

In cibum recipitur, ut & Aureola.

Lanius

Lanius major.

Τύραννος, Ariſtot.
Ἐννεόκτονος,
Μαλακοκρανεύς, Eber. & Peuc.

Collurio femina, Vlyß. Ald.
Lanius cinereus, Geſn.

Pica cana ſeu ex cinereo, ſubalbida,

Falconellus,
Spinitorqvus,
Sylvarum dominus.

Ein Wan Krengel/ Sil.
War Krengel/
Wurg Engel/
Neun Mörder/
Waldt Herr/
Waldt Höher.

Mediæ magnitudinis avis, virione pauló minor, longitudinis dodrantalis. Roſtrum habet craſſum, durum, aduncum, nigrum. Tibiæ graciles, nigræ, vngvibus atris ſplendentibus, acutis. Color Capitis, Colli, Dorſi, ad uropygium usq; cinereus, ad cæruleum vergens. Maculæ utrinq; longiusculæ atræ á Roſtro per oculos Collum verſus. Pili recti ſupra roſtrum prominent. Venter, Alæ interiores, Caput imum candida. Lingva bifida. Oculi ex fuſco ſpadicei, pupilla nigra nitente. Alæ nigricant, præter lineam in medio tranſverſim ductam albam, digitum latam. Cauda nigra, extremis duabus utrinq; albis.

Voce donatur clamoſa, canino latratui ſimili, qvam hyemis, præſertim tempore freqventer & ad nauſeam usq; repetit, Hovia, hovia.

Verſatur plerunq; inter frutices ſpinoſas. Fruticum & humilium arbuſtorum ſummis ſurculis inſidet, in iisdem nidificat. Nidum ex muſco, lana, & aliis tomentoſis qvibusq; conſtruit. Senos pullos in nido utplurimúm reperire licet.

Vivit ex ſcarabæis, Papilionibus, grandioribus inſectis, Avibus etiam minoribus, fringillis, regulis, rubetulis, & aliis, qvibus collum qvám citiſſimé confringit & conterit.

Cantillat, & varias modulationes vocesq; Avium æmulatur, Vere præſertim, æſtate & autumno, qvó aves ad ſe capiendas alliciat.

Data enim opera exclamat, aliorum ſonos imitatus, eo fine, ut illas, generis ſui avem qvampiam opprimi, ac egere ſubſidio credentes advolantesq;, ſi qvæ proprior facta eſt, arripiat, lanietq;.

A plebeis nonnullis in cibum recipitur.

Lanius minor varius.

Collurio mas *Vlyß. Aldrov.*
Spinitorqvus minor.
kleiner bunter Wanfrengel.
klein Wahnfrengel/ Dornträher.

Toto habitu eſt pauló minor. Vertex & Dorſum cinereo qvidem tinguntur colore, ſed obſcuriús fuſceſcunt. Gulæ, Pectoris, Ventris, femorum, Caudæqve pronæ color dilutiús albicat, extrema veró nigris maculis variegatur. Roſtrum craſſum, nigrum, acutum, modicé incurvum. Crura, pedes fuſca ſunt, ungviculis nigris, acutis.

Lanius minor rutilus.

Lanius parvus, rubeus,
Ein kleiner roter Wanfrengel/
roter Warfrengel.

Paſſeris ſylvatici eſt magnitudine, ſeu Iyngis, cui nonnihil ſimilis.

Supina parte tota ruffeſcit, ut & Vertex Capitis, lineolis ſeu ſtriis obſcuris transverſis varius. Venter albet cinereis punctis notatus. Macula ut aliis, ſub Oculis nigra. Roſtrum aduncum cornei coloris: Pedes glauci ungviculis fuſcis.

Autumno viſco capitur, Aviculas minores jam viſco hærentes dum perſeqvitur, ipſemet viſco intricatur & capitur.

Ad cibum aptior reliqvis, delicatus & ſalubris.

Larus major cinereus.

Λάρος, á Laris piſciculis qvos comedunt.
Larus cinereus,
Piſcator,
Gavia.
Ein weiſſer Seeſchwalbe/
groſſer Seeſchwalm/
grawer Meerſchwalm/
FiſchAhr.

Avis magnitudine Columbam parúm ſuperat, oblongior, tota improbé clamoſa. Longa ſpithamar. ij. & dig. j. lata ſpithamar. qvinq; & digitor.

Digitized by Google

digitor. vj. Crura coccineo rubent, membranis digiti rubris ſepiuntur. Roſtrum digitos ij. ſ. longum, leniter incurvum qvoqve rubet, ſuperna parte rima longiuſcula perfoſſum. Alæ magnæ & oblongæ.

Color undiq; niveus, præter alas ſuperiores & dorſum tantúm, qvæ cinerea ſunt. Extremæ & longiores Alarum pennæ altero latere albæ ſunt, altero partim albæ, partim nigræ, apicibus extremis omnibus acerrimis. Caput totum fuligineum eſt, prona parte ad medium usq; Collum. Oculos nigros iris ambit cinerei coloris, Ora extrema Palpebrarum rubra, qvæ inſtar circuli Oculos exornat.

Os interius totum & lingva, qvæ bifida, rubent.

Gula ampliſſima præponitur ventriculo longiuſculo craſſiuſculo, cujus interior tunica craſſa rubra eſt.

Hepar maximum flavicans bilobium ventriculum infrá amplexatur, ſuprá Cor mucrone recipit. Lien longiuſculus ſangvinei coloris. Fel viride veſicula longiuſcula in Hepate continetur, & Inteſtino ramulo jungitur. Ad Inteſtinum rectum appendiculæ binæ graciles & tenues antrorſúm reflexæ.

Totus levis eſt ac plumis abundat, parum carnis habet.

Volat feré perpetuó ſuper lacus, paludes & fluvios etiam, raró qvieſcens, ſed prædæ inhians. Ex alto ad prædam piſcium ſe demittit.

Nidulatur in denſis arundinetis piſcinarum & lacuum, Majo & Junio Ova parit qvinq;, Colúbinis pauló majora. Veſcitur piſciculis, Inſectis paluſtribus, Muſcis & Conchulis.

Ferinum & piſcoſum qviddam ſapit, cibo inutilis.

Larus albus erythrocephalus.

Larus major capite rubeo
Ein Rotköpffichter Seeſchwalbe/

Priori ſimilis feré, præter verticem qvi inſigniter ruber.

Larus minor cinereus.

Larus piſcator *Geſn.*
Gavia minor
Ein klein Seeſchwalbe.
Rohrſchwalm/
Fiſcherlin/

 Longitudo

Longitudo ſeſqvidodrantalis, Pica minor. Roſtrum habet longum, rectum, pulcré rubens, extremo nigro. Pedes ſimiliter rubent, digitis ternis membranula cohærentibus, & poſteriore minore, ungviculis nigris. Color in Dorſo & Alis cinereus, vertex Capitis niger, Venter & cauda albicant. Sunt alæ longiſſimæ, & Cauda biſurcata.

Æſtate in lacubus paſſim obviant.

Larus minor niger.

Larus niger *Geſn.*
Meva nigra,
Ein klein ſchwartzer Seeſchwalbe/
Schwartzer Mewe/
Meyvogel/
KleinMübeßlin/ *Nonn.*

Magnitudo ei Turturis feré, longitudo dodrantem & digitos ij. æqvat. Niger eſt Roſtro, Capite, Collo, Pectore, & Dorſo ſupino ad Alas usqve, maculis utrinq; circa Oculos ad Roſtrum albicantibus. Alæ dodrantem longæ, ultra Caudam, qvæ non diviſa, extenſæ, cum reliqvo cinereæ; ſub Cauda alba eſt. Crura & pedes latiuſculi rubent, nigricantibus transverſim anteriús maculis. Ungves acuti nigri, leviter adunci.

Oculi ex fuſco purpuraſcunt, pupilla nigra.

Nidum in arundinibus piſcinarum ſuſpendit, & Majo parit.

Linaria.

Ægithus *Ariſt. Bellonii,*
Ligurinus,
Miliaria *Ruell.*
Miliaria rubetra *Longol.*
Linota *Gall.*
Ein Henffling/ *Sil.*
Leinfincke/
Flachsfincke.

Avicula eſt Paſſeris magnitudine, ſeu pauló minor, & ſpecie, Coloris ex cinereo teſtacei, in pectore & ventre maculis ſangvineis aſperſa. Alarum rectrices pennæ fuſcæ, ad latera & in extremitatibus ſuis candicant. Cruſcula brevia, gracilia, ungviculis tenuibus, ſvaviſſimi cantus.

Duplex eſt.

1. Linaria fera,
Linaria ſaxatilis,

Stein-

Digitized by Google

Stein-Henffling/
2. Linaria mitior,
Henffling.
Kraut-Henffling/

Alitur Papavere, ſem. Lini, Cannabis, Rapi, qvo diutiús & meliús durat.

Nidum in vepribus & dumetis ſuſpendit rotundum, ex paleis, muſco, fœno, culmis, & ſetis eqvinis. Qvatuor & qvinq; parit ova.

Omnes voces edocta facilimé imitatur, potiſſimúm ſi mox á nido educato fuerit in caveis. Comitiali facilé corripitur. Cibo utilis.

Linaria viridis.

χλωρὶς *Ariſtot. Geſn.*
Chloris,
Fringilla viridis,
Miliaria,
Viridia.
Ein Welſcher Henffling/ *Sil.*
Grüner Henffling/
grüne Fincke/
Hirſch-Finck/
Hirſchvogel/
Grünling/
Grünvogel/

Alaudam feré magnitudine refert, Roſtro breviuſculo rotundo, extremé acuto, coloris ſuperiús cornei, infrá carnei. Pedes molliuſculi, digitulo maximo medio antico. Tota ſuperficietenus ex cinereo luteo ad viridem colorem vergit. Alarum majores pennæ, & Cauda bifurcata ex cinereo& caſtaneo nigreſcunt.

Inter ſpinas degit plurimúm, & ex herbarum ſeminibus victitat. Non adeó freqvens ut prior.

Cantat amœné, Milio & Cannabi in caveis nutritur.

Luſcinia.

Ἀηδὼν ab ἀείδειν, vel τοῦ ἀεὶ ἄδειν, qvód ſine intermiſſione feré cúm cepit, canat.

φιλομήλη.
ἐλολυγὼν
Acredula *Cicer. Nonn.*
Eine Nachtigalle/

Avicula paſſere pauló minor eſt, Currucæ magnitudine. Roſtellum oblongiuſculum ei, & teneriuſculum atq; molle. Caput Collum & Dorſum ex phœniceo ſeu ſpadiceo ad cinereum

qvodam-

qvodammodó vergente colore decorantur, qvi color ſpadiceus in alis & cauda dilutior eſt. Gula, Pectus, Venter, & uropygium ſubcinerea aliqvantulúm albicare videntur.

Cauda duodecim pennarum palmum longa, ut Ruticillæ feré ſpadicea.

Crura oblonga, ungves ſubtiles, aliqvantulûm incurvi. Lingula breviſſima. Ocelli nigricant,

Duplex apud Sileſios conſpicitur,

1. Luſcinia minor.

Luſcinia montana

Ein Dörling / Aucupibus vulgó.

Kleine Nachtigal /

Amœnis utplurimúm, & frutetoſis Montium locis degit & nidificat.

2. Luſcinia major.

Eine groſſe Nachtigalle /

Nachtgalle / ſimpliciter.

Pauló major eſt ſuperiús deſcripta, tota feré cinerea, parum rubedinis obtinet. Cantus ſvavitate & voce præcellit.

In planis verſatur ſemper nec ad montes volat.

Victitat Luſcinia vermibus. Formicas & earum Ova avidiſſimé legit. In hypocauſtis aliqvando ovis gallinarum ad duritiem coctis, nec non panis mica candida enutritur.

Nidificat inter frutices loco denſo, non procul â terra. Eligit loca amœna. Nidum aliqvando parat in terris, ex paleis & arborum foliis oblongum. Parit æſtate qvinos utplurimúm.

Avis eſt ſtolida, curioſa, & minimé circumſpecta; ob id captu facilis. Foſſula in terram facta, decipulam Pueri collocant, ſuperiore parte patentem, ut adeuntibus aviculis aditum præbeat, qvæ tamen operculo cooperitur, cúm opus eſt, & virgula qva in altum erectum fulcitur, ne decidat prohibetur; *Farinarios* dein vermiculos. vulgó Mehlwürme / intra & extra decipulam apponunt. Qvos animadvertens ilicó occurrit, tracto loco dimovens virgulam, operculo delabente clauditur, miſerculaq; capitur.

Tanta Cantus ſvavitate præcellit, ut nulla feré Avium ſvaviore cantu dulciús aures demulceat & exhilareſcat. Aſſidué canit diebus ac *noctibus* qvin-

bus qvin-

Digitized by Google

bus qvindecim, cum ſylva fronde incipit opacari; dein canit qvidem, ſed non aſſiduó: mox æſtate adulta vocem mittit diverſam, non inſuper variam, aut celerem modulatamq;.

Hyeme á nobis diſcedit loca calidiora qværens.

Autumno pingveſcit, Cachecticis in cibo commendatur.

Caveis incluſa diligentem reqvirit curam.

Luteola germanica.

Ακανθὶς Ariſt. Geſn.

Ακάνθυλις

χλωρὶς Eber. & Peuc.

διὰ τὸ τὰ κάτω ἔχειν ὠχρά id eſt á partis ſuæ inferioris colore luteo,

ϖῖνος Vlyß. Aldrov.

Ligurinus Gaz. διὰ τὸ λιγυρὸν τῆς φωνῆς á vocis argutie.

Serinus qvaſi Syren á vocis dulcedine.

Seris

Citrina,

Ziſela,

Ein Zeiſich/Zeiſel/Sil. á voce,

Zeiſgen/Zensle/Zißle.

Avicula vulgaris notitiæ, colore viridi ſed obſcuro, non ſplendido, Pectus luteum, Roſtellum longiuſculum, tenue & acutum. Maculas duas habet nigras, alteram in fronte, alteram ſub Mento. Extremitates Alarum nigricant. Femina palleſcit, cinerea nimirúm, & ventre imo pulla.

Freqventiſſima, in montibus præcipué & nemoribus, in qvibus per æſtatem etiam nidificare ſolet. Fœcundiſſima eſt. Nam duodenos & plures ſimul parit pullos.

In hypocauſtis & caveis cantus gratia alitur papavere. Facilé cicuratur, & imperata facere perdiſcit pedibus & ore. Cúm enim é fune hinc cibus, hinc potus propendeat, Avicula hæc fune cibum & potum ſibi é profundo trahit, alternatim laborans, qvod ſenſiſſe aut vidiſſe conjicitur.

Mirum in modum pingveſcit, boni ac laudabilis nutrimenti, ſaporisq; ſvavis. Viſco facilé capitur.

Stercus alvum duram emollit, Infantibus ex lacte inſtillatum ſeu aqva decoctum, Pauperculararum feminarum uſu.

Luteola nigra.

Ein ſchwartzer Zeiſig/

Nigra hæc tota viſitur, præter verticem qvi flaveſcit: In Aviario nobilis Georgii Eeken.

Luteola Canaria.

Canaria Avicula, **Geſn.**
Paſſer canarius, **Vlyß. Ald.**
Canarius,
Citrina Canarienſis,
Avicula ſaccharina.

Ein Canarien Vogel/
Zucker Vogel/
Canarien Zeisle.

Parum differt â Spino noſtro. Magnitudo ei vulgaris Pari, roſtro albo parvo, in acutum tendente. Alarum & Caudæ pennæ totæ virides. Femina maſculo pallidior eſt.

Afferuntur â Mercatoribus ex inſula Canaria, una ex iis qvæ Fortunatæ dicuntur, Oceani Atlantici.

Veſcitur Lini & Papaveris ſemine, Milio etiam, privatim Phalaridis ſemine, ſaccharo eiusq; arundine ſummoperé gaudet,

Væneunt ſingulæ numero âureo, & á divitibus & nobilibus ſolumínodó aluntur: Magnificus Dom. Sigismundus á Czedlitz, præſes Cameræ Cæſareæ maſculum cum femella Vratislaviæ in hypocauſto aluit, ita ut per feneſtram aliqva iis evolandi poteſtas eſſet, pullos ex iis habuit & educavit.

Concentu valdé amœno eſt & acuto, qvem ſpiritu diu non interrupto, nunc in longum, nunc in altum, varia vocis inflexione, & Muſica propé, ſané lepida & artificioſa melodia extendit.

Mergus major.

Eϑία,. **Ariſtot.**
Α'ίϑυια,
Αἰϑυία,
Κόλυμβος
Κολυμβὶς á κολυμβᾷν, qvod ſignificat natare.

Colýmbus major criſtatus,
Urinatrix major,

Ein Teucher/
Groſſer Kobel Teucher/
Strauß Teucher/
Merch.

Magnitudo ei Anatis feré, longitudinis cubitalis. Roſtrum obtinet ſubrubens, canaliculatum, in Acutum deſinens, tres digitos longum, Criſtatæ

Criſtatæ plumæ circa Verticem & Collum ſupremum eminent, ſuperiús nigræ, ad latera rūfæ, inſtar pilorum vulpis.

Dorſum & Alarum majores pennæ fuſcæ, minores albæ ſunt. Parte prona Pectore & Ventre candicat, plumis feré niveis. Crura juxta alvum feré retrorſum porriguntur, glauci coloris, natationi potius qvám ingreſſui apta, femoribus in ventre conditis. Digiti pedum terni, lati, adhærentibus membranis, ſed aliqvousq; diviſi, non ut in cæteris aqvaticis conjuncti, vngvibus omninó latiusculis, præſertim medio, fuſcis. Cauda caret.

In fluminibus non admodum rapidis, ſtagnis & piſcinis æſtate freqvens.

Alga, limo, gramine victitat, maximé Piſces perſeqvitur.

Plures ſecui, & in omnium ventriculis reperi plumulas Avicularum copioſiſſimas compactas qvaſi cum piſciculis & arena.

Nidum arundinibus ſuſpendit.

Pingvis eſt. Caro nigra in cibum venit: at piſcoſum ſapit, & pravum ſuccum generát.

Sangvis Mergi amphictoton eſt, & venenis reſiſtit, præſertim Canis rabidi.

Ventriculus in cibo ſumtus, Stomaccho medetur. Antidotis miſcetur, veluti antidotis Eſdræ Aëtii.

Mergi Hépar Calculos ejicere, Paulus, ſecundas non autem Calculos, *Dioſc.* autor eſt.

Pelles á Pellionibus elaborantur ad Uentriculum calefaciendum. Concoctionem promovent, non tantúm calore ſuo, ſed etiam proprietate.

Mergulus.

Mergus niger minor,
Mergulus niger major,
Merguli genus majus nigrius,

Colymbus minor.

Ein klein ſchwartz Teucherlin/
Schwartz Teucherlin.
Duch Endtlin/
Käfer Endtle.

Multo minor eſt priore, paulò major Columba. Per Caput, Collum, Dorſum niger eſt, Ventre albo. Circa clunes & femora, pennis qvibusdam albis, aliis ruffis, Ad latera etiam Capitis poſt Oculos utrinq; ſubrufis ſeu flavis donatur. Oculi nigri, Circulis croceis ſeu Cinnabrii colore. Genæ ejusdem coloris, qvas linea rufa ambit. Roſtrum acutum, nigrum. Pedes diviſi, fuſci, ungvibus latiuſculis. Alæ majorum pennæ fuſcæ, inferiores candidæ.

Mergit ſeſe, & conſpectos piſciculos diu ſub aqvis proſeqvens huc illuc fertur, priusqvàm revertatur.

Merula nigra.

Κόττυφος, κόψιχος
Κόσσυφος
ὁ μέλας κόττυφος *Ariſt.*
Merulus
Merula qvaſi medula, qvod moduletur.
Merula nigra
Merula vulgaris
Nigrettus *Geſn.* à colore nigro.
Ein ſchwartze Amſel/
Amſel/
Meerle/

Magnitudine eſt Turdi pilaris. Roſtro longiuſculo, recto, cereo, pedibus aterrimis, colore nigro & ſplendente. Colorem cùm Roſtri, tùm plumarum, pro temporum diverſitate mutat.

Femina pallet.

Conſitis nemoribus gaudet, in qvibus nidum conſtruit durum, & qvaſi glutino qvodam firmatum. Bis parit anno qvinq; ut plurimum: ſed ejus primi partus facilè pereunt frigore, cùm omnium Avium prima hæc pariat.

Fruitur in Cibo Vermiculis, bacculis Sorbi alpinæ, Sambuciq; acinis. Clauſæ ergaſtulo, carnibus & pane candido, ſive farina hordeacea lacte permiſta, veſcitur.

Capitur autumno, laqveis inter duas arbuſculas extenſis, ſuſpenduntur bacculæ Sorbi aucupariæ, qvibus ineſcata illaqveatur.

Merula dulce canit, & vocis amœnitate ſeipſam oblectat, maximè cùm vernum tempus imminere proſpexerit: Poſt ſolſtitium tacet, hyeme tantummodò balbutiens. Sæpè humanum ſermonem imitatur, ídqve præſtat faciliùs, ſi ferè implumis adhuc

Digitized by Google

adhuc é nido exemta educata fuerit.

Caro ejus calefacit & ſiccat in fine primi gradus. Durior eſt, concoctionis tardæ; parum alit, & ſuccum procreat Melancholicum. Alvum ſiſtit.

Prodeſt ſcabie vexatis, asſatus cum Myrtillis, & adverſus dyſenteriam eſtur.

Qvi hæmorrhoidibus & cancroſis ulceribus vexantur, ab earum eſu abſtineant.

Alii Turdis præferunt, ut *Savanarola & Baptiſta Fiera.*

Si mihi pingvis erit Merulus, tua gloria cedit
Turde, ſalutiferas vult mea menſa cibos.
Igneus ardor ineſt major tibi, ſiſtitis ambo,
Tu gravior redolens, nî tibi bacca favet.
Si tamen aucupiis, laqveo vel rete latenti
Falleris, inde mihi non minús ipſe places.

Fimus ex aceto tritus Morpheæ nigræ imponitur, & Lentigines qvoq; extirpat.

Merula candida.

Εκλευκὸς Κόττυφος *Ariſt.*

Merula alba,

Ein weiſſe Amſel/

Magnitudine & voce priori par eſt, ſed rara. Aliqvando in montibus noſtris obſervatur. Capta fuit candida roſtro flavo, in pago Liebthal á nobili Fr. Zedlitzio.

Merula varia.

Merula alba & nigra.

Ein Weisgeſcheckte Amſel/

Hæc tota nigra, præter Alarum pennas majores & caudam, qvæ nivei ſunt candoris.

Apud nobiles qvosdam caveis incluſas vidi; qvæ cantu fuerunt mirabiles.

Merula alpina.

Merula montana Germanorum *Vl. Aldrov.*

ὁ φαιός κόττυφος

πετροκόσσυφος.

Merula fuſca.

Ein Birg Amſel.

SteinAmſel/

HagAmſel/

Pauló minor cæteris, Roſtro & pedibus, Coloris ex nigro in fuſcum vergentis, rufo qvodam modicé admiſto. Cauda atra. Venter ex cinereo & nigro mixtis. Saxa incolit Montium altiſſimorum.

Digitized by Google

Merula torqvata.

Merula montana
ὁ φαιός κόττυφος
Merula fuſca *Eber. & Peuc.*
Ein RingAmſel/
SchneeAmſel/
MeerAmſel/
RoßAmſel/

Turdi magnitudine ſimilis. Inter Collum & Pectus parte prona plumas habet albas, duorum digitorum latitudine (non torqvem in collo) Reliqva pars tota inferior maculoſa eſt & varia, nigris in medio pennis ambitu albis. Roſtrum inferius ſubflavum, tota pars ſuperior fuſca. Alarum pennæ margine extrinſecús albicant, præſertim qvæ in medio ſunt Crura ex nigredine obſcuré rubent.

Macula ſub gutture feminæ candidior, Mari obſcura, qvi & nigrior & ſplendidior eſt.

Montium eſt incola,&hyemis initio capitur; nec ſingulis annis apparet.

Merula aqvatica.

Merula rivalis
Κόττυφος ἔνυδρος
Ein WaſſerAmſel/
BachAmſel/

SeeAmſel.

Pauló minor eſt merula vulgari, cui non diſſimilis. Roſtrum Merulæ nigrum. Pedes fiſſi phæopi, Verticem Capitis obtinet fuſcum, Dorſum & Cauda qvæ brevis, nigra ſunt. Collo ſupino ad Dorſi initium ex rubro nigricante. Alæ ſunt partim nigræ, partim cinereæ. Gula, Collum, Pectus alba ſunt, Ventre rubente maculiś ſeu punctis cinereis vario.

Secus fluenta vivit, limo vermiculis & arena in cibo fruitur, nec hyeme ab iis diſcedit.

Pingveſcit, edibilis eſt, ſed piſcoſum ſeu ferinum ſapit.

Milvus regalis.

Ἰκτὶς παρα τὸ ἰκνοῦμαι,
Ἰκτῖνος
Ἅρπη
λύπη á lupina rapacitate.
Ἱέραξ φρυνολόχος *Eber. & Peuc.*

Milvus qvaſi mollis Avis, ſcilicet viribus & volatu.

Accipiter

Accipiter ignavus ſeu Lanarius rubeus *Albert.*
Milvus rubeus
Milvus 2. *Vlyß. Aldrov.*
Accipiter rubetarius *Turn.*
Accipiter lævis,
Fur pullorum.

Ein Hüner Ahr/ | á dilaniandis gallinis *Sil.*
Haw Ahr/ |
Hünerdieb/ |

Grimmer/
Weihe/
Schwemmer.

Avis notiſſima ex Accipitrũ genere, magnitudine & habitu Buteoni conformis eſt. Dorſum totum ferrugineum, cujus ſingularum plumarum oræ nonnihil albicant, intermixtis notis nigricantibus. *Roſtrum* aduncum, nigrum, pennis minutiſſimis juxta Nares utrinq; rigentibus. Caput ex candido obſcuré rubet. Alarum majores pennæ fuſcæ ſunt. Collum plus candidi habet, Pectus, Venter & Alæ ſuperiores lateritii coloris. Cauda inferior verſus uropygium ex albo flavet.

Crura illi ſunt crocea, humiliora, Buteonis ultra poplites propendentibus plumis ſimiliter ferrugineis dilutis obteguntur. Cauda nonnihil ſinuata, cujus pennæ ferrugineæ qvoq; fuſcis notis freqventibus admodûm & ordinatis, æqvali ubiq; interſtitio, transverſantur. Ungves qvaterni, nigri, adunci.

Cûm vocem edit, lipire dicitur Er heulet.

Avis eſt rapaciſſima, carnivora & famelica. Inſidiatur Avibus domeſticis, maximeq; pullis gallinacei:, & anſerinis, qvos incautos cûm viderit, ſtatim arripit. Autumno Mures & Columbas venatur, qvibus ventriculum ſæpé diſtentum reperire licuit.

Nidum parat in Abietibus & Piceis denſiſſimarum ſylvarum. Ternas plerunq; parit.

Verno tempore incipit apparere, certiſſimumq; eſt ejus nuncium. Hyeme latet in cavernis arborum, vel ad alia loca calidiora ſe confert.

Pingveſcit

Digitized by Google

Pingveſcit Autumno. Ejus pingvedo Articulorum doloribus illinitur.

Caro craſſa eſt & dura, cibo in Sacris interdicta.

Fel Ocularіis additur.

Milvus in fictili crematus potu Comitiales juvat.

Milvus albus.

Milvus major candicans

Milvi tertium genus albidius, rapacius **Turn.**

Lanarius albus **Vlyß. Aldr.**

Ein weiſſer Hüner Ahr/
grauer MeuſeAhr/

Magnitudine ſimilis eſt regali. Color ei candidus, exceptis Alarum majoribus pennis, qvæ fuſcæ ſunt. Rariús occurrit.

Milvus niger.

Ικτῖνος αἰτώλιος *Ariſtot.* **Vlyß. Aldr.**

Milvus 1. ſeu niger **Eidem.**

Milvus fuſcus

Ein MeusAhr/
Schwimmer.

Magnitudine Accipitri palumbario par. Caput, Collum, venter, & tota pars prona, uropygium, femora & Cauda inferna albicant. Roſtrum uncum, nigrum, membrana lutea obtectum, qvo Caput contingit.

Dorſum, Alæ ſuperiores, nec non Cauda ſuperior fuſca ſunt. Majores Alarum pennæ nigræ. Femora ad media Crura plumis intecta. Tibiæ luteæ graciles valdé, altiores Milvo regali. Digiti itidem lutei imbecilles, ungviculis nigris uncis & parúm validis.

Mures in agris inqvirit, Locuſtas, & pullos Avium, volandi adhuc impotentes, dum per terram vagantur, rapit.

Vulgatiſſimus eſt. Imbecillis volatus, ac ſi nataret.

Milvus minor rubeus.

Κεγχρίς

Milvus riſus **Albert.**

Accipiter rubeus ſeu Buterius,

Lanarius ruber minor,

Tinnunculus accipiter **Geſn.** á tinnitu per onomatopœian.

Ein WannenWäher/
qvód alas extendat, ventiletq; inſtar ventilabri, qvod vannum nominant.

Wandwäher/
Rötelweih/
Lachweihe/
Rötelweib/**Sil.**

Parvum genus eſt *Milvi*,

Corpore

Corpore parvo, plumis Muſtelinis aut Caſtaneis, ungvibus aduncis nigris. Roſtro Aqvilino, pedibus flavis.

Reptilibus & inſectis utplurimúm vivit. Papiliones, Locuſtas, Veſpas & Mures capit & devorat.

Aviculas etiam inſeqvitur.

In altis Urbium & pagorum turrib⁹, qvales ſunt Templorum, in eorum etiam muris, nec non ædificiis eorumq; tectis nidificat: item in cavis arboribus.

Ova parit rubentia Minii colore qvatuor, qvinq; vel ſex.

Fel Oculorum maculas delet.

Aliqvando candido colore viſus fuit.

Milvus minor candidus.

Ein weis Wannenwäher/ weis Rötelweib.

Monedula.

á moneta.

Κολοιός
Λύκος
Σπερμολόγος
Lupus
Graculus q. garrulus
Ein Thale/
Tole/Tule/
Aelcke/

Avis Corvini generis, garrula, qvæ humanam vocem ſumma decacitate imitatur, Cornice minor, tota nigra, minimé canora.

Κλώζειν vox Graculorum Kaken.

Veſcitur in cibo vermibus, ſcarabæis, ſeminibus & carne.

Nidificat in altiſſimis turribus, nec non arboribus ſylvarum cavis. Hinc á loco ab Agricolis noſtris qvædam nominantur *Monedulæ murariæ*. Mauer Tolen/ qvód in foraminibus Murorum ſeu turrium nidificent.

Aliæ *Arboreæ* Baum Tolen/ qvód intra arbores cavas pariant.

Bis in anno pullificant. Ova parit utplurimúm qvinq; ſubviridia, maculis fuſcis aſperſa.

Pulli á Pauperibus eduntur.

Monedula Candida.

Eine weiſſe Tale/

Graculum ex toto album roſtro ſubflavente vidi hoc anno in arce Glogovienſi cavea incluſum.

Digitized by Google

Monedula roſtro adunco.

Krumbſchnabelicht Tale.

Similis priori præter roſtrum, qvod longius, aduncum, inſtar Accipitris, & Alas remiges, qvæ candidæ ſunt.

Monedula crucifera.

Eine Creutz Tale.

Roſtrum obtinet inſtar Crucis, veluti in Curviroſtra decuſſatum. Cæteris vulgari ſimilis, at rariſſima.

Motacilla alba.

Σεισοπυγὶς, *Heſych.* id eſt, Paſſer qvi juxta rivulos aqvarum, & torrentes invenitur, cauda ſemper mobili.

Κιλλυρός,
Cnipologus, *Ariſt. Turn.*
Albicilla, *Gaz.*
Albicula,
Cauda tremula,
Paſſer aqvaticus.

Eine Bachſtelze/
Weiſſe } Waſſerſtelze/
Grawe }
Queckſterze/
Kloſter Freulin.

Avicula eſt oblonga, Fringilla pauló major, Vertice, Collo ſuperiore & Pectore nigris, dorſo cinereo, roſtro longiuſculo, tenui, nigro, gula candida, Ventre toto candido. Alæ primúm cinereæ, dein ex albo & nigro variæ, qvemadmodum etiam Cauda, qvæ oblonga eſt. Tibiæ & Pedes fuſceſcunt, & longiuſculi ſunt.

Femella eſt cinereo vertice, gula luteſcente, cætera Mari ſimilis.

Caudam ſemper *motitat*. Degit plurimúm ad ripas *fluminum*, ubi Muſcas captat, & Vermiculos: qvin & aratrum Vermium cauſſa ſeqvitur, qvos verſat & exhibet cum gleba aratrum.

Nidos extruit ſub ſaxis & colliculis, foſſula in terram facta. Ova parit qvinqve, ſex.

In hujus nido Cuculus aliqvando educatur.

Ejus vis mira prædicatur in atterendo Calcúlo, pulv. in aqva Saxifragiæ, aut vino albo generoſo, pota.

In hypocauſtis alitur, ubi non ſolúm Muſcas captat, verúm etiam micas panis colligit, ac longo tempore perdurat.

Motacilla

Motacilla flava.

Motacilla minor, Florus *Nonn.*

Boarula. Culicilega 2. *Ariſt. Bellon.*

Kuh Bachſtelze/qvód ad pecora, qvæ paſcuntur, propiús accedat.
Kleine Bachſtelze/
Geele Bachſtelze/
Kuhſcheiſſe/ *Ruſtick.*

Vulgari minor eſt, roſtro longiuſculo, recto, gracili, nigricante. Corpus longiuſculum, Capite & dorſo fuſcis, Ventre albicante, cum pauciſſimo luteo. Gula lutea. Pennæ in alis nigricant, in medio per transverſum albicantes, extremis totis nigris. Cauda longiuscula eſt, & bifurcata, partim alba, nigra & lutea.

In arvis circa pecora freqvens.

Muſcipeta I.

Κνιπολόγος, *Peuc.*
Μυοκέπος.
Culicilega cinerea,
Muſcicapa.

Ein Sticherling/ *Sil.*
Fliegenſtecher/
Mückenſtecher.

Avicula eſt longiuscula, Spini magnitudine. Roſtello gracili, oblongo, Muſcis capiendis idoneo, Colore per totum Dorſum cinereo, Capite plumbeo, Ventre albicante. Cauda longiuscula, & Alæ fuſcæ. Tibiæ & Pedes nigricant.

In ſylvis vitam agit, & ſemper irreqvieta, Muſcas & Culices venatur.

Viſco capitur, & Autumno in hypocauſtis ſervatur.

Edibilis eſt.

Muſcipeta II.

Culicilega flava,
Ein Gelber Sticherling/
Ein Irlin.

Ejusdem cum priori magnitudinis, Coloris flaveſcentis.

Muſcipeta III.

Ein Neſſelfincke/ *Sil.*
Todten Vogel. *Geſn.*

Avis peſtilentialis, qvód imminente Peſte freqventiores, & propius civitates appareant.

Pari feré eſt magnitudine. Supina pars ex fuſco cinerea. Cauda, Alæ fuſcæ, qvæ per transversū in medio ut Fringilla, linea alba colorantur.

Digitized by Google

Gula cum Pectuſculo pallet, ventre albido. Roſtellum craſſiuſcúlum. Pedes nigricant cum ſplendore.

Solitaria ſemper eſt & Muſcis inhiat. Autumno aliqvando capitur.

Noctua.

γλαύξ á glauco Oculorum colore noctu perſpicaciſſimé videntium, interdiu cæcutientium.

Noctua ſaxatilis *Vlyß. Aldr*
Noctua ſylvarum
Eine Nacht Eule/
Stein Eule/
Mittel Eule/
Kautz.

Gallinæ feré eſt magnitudine, duos dodrantes longa. Crura & digitos habet Pedum hirſutos, plumis albidis. Imî ſeu interni digiti utrinq; bini nudi ſunt, ungvibus nigris, aduncis, acutiſſimis. Color ei tota parte beticus, id eſt ex rufo fuſcus, nigris maculis diſtinctus. Caput ad reliqvam magnitudinem prægrande. Oculi magni, glauci. Roſtrum aduncum breviſſimum, diluté fuſcum. Inter Oculos & Roſtrum pennulæ qvædam rigent, ceu pili aut barbulæ. In ventre plus albidi habet, qvã in cæteris. Alarum majores pennæ & Cauda lineis tranſverſim fuſcis latiuſculis figurantur.

Vox ei tou, tou, tou.

Verſatur in ſylvis, ſaxoſis & montoſis locis. Capit aviculas, & nonnunqvam Columbas, Muribus qvoq; veſcitur.

Lucifuga obſcuro latitat nam
Noctua luctu.

Hanc Aves cæteræ petunt & circumvolitent. Ipſa majore multitudine circumdata, reſupina pedibus repugnat, & in arctum collecta, roſtro & aduncis ungvibus tegitur.

Noctuæ carnes Paralyticos curare Plinius; Melancholicis & mente perturbatis prodeſſe, Rabi Moyſes ſcripſit.

Fel Collyriis additur ad maculas Oculorum. Eorum aciem pingvedo acuit.

Ferunt Infantes, geſtatis Noctuarum ovis, in omnem vitam reddi abſtemios.

Noctua aurita.

ὦτος qvód περί τὰ ὦτα πτερύγια ἔχει qvaſi Aurita. Plumæ enim utrinq; in Capite Auricularum inſtar prominent: tum qvia harum ipſarum foramina admodum patula

tula ſunt & grandia.

Aſio *Plin. Agric.*
Aſio fulvus *Vlyß Aldrov.*
Ein OhrKutz/
UhrEule/
RantzEule.

Longitudo ejus ſpithamarum ij. latitudo qvinq;. Ex ferrugineo tota flaveſcit, ſed magis ventre. Roſtrum habet nigrum, aduncum, mucrone obtuſiore. Ungves validi adunci, admodúm nigri. Crura ad ungves usq; piloſa, flaventia, ut & venter interior cum uropygio. Cauda ex ferrugineo flavet, lineis nigris transverſim contortis, & incurvo flexu pictis, veluti undulatis. Veſtitur copioſa pluma, qvam maculæ nigricantes in ventre longæ, in collo & dorſo latiuſculæ, & puncta minutiſſima in margine albicante exornant. Faciem ambit circulus coronæ inſtar, ex plumulis diverſi coloris. Juxta Oculos & Roſtrum é flavedine & obſcuritate candicat, minutiſſimis plumulis veluti pilis tota obſita. Oculi iris ſaturo, crocea, ſplendida, pupillima nigerrima. Plumæ in Aurium regione inſtar Cornuum utrinq; eriguntur, é qvaternis qvinísve plumulis, qvibus margines candicant & flavent, medio nigro. Vertex varius ex punctulis nigricantibus, luteolis & fuſcis. Alarum pennæ partim flavæ, præſertim interiores, partim fuſcæ mediæ, partim albicant Corpori proximæ, omnes margine extremo candicante trãsverſis nigris lineis diſcusſatæ, & notis minutiſſimis inſtar punctorum maculatæ. Interiores alæ argenteo nitent candore. Lingva brevis, latiuſcula. Ventriculus ampliſſimus. Oculi & Aurium ſtructura mira. Oculus tunica cartilaginea, veluti capſula Cucurbitulæ, qva balneatores utuntur, forma incluſas, interna parte elatior & convexa, extrinſecus anguſtior. Sub Cornea latet uvea, nigrore, ac veluti atramento nigro perfuſa. Hanc veluti circulus ambit pellicula aurea ſeu Arantii colore, ſic connata Uveæ, ut nullo modo integré divelli poſſit: Iris aurea, Pupilla nigra. Cerebrum unica tunica ſed craſſior inveſtit. Nervi duo magni ad Cerebelli latera ad Aures tendunt, & anteriore parte proceſſus bini minutiſſimi conjuncti feré

papillarum inſtar albent.

Ex raptu vivit Avicularum &Murium. Habitat in montibus, ac in Arborum cavernis nidificat.

Hui hou. Hui hou vocem edit.

Volatus ei levis & facilis.

Nucifraga.

Καρυοκατάκτης Geſn.
Merula ſaxatilis,
Turdela ſaxatilis *Vlyß. Aldr.*
Rubecula ſaxatilis,
Nucifrangibulus.
Graculi Alpini ſeu montani genus. *Turn.*
Ein Nußbicker/
Nußhacker/
Nußkrahe/
Nußbrecher.

Avis montana, Graculo pauló minor, Merula major, per totum Corpus ex fuſco rubeſcente,albis maculis more Sturni diſtincta. Caput ſine maculis ex fuſco rubet. Roſtrum Monedulæ longius, craſſum, nigricans. Alarum pennæ majores nigræ, in extremis candicant. Cauda ſupiné nigra, proné ferruginea, cujus extremitates albæ ſunt. Pedes nigri ſplendent, digitis ut in Pica glandaria variis articulis flexibilibus.

Paſſim in montibus obvia.

Nidificat in cavis arboribus.

AutumnoNuces Avellanas in terram ſeu arbores concavas recondit, qvas hyeme reqvirit,& confractis in cibo utitur.

Solet nucleum cum corticibus duris devorare.

Calculoſis & Dyſentericis in cibo utilis,

Olor.

Κύκνος *Ariſt.* á κυκᾷν á turbare, fodere, qvód cœnum turbare ſoleat, dum cibum qværit.

Cygnus
Olor á colore, qvód totus ſis albus.

Ein Schwan/
Delb/
Delbs/

Cygnus forma victuq; Anſeri ſimilis, ſed multó major, totus candidus, Collo longiſſimo,pedibus latis nigerrimis. Roſtrum anteriusnigrum,poſterius flavet. Binos habet appendices ad imum Inteſtinum, ut Anſer,

Ovidius

Ovidius.

Corpus habet gravius: nec ſe
cæloq; Joviq;,
Credit: ſed -

Stagna petit patuloſq́; lacus,
ignemq́; peroſus,
Qvæ colat eligit & contraria
flumina flammis.
Collumq; á pectore longé
Porrigitur,digitoſq;ligat jun-
ctura rubentes:
Penna latus velat: tenet os
ſine acumine roſtrum.
Grus gruit, inq́; glomis Cy-
gni prope flumina drenſant.

Ad lacus, amnes, fluvioſq́; victum qværit. Veſcitur limo, arena gramine,alga,hordeo, Piſcibus.

In lacuſtribus Ducatus Legnicenſis inter herbas nidificat. Cúm domeſticus eſt, in domibus & lapidibus juxta aqvas ſubſtratis ſtraminibus, parit ſeptena utplurimúm Ova.

Vitæ eſt longiſſimæ,& vim ſuam in alis habet.

Caro ejus dura, rubra,concoctu difficilis, non mali ſaporis, at Melancholici ſucci. A culinis noſtris plerunq; àbdicatur.

Adeps hæmorrhoides lenit, ſi eo tangantur. Vulvarum durities & collectiones emollit: Oculos purgat, cum vino Lentigines tollit.

Cygni pulli in oleo cocti addita medulla Cervina, Podagricis proſunt.

Pellis, plumis tenerrimis ac denſiſſimis cum leviſſimo vellere obſita. Colicos miré adjuvat, & Stomachi vitio laborantes.

Plumulæ á feminis Nobilibus, ob calorem & levitatem, ad culcitras implendas omnium Avium præferuntur. Ex his enim pulvinaria concinnant molliſſima.

Dicitur Cygnus mortèm præſentiens ſvaviſſimé canere: inde proverbium: Cygnæa cantio, Ein Schwanen geſang.

Onocrotalus.

Ονοκρόταλος
Pelecanus *Petr. Bellon.*
Truo,

Ein Kropffgans/
Sackgans/
Schneegans/
Vielfras/

Vielfras/
Ohnvogel.
q. d. Avium abſurda

Avis peregrina alba, Cygno perſimilis, ſed major, Roſtro prælongo & valido. A gutture usq; ad pectus receptaculum longum & amplum, inſtar ſocci magni (Ingluviem appelles) foràs prominet, radici lingvæ ejus annexum. In hoc cibus receptus primúm emollitur, & inde ad Stomachum digerendus transmittitur.

Horribilem vocem inſtar rugitus emittit. Piſcibus alitur, & in paludibus nidulatur.

Raró has terras freqventat. Anno milleſimo qvingenteſimo octuageſimo qvinto Vratislaviæ Onocrotalus captus fuit.

Oriolus.

ab aureo colore.
χλωρίων Guiel. Budæi.
Chloreus Eber. & Peuc.
Merula aurea.
Vineo,
Vireo,
Lutus, Lutea.
Ein Bierholt/
Bierolff/
Beerhold/
Kirſchholdt/
GoldMeerle/
Wittewale.

Pici genus Merulæ magnitudine. Roſtrum craſſum, oblongum anteriús flavet, poſteriús rutilat. Coloris aurei per totum Corpus, at dilutioris circa uropygium. Alæ ex cæruleo fuſcæ, extremis apicibus albicantibus. Venter cum pectore & gula alba lineis longiuſculis nigris diſtingvitur. Crura breviuſcula dilutè cærulea, digitis qvaternis diviſa ungvibus totidem aduncis ex fuſco rubentibus. Lingva bifida. Fel praſſini coloris in veſicula Hepati adnaſcitur. Caro flaveſcit.

Vivit ax Arborum fructibus, Ceraſis, Erucis, Scarabæis.

Nidum in ramis arborum minutiſſimis mira ſubtilitate ſuſpendit, cyathi in modum, ita ut in aëre ſolo pendere videatur de terra cernentibus.

Variat vocem, & aliqvando inſtar fiſtulæ canit, præſertim pluvia imminente.

Recentiores Icterum in cibo curare tradunt.

Procedit ante ſolſtitium æſtivum, & tunc pruinas non ampliús futuras bona ſpes, exoriente Arcturo diſcedit; & tota

& tota hyeme non conſpicitur.

In cibum recipitur.

Ortygometra.

Ὀρτυγομήτρα Ariſt. ab ὄρτυξ. & μήτρα, id eſt, Coturnicum mater ſeu matrix.

Coturnix prægrandis, ſeu magna,
Matrix Gaz.
Serica Longol.
Cenchramus Plin. Eid.
Crex Turneri.
Rex Coturnicum.
Ein Schnercker/ſil.
Wachtel König/
Alte Knechte/
á voce Kreck, Kreck, Kreck, ac ſi qvis ſerram duceret.

Avis Coturnici ſimilis, ſed major aliqvanto & nigrior, Roſtro craſſo oblongo, ut Coturnicis, Cruribus albis, ex flavo virentibus. Tota feré Capitis, Colli, Dorſiq;, nec non major Alarum pars, qvâ dorſum ſpectant, teſtacea, maculis nigricantibus, & albicantibus punctulis paſſim, (præſertim in junioribus) reſperſa. Vertex Capitis ad cæruleum vergit. Venter albicat. Alæ qvâ ventrem contingunt, rufeſcunt.

Frugilega eſt, & advena. Verſatur in agris & pratis paluſtribus die nocteq; obſtrepera. Raró aut nunqvam volat, curſus velociſſimi. Inter herbas & gramen ſeſe abdit, ut raró appareat. Deprehendunt eam aliqvādo fœniſeci.

Lumbricos etiam & vermiculos in cibum rapit. Nidum ſtruit in pratis, qvinq; ſex parit Ova, Coturnicis pauló majora.

Aſſa in cibum recipitur ſatis lauta, ſapore Coturnicis. Contra morbum regium prædicatur.

Tempeſtatem futuram ſeu pluvias freqventi clamore prænunciat.

Avolat Autumno, nocturno tempore & Vere cum Coturnicibus redit, qvib. ſe ducem præbet.

Palumbus.

φὰψ mas
φάσσα, φάττα femina Ariſtot.
Τιθασσὸς
Palumbus major ſeu torqvatus Vlyſſ. Aldrov.
Palumbus Iun.
Torqvatus Martial.
Columba torqvata
Columba ſylvana
Hic, hæc Palumbus.

Virg. Nec tamen interea rauca tua cura Palumbi.

Martial. Ingvina torqvati tardant, hebetanq; Palumbi.

Eine RingelTaube/ *ſil.* HolßTaube/ PlochTaube.

Palumbus major eſt Columba vulgari, longitudine duarum ſpithamarum, coloris lividi. Alarum majores ſeu remiges pennæ ſubnigræ, qvas linea candida ſecundum longitudinem ab aliis diſtingvit. Interior Alarum pars utplurimúm fuſca eſt, ut etiam Dorſi ſuperior. Reliqvum Dorſum & Cauda cinerei ſeu lividi ſunt coloris. Caput ex rubro cæruleum. Collum exornat circulus albus (ſeu potius macula) imperfectus, ſupina Colli parte deſinens, duorum digitorum intervallo, cujus reliqvæ pennæ variæ ſunt,& pro alio atq; alio ad lucem ſitu poſitæ purpureæ, virides, cæruleæ, cinereæ. Pectus cum aliqva Colli proni parte purpuraſcit, cui cinerei etiam nonnihil eſt confuſum. Venter albet. Pedes rubicundi. Roſtrum ſubflavum, cute utrinq; purpurea inductum. Oculi rotundiſſimi. Ingluvies Ventriculo præponitur.

Plauſitat arborea clamans de fronde Palumbes.

Habitat ſylvas plerunq;& in arboribus degit. Veſcitur glandibus, frugibus, Viſci ſemine.

Nidificat in arborum ramis, & bis in anno pullificat. Ova parit utplurimúm terna, incubat qvatuordecim *diebus* ut Columbæ, Hyeme demigrat in loca finitima aprica.

Proſunt ei ſqvalores.

Vita Palumbium longa, Nam ad 25. triginta, vel ad 40. annos durare exiſtimatur.

Iſidorus. Palumbus comes eſt caſtitatis, cúm *amiſſo* corporali conſortio ſolitaria incedat, nec carnalem ultró copulam reqvirat.

Porphyrius. Mira eſt Palumbium in conjugio caſtitas, qvæ etiam adulterio corruptæ interimunt corruptorem, ſi aſſeqvi poſſunt.

Caro Palumbis calida, ſicca, dura, concoctu difficilis & excrementoſa, alvum *adſtrin*-

gir,

git; Dyſentericis auxiliatur; immodicos Menſtruorum fluxus cohibet.

Veteres pro cibis delicatis & palato arridentibus habebant.

Si per hyemem diutiús maceratæ ingerantur, Nervorum vitiis utiles ſunt.

Veneris libidinis reſtinguunt, juxta illud *Martialis*:

Ingvina torqvati tardant hebetantq; Palumbi,
Non edat hanc volucrem qvi velit eſſe ſalax.

Sangvis ad Oculorum ictus, & Oculis cruore ſuffuſis, ac Luſcioſis illinitur.

Cinis plumarum Ictericos reficit; ex aceto contra Calculos & Urinæ difficultates ſumitur.

Fimus urinam provocat, & Veſicæ affectibus, nec non Calculoſis utilis prædicatur.

Pardalus I.

Arqvata ſeu Numenius, *Geſn.* qvód roſtrum ejus inflectatur ſicuti arcus.

Gallina novalis major.
Torqvatus,
Capella, *Nonnull.*
Tarlinus ſeu Terlicus, *Venetis* an νουμήνιος, *Veterū*?
Ein Geißvogel / *Sil.*
Brachhun / Giloch /
Himel Geiß /
Groſſer Brachvogel.

Magnitudo ei Gallinæ villaticæ. Longitudo ab extremo roſtro, ad pedes ultimos circiter palmorum novem. Crura oblonga palmorum ij. cinerea; Digiti fuſci, ſed aliqvatenus membrana conjuncti, qvæ etiam utrinq; juxta ſingulos digitos deſcendit, & inferiorem digitorum partem dilatat, ungvibus nigerrimis.

Roſtrum circiter octo digitos longum, nonnihil arcuatum ſeu inflexum, deorſum nigricans.

Pennarum color fuſcus feré, ſed varius & maculoſus eſt.

Per alas, dorſum, ad urópygium fuſcus, ſubflavis maculis undiqvaq; variatur.

Ex eis maximé fulgent inſtar ſerici villoſi, qvæ inter alas & dorſum ſunt in medio nigræ, in circuitu per intervalla ſubrufæ.

Cauda ſeptem digitos longa, nigris & albis lineis transverſim ductis diſtincta.

Digitized by Google

Collum plus cinerei habet qvám albi, pluma moliſſima. In pectore præter nigricantes, plumæ ſubrubent. In alis extremitas pennarum nigreſcit, venter & pars ſub alis albicat. Alæ ipſæ latiuſculæ ſunt, ex egregiis pennis, partim nigris, partim albis & fuſcis diſcolores.

Ventriculum habet ut Gallina craſſum, calloſum, cum ingluvie. Hepar rubrum, in cujus medio fel praſſinum veſicula magna contentum.

In pratis circa paluſtria verſatur, ubi ſcarabæos, Vermiculos & alia inſecta cum lapillis ad cibum inqvirit. Curſus velociſſimi.

Ova parit qvalia Gallina, pallida.

Caro ejus candida, ſvavis, grata, facilis concoctionis ac probi ſucci: ob id in delitiis procerum.

Autumno capitur.

Pardalus II.

Vanellus fuſcus,
Kyvitta fuſca,
Merula novalium.
Eine BrachAmſel/
groſſer Brachvogel/
grawer Gyſitz.

Avis Vanello congener, ſed pauló major, Roſtro recto acuto, rubente, palmum longo, Cruribus altioribus, ut vanelli, ſimiliter obſcuré rubentibus, ſine calce. Caput, Collum, Dorſum ſuperius, Alæ, Cauda, fuſci ſunt coloris ad nigredinem tendentis. Collum ambit macula candicans prona & laterali parte, veluti in Merula torqvata. Medias Alas interſecat linea candida digitum lata; veluti & Caudæ pennæ exteriores, cæteris longiores, transverſim lineis albis inſigniuntur. Venter inſtar Turdelæ varius, maculis longiuſculis reperſus. Verſus caudam & femora albet.

Veſcitur Vermiculis & lapillis, qvi in ejus ventriculo fuère reperti.

Rariſſimus in patria noſtra. Unicam habeo á nobili Dom. Valentino á Reder, qvám ſub acuto monte bombardi globulo trajecerat in prato, ejusq; iconem Avis ignotæ nomine communicavit.

Totus odore Zibetum refert.

Caro ejus palato admodúm grata, ob id precioſa, & in magnis

magnis deliciis habetur.

Pardulus III.

Gallina novalis media,
πάρδαλος *Ariſtot. Longol. & Turn.*
Pluvialis *Geſner.*
Vivago *Bodini.*
Pluvialis viridis
Vanellus ſubviridis
an Rynchace *Plutarch.*
Ein Brachvogel / *propriè & ſimpliciter Sileſiis.*
Eine SeeTaube.
groſſer Brachvogel.
Pulvier / *Longol.*
Pulros *Eber. & Peuc.*
Pluviers *Gall.*

Avis eſt pulveratrix, Vanello minor, longitudinis dodrantalis cum palmis ij. latitudinis veró dodrantum ij. & ſex digitorum. Supinæ partis veluti Capitis, Dorſi, Alarum ſuperiorum, Caudæ, color fuligineus, ex obſcura viredine, punctis luteis inſtar Pardi variè reſperſus. Majores ſeu remiges inferiores Alarum pennæ totæ fuſcæ ſunt, qvarum medii ordinis apices extremi candore micant. Mentum cum ventre candida, ut & Alæ interiores, apparent, præter Collum pronum & Pectus leucophæum obſcura flavedine conſperſum. Radices pennarum ventris nigræ ſunt. Roſtrum obtinet ſeſqvidigitum longum, rectum, obſcuré rubrum, canulatum.

Crura cinerea, iij. digitorum longitudine, ad medium plumis candidis tecta. Digiti terni, qvorum duo exteriores utrinq; exigua pellicula cohærent, ungviculis nigerrimis aduncis.

Hepar ei magnum bipartitum rubet, absq; felle. Ventriculus parvus, craſſior, rugoſus: in qvo ſæpiús diſſecto lapilli, vermiculi & ſcarabæi minuti inventi fuerũt: Unde vanum credere eum ſolo aëre tantúm paſci & vitam ducere.

Inteſtina per gyros circumvolvuntur, ad qvorum exitum feré, appendices bini digitorum ij. longitudine viſuntur.

Pupillam nigram Iris adornat obſcuré rubens.

In agris novalibus, campis deſertis, planis, & juxta aqvas degit.

Autumno gregatim volat, ac celerrimé, paſſim juxta lacus retibus, uti Columbæ feræ, capitur. Hyeme diſce-

Digitized by Google

dit. Curſus eſt velociſſimi, ac vocem imitatur, qvalem paſtores & aurigarum Pueri labiis porrectis ædunt.

Admodúm pingves fiunt autumno.

Lautæ ſunt in cibo, & in magnis deliciis.

Dum hæc ſcriberem, vivum in hypocauſto ultra quatuordecim dies habui, qvi ſola arena & aqva contentus tandem labe enecatus periit.

Pardalus IV.

Pluvialis altera ſpecies Geſn.

Gallina novalis minor,
Pardalus minor.
Ein kleiner Brachvogel.

Hic reliqvis omnibus minor, Turturis feré magnitudine. Supina pars tota fuliginea, maculis ſubflaventibus varia. Alæ longæ, fuſcæ, qvarum majores pennæ extremæ, mediotenús ſecundum longitudinem candidæ. Venter totus albus. Roſtrum rectum, digitum longum. Crúra ex obſcuro luteſcunt, tribus digitis anterioribus ſine calce.

Iisdem locis ut prior degit, ſimiliq; modo capitur, & in cibum venit.

Parus.

Αἰγιθαλός Ariſtot. ab impetu qvo volando utitur.
Parix Recent.
Parula,
Ein Meiſe/
Meißlin.

Avicula eſt fœcunda & πολύτεκνος canora.

In arboribus degit, Vermiculos & Muſcas ad cibum inqvirens.

Nidificat in cavis Arboribus.

Toto anno apparet, & decipulis ac Noctua capitur.

Ariſtoteles tres ſpecies deſcribit: hodie plures cognoſcimus.

Parus carbonarius.

Αἰγιθαλὸς σπιζίτης Ariſtot.
Parus major,
Fringillago Gaz.
Ein KolMeiſe/
SpiegelMeiſe/
BrandMeiſe/
Groſſe Meiſe.

Maximus eſt omnium, & coloribus elegantiſſimé variat. Roſtrum

Digitized by Google

at. Roſtrum ei rectum, rotundum, acutum. Pedes fuſci. Caput Corvino nigrore ſplendet, qvi per latera Colli deſcendens protenditur. Tempora & Oculorum ambitus albent. Dorſum ſubviridis eſt coloris, Pectus & venter flavi, qvem tamen medium linea nigra in longum ducta ſecat. Alæ partim ſunt cyanei coloris, partim ſubnigræ, partim albidæ. Cauda bifida, partim cinerea partim nigra, cujus extremæ utrinq; pennæ duæ exteriori parte candicant. Lingva fisſa eſt.

Delectatur ſemine Cannabino, Papavere, Nucibus juglandibus & Sevo.

In hypocauſtis alitur, in qvibus aliqvando Ova parit.

Adeó manſveſcit, ut etiam ſponté, nuce porrecta, in manus involet.

Inſpectus Icterum curare fertur.

Adverſus Renum Calculum, & Colicos cruciatus efficax á Nonnullis prædicatur.

In cibo utilis.

Parus caudatus.

Αἰγιθαλὸς ὀρεινὸς Ariſt. Vl. Aldrov. ἀνώνυμος Nonn.

Parus Monticola Bell.
Schwantz-Meiſe/
Zahl-Meiſe/
Berg-Meißlin/
Pfannenſtigliz/ Eber. & Peuc.

Minor eſt priori, at non omnium reliqvorum minimus. Roſtellum fuſcum, craſſiuſculum, brevius: acutum tamen & rotundum. Pedunculi nigri.

Collum ſupinum ad Dorſum atrum eſt, proné á roſtro ad ventrem usq; candicat, intercurrentibus lineolis exiguis, deorſum deſcendentibus, nigricantibus. Vertex & genæ nivei coloris. Venter ad Caſtaneum vergit. Circa uropygium albet. Dorſum purpuraſcit, remigibus nigris in extremitate albicantibus. Cauda longiſſima nigra, utrinq; extremis pennis media parte candidis.

Montana loca freqventat, vermibus, araneis, aliisq; animalculis in cibo fruitur. Raró ad plana deſcendit.

Inqvieta eſt, & certo loco reſidere neſcit, modó hanc, modó illam arborem petens. Vox ejus guicкeg, guicкeg, guicкeg.

Nidum

Digitized by Google

Nidum conſtruit amplum ex muſco & plumis.

Autumno gregatim volat, & noctuâ freqventer ab Aucupibus capitur.

Parus cæruleus.

Parus montanus *Peuc.*
Parus 2. *Turneri.* Parulus cæruleus,
Ein BlawMeißlin/
MeelMeiſe/
BinMeiſe/
PimpelMeiſe.

Exiguus eſt admodúm, pauló major Regulo, Vertice & Cauda cæruleis ſeu azureis, decoris. Roſtellum breve, craſſiuſculum, fuſcum, Pedunculi glauci ſeu ſubcærulei. Dorſum totum cinereo advireſcente ornatus colore. Pectus ſupremum flaveſcit, venter infimus albicat, radicibus plumularum nigris, Alæ dilutè cæruleæ, in medio lineam candidam transverſim ductam obtinent.

Cæruleum Capitis verticem alba linea totum Caput cingens claudit, ad Oculorum canthum minorem ubiq; protenſa. Collum medium alba nota majuſcula tingitur.

Apibus inſidiatur, & qvovis Anni tempore in montanis noſtris apparet. Ova parit plurima.

Parus fuſcus.

Parus paluſtris *Geſn.*
Parus cinereus,
Parus atricapillus *Vlyß. Aldrov.*
Parus qvartus *Boll.*
Paſſer arundinarius Anglor. *Tur.*
Junio *Ariſt. Turn.*
Ein GrawMeißlin/ *Sil.*
MurMeiſe/
AſchMeiſe/
RottMeiſe/
RiedMeißlin.

Pauló minor eſt Cæruleo, Corpore fuſco ad cinereum vergente. Caput prorſus nigrum, utrinq; candicans. Pectus & venter albicant. Nigra ſunt Cauda & Dorſum: cui nonnihil rufi admixtum. Cruſcula fuſca, ſubrubentia.

Circa cœnum & paludes degit, ad Saliceta.

Parus ater.

Parus Carbonarius minor,
Parus caninus,
Eine HundsMeiſe/ *Sil.*
Kleine KolMeiſe/

Subflavens macula ei infra Oculos, & alia in Occipitio: reliqvum Caput atrum. Venter

ter pallidé flaveſcit. Dorſum fuſcum, ut & Alæ, at maculis candicantibus reſperſæ. Roſtellum pauló longius qvám Cærulei ex nigro ſplendet. Cruſcula glauci coloris.

Paſſim occurrit in ſylvis & hortis.

Parus criſtatus.

Ein StrausMeislin/
KobelMeiſe/
HeubelMeiſe/
HeidenMeiſe.

Pauló major eſt atro. Vertex ei niger, punctis albis adornatus, criſta retró extenſa. Dorſum cum Cauda fuſcum, Pectore albo, Cruſculis cinereis.

Gregatim volat, & autumno in montibus freqventer capitur.

Paruli omnes in cibum veniunt, autumno & hyeme, ſaporis non ingrati, nec ſucci pravi.

Paſſer domeſticus.

στρουθός.
ψὰρ,

Paſſer á patiendo, qvód Caducum Morbum patiatur.

στρουθάριον Paſſerculus,
Ein Sperrling/
Spatz/
Sperg.

Mas per Dorſum & Alas colore latericio & cinereo diſtingvitur, nigris maculis tinctus. Vertex cinereus, gutture nigro & Ventre albicante. Roſtrum fuſcum, craſſum, acutum.

Macula ante oculos nigra, retró rubra Dorſum verſus.

Femina cinerea eſt, roſtro candicante.

Vox ejus propria πιππίζειν,

Pippilat & Paſſer, & dulce canit Philomela.

In cibo utitur omnis generis frugibus, maximé Hordeo delectatur. Cadavera etiam ſuſpenſorum arrodit, in qvorum Craniis aliqvando nidificare ſolet,

Paſſere abundat Sileſia noſtra, nec hyeme ab ea recedit.

Vere & æſtate fœtificat, & qvidem bis, pullos qvatuor qvinqve excludens.

Autumno gregatim ad agros volat, Hordeo & Tritico jam matureſcentibus. Hyeme ad Horrea ſe confert, & granaria inviſit, in qvibus ſæpé magno numero capitur.

Nidum ſub altis tectis, ex feſtucis & ſtraminibus mira arte congerit, & ut molliter

cuber, qvám molliſſimis plumulis ſternit.

Vita eis ob ſalicitatem breviſſima, qvam ultra qvartum annum vix extendit.

Paſſeres non niſi á pauperculis, & hyeme qvidem in cibum ſumuntur. Calidi ſunt & ſicci natura ad tertium gradum, improbi ſucci, nec grati ſaporis. Alvum ſiſtunt, malé alunt, & difficulter concoqvuntur. Aſſi in cibo venerem conciliant, maximé Cerebella.

Baptiſta Fiera.

Ardet, & in tenera Paſſer durabitur alvo:
Si vis eſſe ſalax, det Cerebella tibi.
Heu miſerum: qvi præcipiti ſic labitur ævo,
I, Venus, hinc, ſolas ni modó perdis aves.

Epilepticis præſcribuntur, qvód caliditate & ſiccitate ſua humores conſumant, á qvibus Epilepſia dependet.

Trallianus tympanicis con cedit.

Galenus turricolas laudat in Renum Calculo & Arthritide.

Fimus á Lentiginibus purgat faciem. Cum ſputo hominis jejuni varices extirpat. Ex adipe porcino Alopeciam explet, & Carbunculos rumpit.

Paſſer niveus

Paſſer albus,
Ein Weiſſer Sperling.

A vulgari ſolo colore diſtingvitur, qvi totus candidus eſt præter Roſtrum & pedes.

Hunc clariſſimus Vir D. Laurentius Scholtzius Med. in viridario ſuo inſtructiſſimo, Vratiſlaviæ, cavea incluſum alebat.

Prope oppida aliqvando cum aliis viſitur: Qvalis hoc anno inter alios indies conſpicitur Lignicii in platea, qvæ vocatur Media.

Paſſer montanus.

στρουθὸς ἄγριος,
Paſſer ferus,

Ein Wald Sperling
Weiden Sperling.

Magnitudo cum domeſtico feré eadem, pauló minor. Roſtrum habet acutum, breviuſculum. Capitis vertex caſtaneus

caſtaneus ſeu ruber. Dorſum atq; Alæ totæ partim flavæ, partim nigræ, Alæ vero, qvâ Ventrem contingunt, modó ferrugineæ, modo atræ, modó albæ. Pectus albet. Cauda longiuſcula ex luteo fuſceſcit. Tibiæ & Pedes ſubflavi ſunt. Mentum atrum, inter qvod & Verticem color albus eſt. Femina pallidior eſt, & Mentum nigra macula caret.

In montibus extra urbes & pagos degit, in cavis arboribus nidificans.

Paſſer torqvatus.

Paſſer campeſtris,
Paſſer ſylvaticus,
Paſſer Troglodytes, **Eber. & Peuc.**

Ein Ringel Sperling/
Ringel Spaß/
Feld Sperling/
Wald Sperling.

Minor eſt domeſtico, ſupernè fuſcus, ſed varius & lineolis albicantibus intereiſus: infernè ad flavedinem vergit. Vertice purpureo. Collum ambit circulus albus.

In ſylveſtribus vitam agit, & arborum truncis longo ſitu foraminoſis nidificat. Hyeme diſcedit, & nunqvam ad oppida volat. Longioris vitæ qvám domeſticus.

Paſſer arundinarius

Geſn.

ϛρȣθὸς χοίνικλος,
an βάτις & Scæniclos **Ariſt.**
Junco **Gaz.**
Paſſer aqvaticus **Eber. & Peuc.**
Batis ſeu Rubetra **Vlyß. Aldrov.**
Paſſer torqvatus paluſtris,
Paſſer calamodytis,

Ein Rohr Sperrling/Sil.
Rohrſpaßlin/
Rohrſpar.

Magnitudo ei Fringillæ aureæ, Paſſere pauló minor. Roſtrum ei breviuſculum, craſſum, nigricans. Cruſcula fuſca ſunt, ungviculis nigris, uncis. Venter albidus eſt, pectus ſubflavum. Verticem exornat color totus ater, ut & Mentum, qvod punctulis albidis aſpergitur. Collum ſupinum ambit circulus albus, cui macula longiuſcula ſimilis coloris ſub Oculis exorta retró jungitur. Oculi nigri. Dorſum cinereum notis nigris & figulinis variũ.

Fuſcæ ſunt Alarum remiges cum cauda, cujus exteriores pennæ tres utrinq; in extremitatibus albedine maculantur. Alæ ſuperiores figulinæ ſunt ex flavedine. Lingva tenuis. Felle caret ventriculus craſſiuſculus.

Veſcitur vermiculis, ſeminulis & arena. Poſt Æqvinoctium vernum apparet, & tota æſtate in arundinetis vivit, á qvibus vix diſcedit, Cantu ſvavis. Autumno avolat.

Nidum inter arundines artificiosé ſuſpendit, & ova qvinqve vel ſex numero, Majo parit.

Paſſer Troglodytes.

τρωγλοδύτης.
τρόχιλος Eber. & Feuc.
Paſſer ſepiarius,
Regulus apricus.
Ein Schneekönig/
Zaunkönig/
Zaunſchlipfflin/
Winterkönig/
Meuſekönig/
Nöſſelkönig.

Avicula omnium minima, Regulo excepto, cui pauló major, & ex fuſco ſpadicea ſeu teſtacea. Pectus cinereum, Venter infimus, & Alarum remiges lineis viciſſim nunc nigris nunc albicantibus nonnihil transverſim interſtingvuntur. Caudam longam & ſemper erectam ex fuſco caſtaneam, albo colore retró interpunctam habet. Sub Collo nigris candidisq; punctis variatur. Roſtellum fuſcum, tenue, longiuſculum, acutum. Petioli fuſci, ungviculis lucidis albidis, calcare maximo. Lingula exilis bifida.

Solivaga eſt, æſtate in ſylvis vivit & parit. Nidum ſtruit ex muſco forâs, intús ex plumis. Ova parit plura, circiter novem uno tempore, bis in anno.

Venatur vermiculos, araneas, & brevi volatu ſe exercet.

Hyeme ad oppida & pagos cernitur, cantu ſvavis.

Adverſus Calculum Renum & veſicæ maximoperé commendatur, ſi integer evulſis pennis, ſale conditus crudus devoretur. Novi qvosdam, qvi qvotannis unicum comederunt, & ab affectione minús fuerunt vexati.

Eadem præſtare creditur combuſtorum cinis.

Cum ſangvine hircino ex vino potus præſtantiſs. lithontripticon.

Pavo

Pavo,
á voce,
Ταὼς, Ταὼν á Caudæ extenſione ἀπὸ τῆς τάσεως τῶν πτερῶν.
παγῶνι Hodie,
περσικὸν, μηδικὸν ὄρνεον
Avis Medica, Perſica.
Pavus.
Junonia avis.
Ein Pfaw/ Paw/ mas
Pfáwin/femina.

Avis eſt admirabilis, omnium pulcerrima, & pulcritudinis ſtudioſa. Caput ei parvum, & qvodammodó ſerpentinum, maculis ornatum duabus oblongis candidis; in cujus vertice apex inſtar criſtæ, ex nudis qvodammodó ſcapis tenerimis virideſcentibus, veluti Liliorum flores ferentibus, conſpicuus. Roſtrum candicat craſſum, in extremo aliqvantulúm recurvum; in eo nares ſatis patulæ. Collum longiuſculum, admodúm tenue & exile, Sapphyri colore lucidum. Alæ ſuperiores juxta Dorſum cinereum, diluté ad ruborem declinans, nigricantibus maculis transverſim cymatili ductu & virentibus nonnihil. Clypeus ad Caudam usq; per Dorſi longitudinem aureus. Pennæ majores ſeu remiges rubent, numero duodecim circiter; reliqvæ inferiores nigricant ex cæruleo nitentes. Cauda duplex inferior fuſca, brevis, extenſa, vulgó Schwemmfedern/ſuperior huic veluti incumbens longiſſima, pennis plumoſis, & in fine pennarum habet Orbes (ὀφθαλμοὶ τοῦ πτέρου) ex viridi qvaſi chryſoliti ſplendore, & Auri & Sapphyri coloribus diſtinctos. Pedes cinerei ſunt, maculis nigris conſperſi, & calcaribus more gallinaceorum armati, Digiti fiſſi. Venter prope ventriculum ex cæruleo viridis, prope podicem fuſceſcit.

Pavo femina, fuſci eſt ad cinereum vergentis coloris. In vertice aliqvot maculæ exigua veluti puncta vireſcentia interſeruntur. Mentum totum candidum. Colli pennæ undatim poſitæ virides. Venter albet. Iris plumbea, in Mare luteſcit.

Avis olim rariſſima, Regibus ſaltem nota: hodie plusqvám freqvens in aulis Nobilium, ubi cum gallinis ſimul paſcitur. ποιολόγος enim eſt, gramine victitat & frugibus.

Pupillat Pavo, trinſat Hi-

rundo vaga. Clamore ſuo Serpentes & omnia venenata animalia pellit, & nocturno tempore incendia & furta facilé advertit. Noctu plerunq; tectis domorum inſidet.

Pavo inſigniter ſalax eſt ac libidinoſa, adeó ut Mas unus qvinis ſufficiat conjugibus.

Ova parit 9. 10. 12. interpolatis diebus: excludit tricenís diebus. Cúm parit, fugit Marem & incubat, facilé enim franguntur á Mare, deſiderio incubantis.

Vivit annos 25. ſecundum Ariſtotelem. Tertio anno incipit fundere colores gemmantes.

Caro Pavonis dura eſt, & fibroſa, frigida & ſicca, non minús concoctu difficilis, qvám aut vaccina aut bubula, ſvavis & ori grata: at craſſi & modici alimenti, ac difficilis concoctionis, & Melancholici ſucci.

Ob id per biduum ſuſpenſa relinqvi debet, ut durities ejus nonnihil remittat.

Aſſæ eduntur juniores, ſuperinfuſo liqvamine, ex vino aromatibus condito.

Ab hac abſtinendum iis, qvi mala intemperie Hepatis aut Lienis afficiuntur: item otio deditis & hæmorrhoidibus crebró vexatis.

Ova ut inutilia á cibo abdicantur.

Plumæ remigum pennarum raſæ á ſagittariis expetuntur.

Cauda veró ad Muſcaria colligitur.

Orbes qvinq; ſeu Corcuſcula in aqva decocti, gargarizatu, faucium inflammationi medentur, exprimento nobilis feminæ. Qva ratione, ignoro

Fumus plumarum Oculis immiſſus rubentibus & lippientibus Oculis non inutilis.

Oſſa exuſta pulveriz. exaceto Lepram & Lentigines abſtergunt.

Stercus Epileſiam ſanat ex deſtillato Cardui, Millefolii, vel Tiliæ, Podagrasq; lenit.

Carnem Pavonis mortui

non

non. putreſcere *Auguſtinus lib.* 21. de Civitate, Dei *cap.* 4. refert. Sic enim ait. Qvis enim, niſi Deus Creator omnium, dedit carni Pavonis mortui, ne putreſceret?

Pavo candidus.

Pavo albus *Vlyß. Aldrov.*
Ein Weiſſer Pfaw/

Totus colore Cygnum repreſentat candido, á priori magnitudine non differens.

Olim ut res rara, aliundé advehebatur; hodie ex Ovis, qvamvis difficiliús, propagantur. Pulli diligentem reqvirunt curam. Nam facilé pereunt.

Pavones hortis Olitoriis nocent.

Perdix.

πέρδιξ, περδίκη ἀπό τῦ πέρδειν à ſono vocis.

πέρδικα *Recent.*

Perdix minor ſeu cinerea *Vlyß. Aldro.*

Ein Räbhun/ *ſil.*
Feld-Hun/
Wild-Hun.

Pulveratrix eſt avis, duorum feré dodrantum longitudine. Colore omninó vario. Roſtrum ſubfuſcum eſt. Dorſum fuſcum, ſubflavum & rufum ſaturum, colores obtinet per transverſum alternatim diſpoſitos. Alæ fuſcæ ſunt, & lineis longiuſculis, maculisq; albicantibus & rufis majuſculis per transverſum aſperguntur. Caudæ pennæ utrinq; lateritii coloris ſenæ, mediæ totidem cum Dorſo ſimiles. Sinciput, partes circa Oculos, & prora Capitis cum Mento ſimplici rubore inſigniuntur. Collum & Pectus diluté cinerea ſunt, exiguis punctulis nigris qvaſi per verſus criſpos & undantes interſtincta. In medio ventre pennæ rufi coloris ad fuſcum tendentes. Venter inferior & Crura albicant, Pedes ex glaucedine ſucci.

Ingluvies Ventriculo præponitur, & appendices paucæ, qvà deſinit Inteſtinum. Coitus tempore teſtes habent inſignes, aliâs veró omninó obſcuros: hyeme adeó exiguos, ut nullos habere qvidam arbitrentur.

Caccabat hinc perdix, hinc gratitat improbus Anſer.

Paſcitur

Paſcitur gemmis Coryli & Betulæ, gramine & ſegete virenti. Æſtate legit ſemina & ova formicarum.

Humi nidum texit in condenſis ſpinarum & fruticum, ac ſurculis conſepit.

Nec facit in ramis altoq; cacumine nidos,
Propter humum volitat, ponitq; in ſepibus ova.

Ova parit æſtate plurima alba, 15. 18. 20. Sicut Gallina incubat, & educit pullos, qvos mira calliditate ex inſidiantium Aucupum manibus eripit.

Ampliús qvám ad ſedecim annos ejus vitam durare exiſtimatur. Ad qvinq; & viginti annos vitam protrahere *Ariſtoteles* ſcripſit.

Capiuntur retibus, canibus, falconibus.

Hyeme gregatim volant. Duodecim, qvindecim, aut plures unico incubatu excluſi tota hyeme invicem degunt, ad fonticulos & ſub nive in agris virentibus latitantes. Ein Volck Räbhüner. Vere cúm mas fæmellæ ſe adjúgit, bimatim volant. Saginantur, incluſæ Tritico.

Perdicum caro nobiliſſima ac lautiſſima, palato maximoperé arridens. Medii feré eſt temperamenti, concoctu facilis, probumq; ſuccum gignit, præſertim ſi non ilicó poſt occiſionem, minús diem ſuſpenſa comedatur. Fit enim friabilior.

Recrementi in ſe habet parum, nutrimenti multum. Sangvinem procreat generoſum, craſſitie & tenuitate mediocrem.

Iis alimentum optimum, qvi ſe non exercent, & *vitam* degunt otioſam, qviq; imbecilliores & in validi ſunt, tum etiam attenuante victus ratione, aſſvetis & hydropicis, qviq; humido ſunt ventriculo. Vitioſos enim & corruptos ipſius humores conſumit atq; abſtergit.

Memoriam aſſidué *manſa* corroborat, impingvat, *ſemen* auget & venerem excitat, ſed ventrem ſtipat. Unde ſi aſſa cum aceto ingeratur, Diarrhœa laborantibus fit edulium accommodatiſſimum.

Cum Cydoniis & vino coctа ſtiptico, Cæliacos & Stomachicos juvat.

Jus recreat Stomachum, & Morbo regio reſiſtit.

Jecur Comitiali correptis auxilio eſt. Noſtrates *fre*-

qventer

Digitized by Google

qventes aſſant. Aliqvando aſſam jure gallinarum, in qvo Caryophylli, Cinnam. Macis &c. ferbuerint, perfundunt, & offerunt.

Ova in Cibo iis, qvi impotentes ſunt, conferunt, & feminis lactis copiam faciunt.

Fel incipientes Suffuſiones diſcutit, Oculorum caliginem & Palpebrarum aſpredinem cum Mellis æqvo pondere illitum tollit.

Pennæ Alarum majores & Caudæ crematæ, & linteolo ad olfaciendum porrectæ, feminas utero ſtrangulatas excitant.

Perdix ruſtica major.

Σκολόπαξ *Ariſt.*
Ἀσκαλώπαξ *Vet. Feuc.*
Gallina ruſtica,
Gallinago *Gaz.*
Sneppa *Vulgó*
Ein Schnepffe/
Schnep Hun/
Puſch Schneppe/
Wald Schneppe/
Holtz Schneppe/
Berg Schneppe.

Magnitudine eſt pauló inferior villatica Gallina, & major Perdice campeſtri ſeu vulgari. Colore per Dorſum vario, qvi declinat ad cinereum, cum qvodam rubore & flavedine diſtingvitur. Ventre cinereo transverſim lineis nigricantibus variato. Alarum pennæ majores fuſcæ, maculis lateritiis ſecundum longitudinem tinguntur. Cauda brevis, cujus latera maculis rubentibus inſigniuntur, apicibus exterioribus phæopis, candidis internis.

Caput habet magnum, & Roſtrum ampliús palmum longum, rectum, anteriús nigricans & aſperiuſculum, Lingva longa, gracili, nervoſa. Crura rubent, digiti fiſſi.

Currit velociter; & philanthropos eſt. Montibus noſtris familiaris. Gaudet humidis & paluſtribus locis. Solis vermibus alitur, nunqvam grana attingit. Roſtrum molli luto infigit, & Cibum vermium inqvirit.

Æſtate recedit, hyemis initio redit.

Tendiculis ſeu laqveis capitur.

Caro ejus optima eſt, minús albet qvám Perdicis, ad rubedinem inclinans, ſaporis non ingrati, nec mali ſucci.

 Martialis.

Martialis.

Ruſtica ſum Perdix, qvid refert, ſi ſapor idem eſt?
Carior eſt Perdix, ſic ſapit illa magis.

Perdix ruſtica minor.

Gallinago ſeu Ruſticola minor,
Gallinago Paludana,
an Αἴξ, *Ariſt.*
Capella cæleſtis, á voce capram imitante Mec, mec, mec.

Ein Waſſer Schnepffe/
Graſe Schnepff/
Heer Schnepff/ id eſt dominorum & nobilium gallinago.
Waſſer Hünlin/
Bruch Schnepfle.
Himels Ziege } *Sileſ.*
Himels Geiß/ }

Priori forma & colore prorſus ſimilis, magnitudine differens. Roſtrum obtinet qvinq; digitos longum, anterius latiuſculum, aſperiuſculum, fuſcum, ſuperiore parte inferiorem obtegente. Corpulentia Coturnicis, at major, Colore macularumq; varietate diſtincta, ex fuſco, cinereo, nigro, albicante & lateritio; at minús qvám major. Crura obſcuré rubent, Venter albidus. Cauda cinerea, nigris & rubris maculis aſperſa.

Advena eſt, poſt æqvinoctium vernum. Aeſtate á lacuum & piſcinarum marginibus nunqvam diſcedit. Udis nidificat.

Vermibus & aliis. Inſectis paluſtribus ſuſtentatur.

Rarius occurrit.

Pingvis admodúm evadit. Caro ejus tenera & ſvavis eſt, in Menſarum delitiis nobilis.

Vox ejus audita, pluviæ prognoſticon.

Petronella.

πετρόφιλος,

Saxicola, an *Scaparola*, *Vlyß. Ald.*

Ein Steinfletſche.

Avicula eſt Motacillæ magnitudine, at breviore cauda. Caput, qvod maculis nigris conſpergitur, Collum, Tergus atq; Cauda ſubfuſca. Alæ cum Caudæ extremitate fuſcæ ſunt. Gula cum Pectore obſcuré flavent, Ventre pallido. Oculi pupillam nigram ambit

ambit circulus Caſtanei coloris. Supra Oculos ſecundum longitudinem linea candida porrigitur tenuis. Inter hos & Roſtrum plumulæ veluti pili rigens nigri. Roſtrum longiuſculum nigrum, ſenſim acuminatum. Crura, Digiti circulis veluti inciſuris diſtincti, Ungviculis minutiſſimis acutis.

In montibus declivibus & apricis ad ſaxa freqvens, ſecus itinera territorii Hirsbergenſis paſſim obvia, ſub qvibus nidum parat, foſſula in terram acta.

Junio & Julio parit ova qvinq; utplurimúm. Vermiculis & Muſcis in cibo utitur.

Vulgi opinio eſt, Ova illius á Bufonibus foveri & excludi, propterea qvód freqventer ſub ſaxis ad earum nidos inveniantur. Hyeme diſcedit. Caudam ut Motacilla ſemper qvatit, ſurſum deorſum.

Phaſianus.

φασιανὸς, *Ariſt.* á Phaſi vel Phaſide amne apud Colchos, qvód illic abundet.

Ὄρνις φασιανικὸς, *Ariſtoph.*
Ὄρνις φασιανοῦς, *Pollux.*
an Ἴυγξ, *Varin?*

Ein Faſan/
Paſian.

Avis eſt ſylveſtris ſeu peregrina é Gallorum genere, perpulchra, pennarum plumarumq; varietate & ſplendore mirabilis.

Martialis lib. 13.

Argiva primúm ſum transportata carina,
Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat.

Roſtrum ei craſſum, elevatum, pollicis lati longitudine, coloris cornei.

Vertex Capitis eleganti micat cinereo.

Inter Aures & Roſtrum ad latera macula eſt coccinea, nigris punctulis variegata.

Supra hanc & prope Roſtrum viridis color elegantiſſimus totum Collum occupat.

Colli pars prope Pectus fuſco, aureo & viridi colore adornatur. Hunc alba ovalis macula percurrit.

Alæ & Dorſum totum feré ferruginei coloris ad rufum vergentis.

Pectus & ventriculi regio iisdem cum Collo coloribus ſed obſcuriús coruſcant; prope anum & in femoribus ex ferrugineo fuſceſcit.

Cauda dodranteſij. longa inæqvalis, ex pennis ſedecim coloris cinerei, ad latera ferruginei. Tibiæ & pedes cinerei, Digitis membranulis intertextis, & ungvibus fuſceſcentibus. Femina Mare deformior eſt, colore feré Coturnicis.

Rariſſima avis in Sileſia noſtra: nec niſi Magnatibus familiaris, qvi eam magno & ſingulari ſtudio alere ſolent.

Fructibus, baccis, granis, ſeminibusq; veſcitur. Avena qvám maximé delectatur.

Parit vere. Ova gallinarum ſpecioſiora, punctis nigris undiq; maculata. Semel in anno fœtificat, & 20. die pullos maturat. Qvidam Phaſianina Ova gallinæ villaticæ incubanda committunt, ut una matrix ova qvindecim cooperiat.

Caro ejus temperata eſt, alba, tenera, facilis concoctionis ac laudabilis ſucci, in cibo delicatiſſima.

Alimenti bonitate concoctionisqve facilitate gallinam æqvat, ſvavitate veró in edendo par.

Corroborat extenuatos, & eos qvi á Morbis conſumti ſunt.

Per biduum aut triduum priús ſuſpendi debet, anteqvā coqvatur. Ob nimium atq; immenſum precium principum ac ditiorum duntaxat menſis Phaſiani dicati ſunt: In ſupremo enim honorum lumine ſemper habiti ſunt.

Fel viſum acuit *Ocularibus* mixtum.

Adeps Renum affectibus Galeni autoritate.

Phœnix.

φοῖνιξ,

Ein Phoenix/

Aqvilæ narratur magnitudine, Capite Pavonis. Pennæ rubore perfunduntur. *Auri* fulgore circa collum micant, cætera purpureus, cæruleum roſeis caudam pennis diſtingventibus, criſtis faciem caputq; plumeo apice cohoneſtantibus *Herod. Plin.* & Tyrio pinguntur crura veneno. *Ovid.* Nec fruge nec herbis, Sed thuris lachrymis, & ſucco vivit Amomi.

Vivere 540. annos, vel ut aliis placet 660. fama *eſt. Se-*

neſcentem

neſcenté Caſia Thurisq; ſurculis, ſeu Xylobalſamo, aut Cinnamo conſtruere nidum in loco, qvi Solis ara dicitur, replere odoribus, & ſuper emori tradunt. Ex oſſibus deinde ac medullis ſeu cineribus naſci primó ceu vermiculum, inde in avem creſcere, & fieri pullum tradit *Manilius*.

Reſurrectionis myſterium,

Femina ſit vel maſculus hæc, fortasſeq; neutrum,
Felix qvæ Veneris fœdera nulla colit.
Ipſa ſibi prolés, ſuus eſt pater, & ſuus hæres:
Nutrix ipſa ſibi, ſemper alumna ſibi.

Lege de hac **Herodotum lib. 2. cap. 5. Melam. lib. 3. cap. 4. Solinum. cap. 35.** item **Ambroſium Hieronymum.** & alios.

Phœnicem Nicolaus Reusnerus Chriſto Servatori comparat Elegiaco ſeqventi:

Qvæ thuris lachrymis, & ſucco vivit Amomi,
Fert cunas Phœnix, buſta paterna, ſuas.
Unica ſemper avis: pater & ſibi filius ipſa:
Morte ſibi vitam dat ſibi ſola novam.
Nam qvoties ſuper orbe decem jam ſecula vixit:
Supremi moriens naſcitur igne rogi.
Sic Chriſtus vitam ſibi reddit morte, ſuisq;
Chriſticolis, ſibi qvos jungit amore pari.
Verus homo, verus Deus unus, & arbiter ævi:
Lumine qvi luſtrat, numine cuncta fovet.
Felix qvi Chriſto per ſancta lavacra renatus:
Amne ſacro vitam dum rapit, amne capit.

Pica.

σίττας

ποικιλὶς ἰδ᾽ ἀ τὸ ποικίλον τῶν ζώου á varietate.

Κίσσα,

Pica varia ſeu caudata **Vl. Aldrov.**

Avis pluvia **Veter.** qvód ampliús ſolito ſtridens imbrem certó indicet.

Ein Aglaſter/
Algaſter/
Algarte/
Agſe/
Elſter/
Egerſte.

Avis Germanis notiſſima, alba & nigra varietate diſtincta. Ala-

cta. Alarum brevitatem Caudá compenſat. Caput, Collum, Cauda, Uropygium, Femora nigra ſunt : Venter & Alæ ſuperiores cum Dorſi parte, clypei figura candidæ ſunt. Remiges majores decem mediotenus ad nervum candidæ ſunt, altera parte cum apicibus extremis virent. Reliqvæ ſuperiores & inferiores majores cum Cauda ex fuſco virore ſplendent.

Roſtrum, craſſum, nigricans. Pedes atri ſplendent ungvibus nigris.

Carnivora eſt. Ova & pullos gallinarum populatur. Aviculas etiam rapit.

Nidum in arboribus conſtruit altiſſimis, ex luto, lana & pilis; extrá & ſuprá ſpinis munit, relinqvens tantúm arctiſſimum foramen in latere, per qvod ingrediatur, & hoc eo in loco, qvo nidus inacceſſibilior eſt. In oppoſita oſtii parte aliud foramen relinqvit, per qvod caudam emittat. Ova parit circiter v. vj. viridia notulis purpuraſcentibus reſperſa.

Imitatur ſermonem humanum lingva ſua, qvam latiorem habet : Unde

Martialis.

Pica loqvax varias modulatur gutture voces,
Scurrili ſtrepitu, qvicqvid & audit, ait.

Picæ caro eſt temperie calidiſſima, ingrata & abominabilis : nec niſi á Pauperibus & raró qvidem in cibum admittitur. Calefacit, exiccat, digerit & venenis reſiſtit, Convulſionibus, reſolutionibus & Contracturis eximium remedium.

Ante annos circiter qvindecim, & ante decem annos, malum qvoddam inauditum inter Monticolas pauperculos præſertim, populariter graſſabatur, qvod vulgus Contracturam das Kromme / vocare ſolebat. Adeó enim exagitabat & dilacerabat eorum Corpora, Articulos maximé, ut non ſolúm Crura & Pedes fuerint contorti qvaſi & contracti acutiſſimis doloribus; verúmetiam Mente turbati adeó, ut plures miſerrimé perierint, Medicaſtri indocti & feminæ

feminæ purgantibus huic Affectui, incognita cauſſa, cúm mederi vellent, omnes feré qvi eorum opera uſi ſunt jugularunt. Reverſus in patriam Baſileâ inclytâ, diligenter de cauſſa inqvirens genuina, deprehendi ex veneno qvodam in cibo hærente prodiiſſe. Plerisq; enim Suditorum montium convallibus, Manna qvadam aeria maligna, ſeu Rore venenato Siligo jam matureſcens adeó inficiebatur, ut omnes feré qvi panem ex eo coctum in cibum ſumerent, eo graviſſimo Morbo corriperentur, inprimis ſenes, otio dediti, feminæ, & pueri.

Bajuli veró & laborioſi, licet aliqvo modo perciperent veneni vim, minús tamen offendebantur. Grana adeó fuére veneno contaminata, ut licet abluta pingvedinem qvandam qvaſi ſpumoſam abjicerent; attamen in mola trita, farina peſſimum ſpirabat odorem. Igitur ſolis antidotis mox curari venenum poſtulabat, adhibitis etiam topicis externis; qvibus Dei gratia plurimi fuére reſtituti.

Pauperculi non fruſtrato ſucceſſu Picarum elixarum carnes comedebant, & brodium hauriebant.

In teſtaceo vaſe cremata Pica, adjecta cautione ne aduratur, & in cinerem redacta, datur Maniacis, Epilepticis, Cardiaca tentatis, & á frigida cauſa Melancholicis.

Curat Cancrum in pudendo virili, ſi lixivio ejus freqventer abluatur.

Ad Oculorum aſperitatem, obſcuritatem, ruborem, dolorem vehementer á Practicis laudatum remedium, qvocunq; modo ſumta vel adhibita.

Aqva Picarum.

℞. Picarum pullorum uno atq; altero nido exemtorum no. IX. fruſtatim inciſarum.
Aq. Primulæ Veris,
flor. Pœoniæ ana. q. ſ.

Decoq. in fictili probé obturato ad juſtam conſumtionem. Expreſſione facta forti addantur:

Rad.

Rad. Pæoniæ, ſem. Pœoniæ an. unc. 1.
Viſci qvercini juſto tempore collecti.
Coriandri præpar. Cubebarum.
Cardamomi,
Cinnamomi.
Galangæ Caryophyllorum.
Nuc. moſchatæ, Macis.
Zedoariæ, fol. Lauri.
Cortic. Citrii, granor. Paradyſi,
Caſtorei an. unc. ſ.
Zingiberis.
Pyrethri.
Sem. Erucæ.
Flo. Stæchad. Arab. an. drach. 2.
Roſarum rubr.
Roſmarini.
Lavandulæ,
Majoranæ.
Salviæ.
Flor. Primulæ veris.
Lilii Convallii.
Pæoniæ,
Tiliæ.
Meliſſæ.
Betonicæ an. M. j.
Croci orientalis drach. 1.
Sacchar albiſſ. unc. 3.
Xyloaloes opt. drach. 2.
Oſs. è cordeCervi vera nu. iiij.
Ungulæ Alcis drach. 1. ſ.
Spicæ.
Piperis longi an. drach. 1.
Fol. Senæ m. unc. 2.
Aq. Primulæ Veris
Salviæ an. ℔. vj.

Hæc omnia inciſ. & contuſ. permixta infund. per dies qvatuordecim : dein deſtillentur in B. M. in fine adde Croci drach. 1.

Aqva eſt præclara & efficax in frigidis Cerebri & Nervorum affectibus, *Medetur* Apoplexiæ, Paralyſi, Spaſmo, Contracturæ inprimis ex vitiato frumento, Loqvelam amiſſam reparat, & Epilepſiæ ac Convulſioni ſuccurrit.

Pica glandaria.

Καρακάξ.
Pica glandaria *Geſn.*
Garrulus *Recent.*
Sitta *Ariſt. Eber. & Peuc.*
Ein Nuß-Här/ *Sil.*
Nuß-Hecker/
Häßler/
Holtzſchreier/
Herrenvogel/
Marcolffus.

Columbæ ferè eſt magnitudine, tota varii coloris. Roſtrum breve, nigrum, robuſtum. Pedes leucophæi, qvorum digiti multis articulis flectuntur,

flectuntur, ungviculis cinereis qvodammodó aduncis armati. Criſtam in Capite erigit ex plumis, anteriús albidam, maculis nigris variam, retrorſum verſus mixtus eſt ex cæſio rufoq; color: ſimiliter per totam pronam, niſi qvód in Dorſo min⁹ rufi, plus cinerei admiſcetur. Pennæ ab uropygio ad Caudam candidæ extenduntur. Cauda palmos ij. & ſeſqvidigitum longa pennis conſtat nigris. Alarum pennæ oblongæ & validæ ſunt, partim prorſus nigræ, partim candidæ, partim ex nigro albicante & cæruleo coloribus ordine diſtinctos variantes.

Supina pars ejusdem feré coloris cum prona, ſed remisſioris, maximé veró qvó propius caudam fuerit, eó magis ad album vergit. A roſtro plumæ aliqvot atræ antrorſum ſubter oculos tendunt. Alæ interiores cinereæ. Lingva latiuſcula diviſa.

Freqvens in ſylvis. Veſcitur glandibus qvernis, juglandibus, Carne, aviculis, Sorbi bacculis, qvibus autumno freqventer appoſitis, laqveis decepti capiuntur.

Nidificat in arboribus.

Hæc ne brumali tempore pereat inedia, glandium, qvibus tum victitet, acervos, non aliter ac formicæ fruges, in terram ſeu arbores recondit.

Edibilis eſt, nec pravi ſucci. Calculoſis in cibo commendatur.

Garrula eſt. In juventute educatur; & caveis includitur, edocta varias imitatur voces & hominum ſermones, & cantu delectat.

Epilepſia facilé corripitur.

Picus.

Δρυοκόλαψ,

δρυοκολάπτης Ariſt. τὰς δρῦα κολάπτουσι á pertundendo arbores.

δρυοκόπος,

κυρηκυνίσκος

πελέκας á perforandis lignis.

Ein Specht/

Baum-Hecker/

Picorum plura ſunt genera, magnitudine & colore differentia. Roſtrum ineſt omnibus rectum, durum, rotundum, robuſtum. Lingva longa acutiſſima, in extremitate qvodammodó cartilaginea ad lancinandos Vermiculos. Paſcuntur formicis & Coſſis.

 Perreptant

Digitized by Google

Perreptant arbores, humi raró conſiſtunt, ſcanduntqve in ſubrectum, felium modo.

In cavis Arborum nidulantur.

A qvibusdam ad menſas expetuntur.

Picus niger ſeu formicarius.

Picus maximus, *Geſn.*
Picus maximus niger, *Vlyſs. Aldrov.*

Picus 3. *Ariſt.*
Picus cornicinus.
Pyrrhocorax, *Agricol.*
Cornix ſylvatica.

Ein Holtkrahe/ *Sil.*
Holtz Krahe/
Krah Specht/
Groſſer Specht/
Schwartzer Specht/
Holtz Hun.

Maximus Picorum, major Graculo, minor Cornici cui ſimilis. Niger eſt, Capitis Vertice coccineo, Roſtro longo, valido, fuſco, acumine albo. Pedibus inſiſtit ſubcæruleis, qvibus ungves unci anté & retró bini. Cauda nigra rigida, pennis extremis diviſis. Lingva donatur longiſſima, per occiput verticem verſus extenſa, bipartita, in faucibus mox diviſa, apice corneo, acutiſſimo, aſperiuſculo, qvo vermes & formicas figit. Ventriculo præponitur gula ampliſſima. Fel veſicula longiuscula Hepati & Inteſtinis apponitur.

Sonum terribilem æſtate in ſylvis inſtar tubæ ædit: paſſim occurrit.

Formicas majores in cibum deligit.

Picus viridis.

Κολιός, *Ariſt. Geſn.*

Picus viridis noſtrâs, *Vlyſs. Aldrov.*

Picus Martius Latinor. *Turneri*, qvia *Marti ſacer*.

Picus medius, *Eber. & Peuc.*
Picus Graminis,

Ein Grün Specht/
Graſe Specht.

Magnitudine eſt Turturis, longus dodrantem & ſeſqvipalmum: latus ſpithamarum ij. & palmum j. Cirrum in Capite habet rubrum. Collum, Dorſum, Alæ ſuperiores, ut Chloris virent. Majores

jores pennæ fuſcæ, maculis ſeu notis per intervalla candidis diſtingvuntur. Pectus, Venter & Latera ex viridi & flavo pallent. Roſtrum cornei coloris, majoris ſeu nigri ſimile, Lingva eadem acutiſſima. Macula Oculos ambit nigra. Juxta Nares plumulæ ceu pili rigent. Cauda pennis denis condita, fuſcis rigidis in mucronem duplicem diviſis, mediis qvaternis per intervalla maculoſis. Crura ex fuſco obſcuré virent, digitis utrinq; binis, ungviculis latiuſculis, phæopis.

In cavernis arborum putrefactarum nidificat.

Picus Martius torrefactus ad eminentias internas & externas Ani, cum ſale applicatur.

Oſſa ejus comminuta ex vino adverſus Calculum utiliſſimé bibuntur.

Contra ligationes Coitus, & clauſuras aſſa vel elixa, ſuperſtitione decantatum remedium.

Picus varius major.

πίπρα, *Ariſt.*
Pipo, *Gaz.*
Picus, major, *Vlyß. Aldrov.*
Picus 1. *Ariſt.*
Picus picarius,
Picus marinus,

Ein bundter Specht/
Geſpregleter Specht/
Elſter Specht/
Weis Specht.

Merula eſt pauló major, Picæ inſtar albo nigroq; diſtinctas pennas habens.

Capitis vertex medius ſaturo Cocci colore rubet.

Dorſi & Caudæ pennæ qvatuor longiores mediæ ex cæruleo nigricant.

Alæ nigræ punctis albis maculoſæ.

Gula, Pectus albidum obſcuré flaveſcens, Ventre extremo ſvaviter rubente.

Caudæ laterales & breviores pennæ nigræ, maculis albis aſperſæ; extremæ bicuſpido flavent.

Roſtrum craſſum, rectum, canaliculatum, lingva longiſs. muſculoſa, duro nervo aculeata.

Pedes ſubvirides, ungviculi fuſci, latiuſculi.

Oculi nigri circulo includuntur, ſpadicei coloris.

Digitized by Google

Ex vermibus & Coſſis vivit, qvi in putridis lignis naſcuntur.

Ovidius 14. Metamorphoſ.

-.duro fera Robora roſtro
Figit,& iratus longis dat vulnera ramis.
Purpureum Chlamydis pennæ traxére colorem,
Fibula qvod fuerat, veſtemq; momorderat Aurum,
Pluma fit, & fulvo cervix præcingitur auro.

Picus varius minor.

Picus 2. *Ariſt. Vlyß. Aldrov.*
Ein klein BundterSpecht/
Priori prorſus ſimilis, præter maculas rubras in vertice, & circa uropygium, qvæ huic deſunt. Dorſum magis varium, ex albo nigroq; promiſcué maculatum,pauló major Paſſere.

Picus ſubcæruleus.

Σίππη ſeu σίτ]η *Ariſt.*
Σιισοπυγίς
Κύναιδος qvód uropygium motitet.
Κυρκυνίσκς,
Sitta *Vlyß. Aldrov.*
Picus cinereus *Geſn.*
Picus parvus cæruleus.
Ein Blaw Specht/
MeySpecht/
Baumhecker/
groſſe Baumkletter.

Fringilla pauló major, Alaudæ feré craſſitie. Roſtrum longiuſculum, rectum, nigrum, rotundum. Caput parvum. Oculi exigui. Collum, Dorſum,Alæ,nec non &Cauda ſuperior é plumbeo ad cinereum vergunt. Gula candicat, pectus ex luteo pallet, venter ſub alis é caſtaneo ad rufum tendit Linea nigra á Roſtro retrorſum per Oculos ad occipitium ducitur. Pedes ex glauco, nigricante, & modico flavo tinguntur. Digitos habet anté ternos, & retró unum,Lingva diviſa.

Arbores ſcandit, ut cæteri Pici.

Paſcitur formicis & aliis vermiculis.

Hyeme alvearia *advolat*, & Apes,roſtro fiſſo alveario, allicit & devorat.

In cavis Arborum nidulatur. Prolem numeroſam felicemq; gignit.

Dum puer eſſem ſæpé in decipulis, impoſito ſebo, captus fuit.

Picus muralis.

Picus murarius *Vlyß. Aldr.*
Ein MauerSpecht/

Digitized by Google

Mur Specht/
Kletten Specht.
Paſſere domeſtico pauló major, Sturni feré craſſitie. Roſtrum oblongum, tenue, nigrum, acutum. Caput, Collum, Dorſum cinerea. Pectus albicans. Alæ partim cinereæ partim rubeæ. Cauda brevis, pennæ Alarum longiores. Dorſum inferius, venter & Crura brevia, nigra. Ungves adunci & acuti.

Muris omnibus, turrium veró maximé adhæret, araneas vermiculosq; in eorum rimis qværit: freqvens in arcibus montoſis. Ad muros brumali tempore ſæpé conſpicitur.

Volat ſola, & qvandoq; binæ ſimul.

Hilaris eſt & ſvavem vocem edit.

Nidulatur in Parietum foraminibus.

Platea.

πελεκάνος Ariſt.

πελεκὰρ,

ῥάμφιος á roſtro magnitudine,

Pelecanus Geſn.

Anſer Cochlearius.

Cochlearia, Anſer platorynchos.

Ein Löffel Gans/sil.
Löffler/
Pelecan.

Magnitudo pauló infra Anſerem, Colore candido, præter ultimas & maximas Alarum pennas, qvæ ex inferiori nigricant. Pedes & Crura nigra. Lingva breviſſima. Ungves breves, nigri, acuti. Oculi glauci. Cauda brevis. Digiti pedum membrana junguntur. Roſtrum latum, fuſcum, feré Cochlearis ſimilitudine. Collum longum decem circiter digitos.

Avis Ægypto familiaris, partus ſui amantiſſima. Aliqvando autumno apud nos capitur. Veſcitur herbis aqvaticis, piſcibus, Conchulis, Ranis.

In cibum recipitur á Qvibusdam, ſapore feré Anſeris,

Singularis benevolentia in pullis ſuis enutriédis apparet, ut, cúm aliunde cibus non ſuppetit, eſculenta qvæ prius comederat, evomat, & in educandos fœtus convertat.

Pullorum attamen ſuorum proterviam atq; impietatem merita morte ulciſcitur, Mox veró facti pœnitens, pertuſo latere ſuo pullos mortuos vi-

tali ſangvine qvo animantur irrorat. Qvod præter Iſidorum D. *Hieronymus*, commemorat, non eadem tamen fide. Sic enim inqvit: Pelecani, cúm ſuos á Serpente filios occiſos inveniunt, per triduum lugent, ſeq; & ſua latera percutiunt, & ſangvine excuſſo, Corpora mortuorum ſic reviviſcunt.

Per Pelecanum præfiguratur Dominus & Servator noſter Jeſus Chriſtus, qvi, ut ſpiritualis Pelecanus, pullos ſuos ſeu filios, id eſt nos miſeros homines, in Paradyſo á ſerpente peſtifero Satana lethaliter demorſos, ſangvine ſuo vivificante, qvem pro nobis effudit, reſperſos vivificat, & vitæ reſtituit.

Pſittacus.

ψιττακὸς καὶ σιττακός **Arriani.**

ψιττακὴ ἀψιττάκη, qvæ eſt juxta Tigrin. Perſiæ urbs celebris.

παπαγὰς, Ἀνθρωπόγλωσσος.

Ein Papegey/ Papengey/ Sickus/Sittich.

Avis eſt Indica, Corporis habitu Accipitri qvodammodó ſimilis. Caput enim habet prægrande, Roſtrum hamatum ſeu aduncum, durum inſtar rapacium, unde fruſtra ligneis clathris coërcetur cúm omnes perfringat; ſed ferreis opus eſt. Lingva ei craſſior & latior cæteris Avibus, Cucurbitini ſeminis feré figura, unde articulata verba exprimit. Pectus rotundum. Pedes Pico ſeu Iyngi cognati, digiti utrobiq; anté & retró bini, ungvibus aduncis, qvibus eſcam inſtar rapacium complectitur, & humano more Ori eſcas admovet.

Gaudent Pſittaci *cœlo* & ſolo calido: hinc infinitam eorum copiam gignit India cúm orientalis, túm occidentalis, Calecut, Cananor, Seclan, Darien, Hiſpaniola &c.

Veſcuntur frumento & omnis generis ſeminibus & fructibus, veluti ſunt Maizum, Carthamum, Oryza, *Amygdala*. Cicures etiam *panem*, carnes & ſaccharum edunt.

Potus eorum Aqva, libentiús tamen vino utuntur.

Nidificant in Arboribus. Nidum pilæ modo rotundum artificioſé contextum, *ramulo* tenui penſilem, inſtar Orioli alligant, foramine ad ingreſſum & egreſſum perqvám exiguo relicto. **Aloyſius Cadamuſtus.**

Autor eſt **Columbus,** qvosdam Indiæ populos Pſittacos magno ſtudio ſaginare, & in

delitiis Ciborum habere.

Luxurioſa eſt Avis aſpectu virgineo, vino delectatur & inebriatur. Caudam ſummo ſtudio componit, pennasq; roſtro freqventiús extergit.

Humanos ſermones edoctus imitatur, unde *Statius*.

Pſittace, lux volucrum, Domini facunda voluptas,
Humanæ ſolers imitator Pſittace lingvæ.

Hodie plura genera obſervantur ab iis qvi Indias freqventant, magnitudine, & colore differentia, qvorum qvædam ab Hiſpanis & Hollandis in Europam &noſtram qvoq; patriam mittuntur.

A Nobilibus & Divitibus aluntur ferreis caveis, ut pulcritudine & facundia,grataq; garrulitate,ac formæ raritate animũ exhilarent & recreent.

Pſittacus Erythrocianus.

ψιτ7ακὸς ποικίλος ſeu verſicolor,

Pſittacus varius.

Ein Rottblauer Papagey/ oder Sittich/

Papagey võ mancherley farbẽ.

Roſtrum huic grande ſubnigrum. Caput, Collum, Pectus cærulea. Oculorum regio albicat. Uropygium luteum, Alarum tegetes viridi, luteo, roſeo promiſcué conteguntur. Summum dorſum dilutė cæruleum. Cauda partim rubet,partim ad cæruleum inclinat. Crura & pedes cinerei coloris.

Hic aſpectu ſuo colorisq; gratiâ miré intuẽtes oblectat.

Pſittacus Erythroxanthus.

Ein geelber Sittich/

Sickuſt der viel geeles auff den Flügeln hat.

Pſittacus cyanocroceus.

Ein Rotgeelber Papagey.

Pſittacus viridis torqve miniaceo.

Ein grüngeeler Papagey mit eim pomeranzenfarben Zirckel umb den Hals/

Viret caput & totum Corpus,ſed Collum,pectus,&pars tota inferna& prona dilutiús, cætera pleniús. Circulus miniaceus collum inſtar torqvis ambit. Cauda é flavo viroſcit. Pedes cinerei. Roſtrum craſſiuſculum coloris miniati.

Pſittacus viridis minor.

Ein grüner Papagey.

Paulo major eſt Turdo majore. Roſtrum ſubrubet. Iris crocea. Corpus herbaceo virore amœnum,venter tamen dilutiore, ſaturiore remiges. Cauda anguſta, acuminata.

Qverula.

Αἰγίοϑος *Ariſt.* *Peuc.*

Linaria rubra *Geſn.* & *Vl. Al.*

Salus *Gaz.* Linaria

Linaria cinerea, truncalis, Griſola *Nonn.* â gridare id eſt lamentari.

Qverulà *Mibi* qvód luctuoſè clamitet.

Ein Zötſcherlin/*Sil.*
Schöſſerle/
Stockheuſſling/
Todtenvogel/
Meuſevogel/*Ruſt. Sil.*

Avicula Linariæ ſimilis, at pauló minor. Roſtellum ei craſſius, acutiſſimum, flavicans. Cruſcula fuſca ſeu nigra ſplendentia: digiti qvaterni ungviculis acutis fuſcis donati, poſteriore majore cæteris. Maſculus Pectore & Ventre ſvaviter & diluté rubens, in albedinem circa uropygium deſinit, vertice coccineo colore inſignis. Alæ nigricant, qvas lineæ latiuſculæ albæ interſecant. Cauda ex duodecim pennulis condita fuſca, ad latera candicat. Dorſum cinereum.

Femella tota cinerea ſeu griſea, maculis fuſcis paſſim reſperſa, Mentum nigrum. Pectus ex albido luteſcit.

Veſiculam obtinet in gutture more gallinarum, in qva ſeminula ſeu cibus alterantur: ſub hac ante ventriculum (qvi calloſus minor) ſinus fungoſus longiuſculus, per qvem cibus in ventriculum, ut perfecté concoqvatur, demittitur. Hunc ſæpé arenula minutiſſima infarctum reperi. Victitat ſeminulis Carduorum, Alni, Lini, Papaveris, Cannabis, Arenulis. Ubi nidificet non conſtat. Ruſtici monticolæ qvidam has Murium progeniem eſſe arbitrantur, rurſusq; Vere accedente in eas transmutari, cúm per æſtatem nulla conſpiciatur.

Advolant aliqvando turmatim ad montes noſtros, ut vulgus credit, ſingulo ſeptennio, & brevi peſtilentiam ſeqvuturam.

Hoc anno 1602. dum hæc ſcriberem, incredibilis fuit earum captura hyemis initio. Cúm enim ſit *ſimpliciſſima*, facilimé viſco hæret. A noſtratibus ad menſas recipitur, carne plena & pingvedine flava abundans: ſaporis boni, & ſucci laudabilis, minús excrementitii.

Aſſa utplurimúm editur.

Regulus.

Τύραννος *Ariſt.*
Τρόχιλος *Plin.*
πρεσβὺς,

βασιλεὺς

βασιλεύς.
ὄρχιλος ὄρνις.
Regulus criſtatus *vl.* **Aldr.**
Regillus, Regaliolus,
Acanthis ſylvatica.
Ein GoldHänlin/*ſil.*
Ochſen Euglin/
Streuslin/
Tan Meislin/
id eſt Parulus Abietum.
WaldZinslin.

Avium omnium minutiſſima, pauló major Locuſta, Criſtam gerit in vertice auream, ex pluma latiuſcula pauculis nigricantibus. Dorſum citrinum. Cauda & Alæ fuſcæ partim, partim ſubcitrinæ. Venter ex pallore flavet. Roſtellum rectum, longiusſculum. Pedioli flavent. Linea alba. Alas medias dirimit transverſim.

Senator eſt & Rex Avium, cantu ſvavis. In ſylvis noſtris freqvens Hyeme & æſtate. Nidificat in cavis arboribus, & plurimas parit.

Muſcis, vermiculis & Coſſis vivit.

Bis parit. Ova edit piſo pauló majora, novem, decem.

Autumno & hyeme Noctua capitur.

Pingveſcit & boni eſt alimenti.

Minima qvidem eſt omnium, & parva qvidem Corpore, auſu tamen magno contra Aqvilam pugnare creditur.

Rubecula.

Ἐρίθακος **Ariſtot.**
Ἐρίθυλος, Ἐριθεύς, Δάνδαλος,
Rubecula ſylvatica,
Sylvia.
Ein Rottkählichen/
Rottbrüſtlin/
WaldRötelin/
Rottkröpfflin/
WinterRötele.

Avis eſt ſolitaria, cuivis notiſſima, Roſtello nigro, exiguo, gracili. Dorſo, Capite, ſuperiore Alarum parte & Cauda, cinereo obſcuré flavente. Pectus totum exornat color aurantius, ad ferrugineum accedens. Venter albus totus. Caudam duodecim pennis inſtructam ſæpé motitat. Alarum remiges nigricant. Pedunculi fuſci, Lingva fiſſa.

Æſtate in ſylvis ac deſertis vivit, hyeme ad oppida & pagos propiús accedit. Muſcis, vermiculis alitur, acinis

Digitized by Google

item Sambuci, Frangulæ & Sorbi aucupariæ.

Nidulatur in ſylvis, denſiſſimis vepretis & fruticetis. Nidum congerit & ſtruit ex ſtipulis gramineis aridis & Muſco.

Ova parit utplurimúm qvinq;.

Hieme in hypocauſtis ſervatur, cantus ſvavis gratia. Captiva Muſcis, mixis Panis & nucleis Iuglandium inciſis veſcitur. Admodum manſveſcit, ut in iis ova pariat & evolans revertatur ſponté feneſtrâ apertâ. Parem non facilé domi admittit. Continuó enim inter ſe pugnare ſolent ad cædem uſqve. Hinc

Alciatus.

In modicis nihil eſt qvod qvis lucretur, & unum
Arbuſtum geminos non alit Erithacos.

Cum lemmate: Parvam Culinam duobus ganeonibus non ſufficere.

Laqveis, viſco & decipulis Autumno capitur, & in cibum ſumitur.

Rubicilla.

φοινίκουρ@, *Ariſt.* ἀπὸ τῆς φοινικῆς οὐρᾶς.

Ruticilla, *Gaz.* á rubente Cauda.

Rubicellus,

Rubecula domeſtica, æſtiva,
Luſcinia murorum.

Ein Haus Rötele/
Wüſtling/ *Sil.*
Rottſchwantz/
Rotzagel/
Sommer Rötele.

Magnitudine eſt Ficedulæ ſeu Currucæ, Colore per Dorſum ex cinereo fuſco. Alæ fuſcæ; Rectrices ſuperiores in medio albeſcunt, cæteræ totæ nigræ. Roſtrum gracile, longius qvám Rubeculæ. Gula & Pectus nigricant, *flavedine intermicante.* Cauda ex luteo phœnicea, pennis duabus exterioribus nigricantibus. Pedes graciles nigricant.

Aeſtate tota nobiſcum degit. Circa Muros ſeu parietes utplurimúm habitat. Muſcas & araneas ad cibum perſeqvitur. Nidificat in muris, parietibus, ſummis caminis, & arborum foraminibus. Ova parit cærulea qvinq; utplurimúm

Digitized by Google

plurimùm vel ſex: pullos Majo excludit.

Cantillat ſvaviter verno tempore, cùm ad nos redit, præcipué ſummo diluculo. Hyeme appetente avolat, aut ſe abſcondit.

Ova, ſi afflentur halitu vel digitellis tangantur, citó in alium locum transferuntur.

Rubicilla major ſaxatilis.

Κύανος, **Ariſtot.**
Petrocoſſyphus, **Bellon.**
Cæruleus, **Plin. Geſn.**
Paſſer ſolitarius, ***Vlyß. Ald.***
Rubecula ſaxatilis,
Turdus, Turdela ſaxatilis,
Merula ſolitaria,
Merula cærulea.
Merula ſaxatilis, **Placentinis.**

Ein Blaw Vogel/
Stein Rötele/
Blaw Stein Amſel/
Stein Droſſel/
Klein Blaw Zimmer.

Avis eſt ſaxatilis, ſolitaria, minor Merula, major qvàm Fringilla, Sturni feré magnitudine. Caput, Gula, Collum, Cervix pulcré cyanea, Dorſum obſcurius ad nigredinem rendit. Alæ ſuperiores totæ fuſcæ, interiores cum Ventre & Cauda, ex flavo rufeſcunt, ut in Ruticilla. Crura Merulæ nigra, digiti qvaterni, vngviculis nigris aduncis. Roſtrum rectum, fuſcum, ſeſqvidigiti longitudine. Caudam freqventer motitat.

Saxa incolit, & præcipitiis delectatur. Nidum in rupibus conſtruit. Rariſſima apud nos. Unicam habui á filio judicis Fiſchbacenſis, qvam in altis montibus, non procul á Schmiedeberg, ſolam in rupe offenderat.

A nonnullis haberi in magno precio ob cantus ſvavitatem, diligentiſſimus Naturæ ſcrutator **Conradus Geſnerus** teſtatur.

Scandulaca Arborum.

Κέρθιος, **Ariſtot. Turn.**
Καλίδρις, **Eber. & Peuc.**
Κίρδιος, propter aſtum,
Θριποφάγος,
Κνιπολόγος.

Certhia, **Vlyß. Aldrov.**

Calidris cinerea,

Crepera id eſt Avicula repatrix *Turn.*

Ein Baumkletterlin/*Sil.*
Baum-Heckel/
Hirngrille/
Rinder kleber.

Avicula eſt parva, Regulo pauló major. Color verticis & Dorſi ex cinereo flavet; dilutiús ad uropygium, punctulis candicantib9 interſtinctus. Cauda ex pennulis decem rigida ex luteo vireſcit, in extremitate qvodammodó acuta. Alæ fuſcæ lineis candidis transverſim diſtingvuntur. Pars prona tota candidiſſima inſtar ſerici nitet auditorii admodum. Roſtellum longiuſculum ſenſim arcuatum, ſuperiús ex fuſco rubens, inferiús albet. Lingula tenuiſſima, acutiſſima, oſſea. Pedunculis inſiſtit ex cinereo flaventibus, digitis qvaternis, geniculis ſeu internodiis q. diſtinctis, qvi ungviculis armantur curvis, acutiſſimis, lucidis, ternis anté, & poſteriore calce longiſſima.

Vox ei clara. Domicilium apud Arbores, in qvarum caveis nidificat. Parit maximum Ovorum numerum. Vivit ex Coſſis & araneis. Nunqvam qvieſcit, ſed perpetuó feré, nunc in hanc nunc in illam arborem volitat, nec hyeme avolat.

Scops.

Σκὼψ παρὰ τὸ ἐν σκιᾷ ὅ ἐς' νυκτὶ ἀφιέναι ὄπα qvód noctu maximé cernat.

Αειςκὼψ
Scops ſeu Aſio *Peuc.*
Noctua parva,
Noctua aucuparia.
Ein klein Keutzlin/
Stock Eule/
Kleine Wald Eule.

Turturis eſt magnitudine, ἄφωνος, Coloris ex fuſco ſubrufi, punctis albicantibus per intervalla plurimis.

Venter albicat. Crura cinerea plumoſa ad digitos usq;. Roſtrum aduncum *fuſcum.* Oculi Iris flavens pupillam exornat nigram.

Nidificat in cavis arboribus.

Aucupes hoc venantur Aves.

Smerillus.

Αισάλωρ *Ariſt.*
qvód omni tempore appareat.

Aeſalo *Geſn.* & *Vlyß. Aldr.*

Accipitris

Accipitris 2. genus **Geſn.**
Iſmerlus **Petr. Creſc.** qvaſi falconellus.
Merillus **Iſidor.** Avis parva **Plin.**
Smerla, Æſalon, Aſſalon, Azalon **Albert.**
Falco parvus, Merlinus.
Ein Smyrle/
Smyrlin/
Myrle.

Cognatum Falconello naturam obtinet: cui & Corporis ſpecie & pennarum colore ſimilis. Falconello minor, Merula major.

Roſtro adunco, coloris Indici, & ungvibus uncis nigris. Crura ſubflavent.

Vertex, Dorſum, Cauda, Alæq; fuſca ſunt,notis & maculis caſtanei coloris undique maculata. Venter ſubflavet, ut Turdelæ, longiuſculis maculis varius. Gula albicat. Caudam transverſim zonæ latiuſculæ obſcuré rubentes diſtingvunt ſenæ. Alarum remiges notis rubentibus juxta ſpinam,ut Cuculus,aſperguntur. Faciem & collum veluti circulus guttulis refertur exornat. Oculi Iris ex cæruleo nigricat, pupilla obſcuré rubeſcente.

Omnium Avium velociſſima, & qvamvis cæteris magnitudine inferior ſit, nulli tamen animo aut audacia cedit, pro Corporis & virium ſuarum portione, præcipué ſi peritia & uſus accedant.

Nidificat in montiumſylvis.

Aves minores, Alaudas, Paſſeres, Cardueles utplurimúm inſectatur,ad ſummum Perdices & Columbas.

Vulpi eſt inimicus.

Stoparola.

á ſtipulis,

Ὀλολυγὼν **Eber. & Peuc.**
Acredula,
Glariana **Lat. Geſn.**
an Calandra **Italis.**
Ein Stoppelvogel/ }
Stöpling/ } Sil.
Spies Lörche/ }
Grienvögelin/
Greinerlin/
Gückerlin.

Avicula parva ex Alaudarum genere. Color univerſim in Capite, Dorſo, Alis & lateribus ex fuſco ſubviridis, maculis nigris diſtinctus. Pectus ſubflavum punctis nigricantibus, ut in Turdela varium. Venter, Alæ interiores & Cauda inferior albicant.

Digitized by Google

Alarum majores pennæ fuſcæ ſunt, ſuperficietenus ſecundum longitudinem ſubvireſcentes: minores ſeu medii ordinis nonnihil, ut in Fringilla, candicant. Gauda nigra, extrema penna utrinq; mediotenus ad nervum alba Crura obſcuré rubent, ungviculis aduncis, excepto poſteriore, qvi veluti Alaudæ longiuſculus. Roſtrum rectum acutum, ſuperiús fuſcum, inferiús flavet. Oculi ſubcaſtanei.

Autumno demeſſa ſegete in agris inter ſtipulas, unde ei nomen, freqvens gregatim volat. Vermiculis nec non granulis vivit. Capitur nocturno tempore cum Alaudis, retibus tractoriis.

Vox ejus piſt, piſt, piſt.

In cibum venit ut Alaudæ.

Struthiocamelus.

στρουθιοκάμηλος
στρουθὸς μεγάλη,
στρουθὸς λιευκός.
Struthio.
Ein Strauß/
Straußvogel.

Maxima Avium vel pennatorum eſt Struthiocamelus Ægyptiaca, qvæ Hominis eqvo inſidentis magnitudinem excedit. Dorſum ei admodum latum. Crura alta & ſimilia Cruribus Camelorum, crebris corticibus ſeu ſqvamis intecta, usq; ad geminos duros poplites. Caput exiguum qvidem, ſed Cervix magna & procera, partim avem, partim qvadrupedem refert; qvippe qvi non qvadrupes pennas habeat: at ut non avis ſublimé non volet.

Non enim pennas ad volandum commodas gerit, ſed pilis ſimiles. Alas qvidem erigit, ſed volare neqvit.

Corio fortiſſimo contra frigus tegitur.

Miraculoſa eſt ejus ventriculi in coqvendo Naturæ vis; ut cui nihil ſit indomabile. Ferrum enim & numiſmata ex ære conflata deglutit & concoqvit.

Struthiones gignit Africa nec non Arabia. Raró in noſtras terras advehuntur. Ante ſexennium in aula Electoris Sa-

ris Saxoniæ duo enutriti fuérunt.

In deſertis habitat nec in ſublime fertur.

Nidum in ſolo humilem ex ſabulo confingit. Ova parit maxima, duriſſima, & qvaſi lapidea cruſta munita, qvæ ſæpé ad nos ex Italia & Conſtantinopoli feruntur, ex qvibus transverſim ſectis & expolitis vaſa potoria fiunt, argento adornata ſeu incluſa.

Pennæ in Cauda variis coloribus tinguntur, qvibus juvenes paſſim pileos ſuos adornare ſolent.

Strausfedern / Pickharts-federn.

Interior ventriculi cortex Calculos diſſolvit.

Adeps nervis ſalutare remedium affert: ad durities Lienis illitus præſtantiſſimum remedium.

Pellis cum plumis mollioribus, Stomachicis applicatur.

Sturnus.

ψὰρ *Ariſt.*

ψάρος,

βύτθα; βυτθος, ψολμις. } *Heſych.* & *Varin.*

Sturnellus *barbaré.*

Ein Staar/ RinderStar/ Sprehe/

Avis eſt Merulæ feré magnitudine, variis coloribus picta, utplurimúm nigra cum ſplèndore inſigni, ut etiam in pectore, ventre, alis & prope Oculos virideſcat, emicante Circa Collum præcipué cuprea rubedine, maculis albis diſtincta, qvæ aliqvando rubeſcunt, nonnunqvam flavent. Alarum pennæ extremitatibus luteæ ſunt. Cauda brevis & nigra, Roſtrum robuſtum, longiuſculum, acutum, luteum, in fine fuſcum. Pedes ſubrubentes, ungves nigri.

Rufus Feſtus.

Mox picturati convertit pectoris artus
Sturnus edax.

Philomela.

Dum Turdus trutilat, Sturnus tunc pinſitat ore,
Sed qvod mané canunt, veſperé non recolunt.

Degit locis humidis & paluſtribus maximé, ubi pecora paſcuntur,

paſcuntur, ex qvorum ſtercoribus nutrimentum qværunt.

Hoc anno menſe Junio, in pulli ventriculo inventi fuerunt lapilli octo, lupini magnitudine majores & latiores, Silicem colore & duritie adæqvantes.

Nidificat in ſylvis, in cavis arboribus, veluti in ſylva qvæ vulgó der Lindwald / ad Qvadum fluvium, non procul á Gryphiberga, & aliis pluribus, ex qvibus cúm adhuc puer, ſæpé pullos extraxi, ut plurimúm in lignis excavatis, in arboribus ſuſpenſis, aut ædium Parietibus, ſeu pertica culminibus affixis: nec oppida reformidant.

Nidum congerit ex Muſco.

Bis in anno parit, qvinq; utplurimúm, nonnunqvam ſex pro vice excludit pullos, Majo & Junio.

Voraciſſimus eſt. Veſcitur Limacibus nudis, lumbricis, mica panis & carnibus domi educatus, inprimis delectatur ſcarabæolis rutilis, qvi Junio menſe Arborum folia tenella & Roſas arrodere ſolent, vulgó Brachkäferlin/

Qvi pullos é nidis auferunt, in ſingulis ſingulos relinqvere pro more habent, ut anno ſeqventi libentiús redeant.

Catervatim volitant, omnesq; in orbem pilæ circumaguntur, & in medium tendunt agmen. Cum Cornicibus & Monedulis amicitiam ineunt, cũm qvibus Autumno & veris initio, priusqvam nidos ſtruant, volant.

Capiuntur retibus, allectricibus mutis terræ appoſitis, dum â volatu cum *impetu* prorumpunt, & *cúm noctu* in paluſtribus ſuper arundines pernoctant.

Hyeme in tepidiora loca abeunt, vel in Montium receſſibus occultantur, Martio redeunt,

Canori valdé ſunt, & qvorumvis Animalium, ut Pecudum, boum, Capra*rum*, *Suum*, Eqvorum, Aſini, *Galli*, gallinarum, Orioli, Fringillæ, Pari &c. voces & concentus imitantur, nemine illis præceptoris aut inſtitutoris officium præſtante. Lingvam habent latam, & perfecté loqvi diſcunt.

Sturni in cibum qvidem cedunt, at ob ſaporem minús gratum, & carnem duram, ac Ventriculo inobedientem, ut ignobiles & nullius precii utplurimúm

plurimum negliguntur. Pulli á pauperibus & Agricolis freqventer eſitantur, capitibus abjectis. Autumno etiam á nonnullis nobilibus in cibum recipiuntur.

Caro eorum calida eſt & ſicca, palato inſvavis, craſſi ſucci, & alimenti illaudabilis. Succum gignit Melancholicum & vitioſum, ob id Melancholicis, Bilioſis & ab Hæmorrhoidibus divexatis inutilis.

Galenus 6. de ſanit. tuenda. in Calculi Renum vitio, tanqvam cibum tenuis alimenti approbat.

Kiranides autor eſt, Sturnos in Cibo ſumtos juvare omnes qvi mortiferum aliqvid biberunt, & ſi qvis prægustaverit omninó non lædi.

Fimus faciem exornat, Ad alphos, pannas, impetiginem & morpheam á veteribus commendatur.

Sturnus ut Pica varius.

Ein Elſter Staar/

Magnitudo ei vulgaris Sturni.

Color roſtri medii caput verſus, Verticis, Colli, Pennarum remigum, Caudæ niger: cætera candidus totus. In Polwitz apud nobilem Georg. Eckium á me conſpectus fuit.

Sturnus candidus.

Ein gantz Weiſſer Staar/

Aliqvando occurrit niveo colore, in Nobilium aulis.

Strix.

Σύϱνιοϱ,

Avis nocturna.

Ein Milchſauger/ Kinder Melcker.

Striges aves inauſpicatæ, qvæ σύϱνια græcé nuncupantur, maleficis mulieribus homen indiderunt, vulgó Pilweiſſen/ der Alb.

Vetularum qvarundam apud nos firma perſvaſio, Striges ſeu Lamias nocturno tempore Infantulos recens natos emulgere, & Mammillis eorum lac maternum & ſangvinem exugere, eosq; omni nutrimento defraudare. Qvæ ut ſuam opinionem confirment, & vulgó plauſibilem reddant, inditia proferunt:

Qvód pueruli præter ſolitum inqvieti, inſomnes & qveruli ſint. Deinde licet á Matribus probé lactentur, paulatim tamen abſumantur

 & tabeſcant,

& tabeſcant. Prætereá diligenter advertentibus, lactis indicia in Papillis eorum conſpiciantur.

Qvæ ſuperſtitio ab Ethnicis originem traxiſſe videtur; qvod ex Ovidio 6. *Faſtorum apparet.*

Sunt avidæ volucres,non qvæ
Phinëia menſis
Guttura fraudabant, ſed genus inde trahunt.
Grande caput, ſtantes Oculi, Roſtra apta rapinæ,
Canicies pennis, ungvibus hamus ineſt.
Nocte volant: puerosq; petunt Nutricis egentes,
Et vitiant cunis Corpora rapta ſuis.
Carpere dicuntur lactentia viſcera roſtris,
Et plenum poto ſangvine guttur habent.
Eſt illis Strigibus nomen, ſed nominis hujus
Cauſa; qvód horrenda ſtridere nocte ſolent.
Sive vigitur naſcuntur aves, ſeu carmine fiunt.

Pharmaca huic malo occurrentia, Qvintus Serenus carmine perſcripſit:

Prætereá,ſi forté premit Strix alta puellos,
Viroſa immulgens exertis ubera labris
Allia præcepit Titini ſententia necti,
Qvi veteri claras expreſſit more togatas.

Noſtrates feminæ Cunis imponere ſolent ſpeculum& forficulam, Antirrhinum, Abſinthium ponticum, *Allium*, & inſuffire Succino.

Qvamvis haud negarim, Infantulos effaſcinari poſſe á maleficis, permittente Deo, attamen freqventer hujus mali phyſicam cauſſam deprehendi, qvæ Medico diligenti facilé innoteſcit. *Addo*, veſtigia lactis, ut *ajunt*, eſſe pus album, qvod *ſæpé* ex puſtulis minutis papillarum Infantium exprimitur. Cui malo ut ſuccurrendum ex methodo, norunt phyſici cauſa cognita.

Effaſcinationis veró remedium docent Sacræ literæ omniū efficaciſſimum, Preces Parentum, qvi ſi ventris ſui fructus primúm per baptiſ-

mum

mum utpotè lavacrum regenerationis & renovationis Redemptori Chriſto obtulerint, deinde qvotidiè Summo Rerum conditori & conſervatori, ſine cujus voluntate ne capillus ex capite noſtro decidit, precibus immolârint & commendârint, eosq́, tutelæ ſuæ ſubjecerint, facilè eos ab eujusmodi Satanæ & ſuæ farinæ vetularum incantamentis, præſervari & liberari poſſe certò credant. Qvod Lucæ 8. Servator noſter confirmat inqviens: Sinite parvulos ad me venire, qvoniam talium eſt regnum Cœlorum. Item, Pſalm 34. v. 8. Angelus Domini caſtra metatur, circa timentes eum, & eripit eos.

Hoc verum Succinum ſpirituale ex pharmacopolio S. Sancti deſumtum, qvo incenſo, ab ædibus noſtris, tanqvam Antidoto efficaciſſimo omnia Diaboli venena fugantur arcenturqve.

Tarda Recent.

ὠτὶς, *Ariſt. Vlyſſ. Aldr,*
τέτριξ, ὄυραξ, *Ariſtot,*
Erythrontaon *Olai magni,*
Tetraon *Longol.*
Trappus,

Tardus, qvód gravi & tardo volatu detenta neqvaqvam ut cæteræ volucres, velocitate pennarum attollatur.

Anſer - Trappa,
Ein Trappe/
id eſt:
Piger vel tardus.
TrappGans.
Acker Trappe.

Avis poſt Struthiocamelum ferè maxima. Color in Dorſo & alis, qvalis Urogallinæ ſeu perdicis ruſticæ, ſed magis rufus, ſubnigris maculis undantibus ferè eleganter diſtinctus. Roſtrum Gallinæ robuſtum valdè. Caput & Collum cinereum, ſed ſupina Colli parte ad album vergit. Pectus qvoq; & Venter & Crura, qvatenus plumis veſtiuntur, ad media uſq; femora alba ſunt. Cauda qvatuor palmos longa, pennis pulcris, rufis, cum tæniis qvibuſdam, & maculis nigris,

Digitized by Google

ſuperiore interioreq; parte albis, verumetiam extremitate ornata. Alarum pennæ majores candidæ, circa finem nigræ. Crura fuſca, digiti terni antrorſum, nullus retró, & ungves ut in Gallina. Vola ſeu pars interior denſa toroſaq; eſt. Lingva ſerrata utrinq; acuta.

In campis degit ſpacioſis, Arboribus inſidet nunqvam, nec aqvas freqventat. Veſcitur herbis, maximé veró legit grana & fruges. Hyeme aliqvando ſolitaria in montanis colliculis nive denudatis ſtabulatur. Nidificat in terra inter ſegetes.

Ova ſi ab homine contrectata, aut ejus anhelitu & afflatu vel leviter imbuta ſenſerit, extemplo relinqvit.

Caro ejus dura nigra, concoctu pervicax, excrementis redundat; & humori Melancholico procreando apta: Valenter tamen alit, ſi concoctionem in ventriculo fuerit adepta exqviſitam.

In cibo laudatur juvenis, ſi per dies aliqvot poſt jugulationem reſervata fuerit.

Torqvilla.

Ιυγξ vel Ιυξ *Ariſtot.* ἀπὸ τοῦ ἰύζειν qvód eſt derivare, clamare *Geſn. & Vl. Aldrov.*

Κιναιδίος *Heſych.*

Collitorqves á Colli circumactu reliqvo Corpore qvieſcente.

Turbo, qvoniam Collum ac Caput circumagens turbinis imaginem præſefert.

Verticilla, Verticollia *Scaliger.*

Formicarius.

Ein Windhals/
Wendehals/*Sil.*
Trayhals/
Natterwendel.

Varii coloris volucris, ex Picorum genere, Alauda palmos & digitos ij. longa. Color ei cinereus utplurimúm. Caput, Cervix, Dorſum, uropygium ex fuſco cinerea ſunt, punctulis minutiſſimis lateritiis nigricantibus varia. Macula juxta Oculos retro verſus longiuſcula, fuliginis colore. Linea á cervice latiuſcula atra, ſecundum longitudinem utrinq; juxta alas per dorſum ducitur, ad extremas Alarum longiuſculas pennas Corpori vicinas excurrens. Cauda longiuſcula cinerea, punctis infinitis aſperſa, & maculis transverſis

ſis latiuſculis, fuliginoſis diſtincta.

Alarum majores pennæ, partim rubris partim fuſcis maculis transverſalibus alternatim diſtingvuntur. Mentum, gula, pectus obſcuré flavent, lineis nigris transverſalibus, qvæ verſus pectus ſemper longiores evadũt, tinguntur. Venter maculoſus. Roſtrum rectum, craſſiuſculum in acutum deſinens, cornei coloris. Pedes breviuſculi fuſci, in qvibus digiti qvatuor anté & retró bini ſubvirides, geniculis qvaſi diſtincti, ungviculis latiuſculis acutiſſimis, ita ut utrobiq; longior alter exterior, cum altero longiore extrinſecús, & brevior cúm breviore extenſé conjungatur, Lingva longiſſima, acutiſſima, qvam menſura iiij. digitorum porrigit, rurſumq; contrahit intra roſtrum, cui aculeus præfixus oſſeus, teres, validiſſimus, infra arteriæ ſinum ſubit, & ſupra cranium reflectitur prope Nares.

Collũ circumagit in averſũm reliqvo qvieſcente Corpore modó Serpentum. Voce *Jeiʒen* ſtridere dicitur. Vivit in ſylvis. Roſtro ligna tundit, & ſtrepitum qvalem Picus edit, Arbores ſurſum & deorſum perreptando. Coſſis & formicis alitur, qvas magna celeritate aculeo ſuæ lingvæ exertæ, transfixas vorat, nec unqvam illas roſtro ſuo attingit, ut cæteræ aves ſuos cibos.

In Arboribus nidulatur excavatis. Uno partu plures ſeptem, octo, novem excludit.

Si qvis prope eam acceſſerit, non mox refugit, verúm iratus Collum in ſublime erigit, ac roſtro pinſens, ſine morſu tamen, ac idem retrahens extendensq; per vices, tanqvam minando iram declarat. Plumis Capitis interim inſtar criſte riget, & Caudam erigit dilatatq;.

Marem aliqvando manibus detinui, qvi collum circumagebat in averſum, prorſum & retrorſum, reliqvo Corpore qvieſcente, mox Oculos claudebat, qvaſi obdormiſceret.

Pingveſcit & in cibum admittitur.

Fel Oculorum affectibus utile, adverſus pilos in palpebris pungentes illinitur.

Antiqvitús Veneficis ad

philtra & illecebras amatoria in uſu erat.

Aviculam alis ſuperné & inferné pedibus, advocato amantis nomine, ex rota agitabant, aut cum Cerea rotam ſuper ardentes prunas amburebant. Alii aſſerunt, viſcera Jyngis exemta radiis rotarum implicare ſagas, qvibus verſis ſollicitare ad reditum amantes. Hinc *Theocritus*: Per te Jynx meus ille domum vir qvæſo trahatur.

Emblema Conr. Geſneri.

Cur vinctam Jyngem picta detinet manus?
Avis hæc Amoris, & voluptatis nota eſt,
Qvæſita philtris: forté qvod qvovis agat.
Anté & retrorſus collo, in orbem, liberé.
Sic & voluptas Corda agit mortalium,
Mirumq; torqvet in modum qvoqvó libet.
Hanc tu niſi vinctam cum ratione rexeris,
Mentis peribit qvicqvid ac ſenſus habes.
Hoc faſcinum putabis, atq; maximum
Philtrum, veneficiumq; qvám miſerrimum.
Hoc torqvet animos, turbat & retró movet.
Aut igitur omnem tu voluptatem fuge,
Aut ſi libet uti, vincla ſemper admove,
Non cicuratur, ſemper eſt vinclis opus.

Invidos etiam *alienæ fortunæ* ſpectatores notat, qvi aliena facta ſerpentino veneno maledictis inceſſant.

Invidus varius eſt, ridet in alienis miſeriis, deflet alienas felicitates, lingvam exerit in omnia beneacta, Collum avertit & caput, ne videat virtutum alienarum *ſplendorem*.

Turdus.

Κίχλη *Ariſt.*
Κίχλα *Varin,*
Ζίχλα
Turdus á tarditate. Hyemis enim initio ſe referunt.

Ein Ziemer/
Krametvogel/
Weckholter vogel.

Avis

Avis eſt advena & peregrina,qvæ æſtate nunqvam videtur: in hyemis initio veró ſæpé tanta copia advolat, ut nullius avis major ſit.

Pabulum qværit ex fructibus Arborum, Fagi, Sorbi, Juniperi, Oxyacanthæ.

Ferunt Aucupes, Turdos nidificare in Livoniæ, Transſylvaniæ & Moſcoviæ vaſtis ſylvis, tandem deficiente pabulo ad noſtros Montes advolare ac perhibernare. Circa Paſchatis feſtum iterum recedunt.

Nidos ex luto, ut Hirundines facere ajunt, in arboribus excelſis, ita deinceps continuato opere, ut qvaſi catena qvædam nidorum contexta videatur.

Retibus & laqveis, ineſcati Sorbi & Juniperi baccis, appenſis allectricibus ejusdem generis, á noſtris Aucupibus capiuntur.

Turdus maximus.

Ἰξιβόρος *Ariſtot.*

Ἰξιφάγος *Athen.*

Turdus viſcivorus *Geſn.* & *Vlyß. Aldrov.*

Turdela *Iſidori.*

Ein Schnarre/ Schnerre/*ſil.* Miſtelziemer/ Miſtler/

Primarius in ſuo genere,& reliqvis major, pauló infra Picam. Capite, Alis & ventre fuſcus, plumis tamen juxta caudam aliqvid flavi admixtum apparet. Cutim intra roſtrum pallidus & ſubruber color mixti tingunt, Pedes digitiq; flaveſcunt,præſertim poſteriore nervo tibiarum.

Ungves & Roſtrum nigricant. Collum parte prona, venterq; totus nigris punctis in albicantibus plumis & alicubi flavis variant.

Plumæ ſub alis candidæ.

In ſylvis vivit. Viſci, aliarumq; arborum & fruticum baccas devorat, ut Juniperi, Sorbi alpinæ &c.

Minoris eſt precii, nec adeó acceptus in Cibo apud noſtrates.

Turdus medius.

Ἰξιχὰς *Ariſt.*

Turdus

Turdus pilaris *Gaz. Vlyſ. Aldrov.*

Turdus major,
Ein Grosziemer/ }
Blawziemer/ } *Sil.*
Krametvogel.

Major eſt pauló Merula. Roſtrum ei ſubflavum; rectum, in extremo nigricans, Vertex Capitis, Collum pronum, cum Dorſi extremitate dilutè ſunt cærulea, ſed nigris punctulis aſperſa. Dorſum charopum ſeu rufum obſcurè & per medias pennulas nigricans. Collum ſupinum & pectus varia ſunt. Nam flaveſcentes in eis plumas nigræ diſtingvunt maculæ; Alæ interiores albæ ſunt. Plumæ ventris ſimiliter albæ. Ungves digitiq; pedum fuſci. Pennæ Alarum partim nigricant, partim rufo colore, ut Dorſi minores præſertim & breviores apparent. Macula utrinq; ad Oculum Roſtrum verſis nigra, plumulis ceu pilis rigentibus nonnullis.

Cauda longa nigra.

Aliunde advolat. Nidos enim ubi ova poſuerit, aut Ovorum fragmina nusqvam reperias.

Tardius apparet Viſcivora, cui & ſaporis gratiâ præfertur & in delitiis habetur.

Martialis.

Inter Aves Turdus, ſi qvis me judice certet,
Inter qvadrupedes gloria prima Lepus.

Boni & præcipui eſt ſaporis, ſæpè Juniperi baccas redolens. Caro ſvavis, laudabilis ſucci, mediocre gignit alimentum & ſiccum.

Prodeſt Artheticis, Paralyticis, Stomachicis, *aliisq;* ex frigida cauſa ſubortis Morbis. Suggerit enim nutrimentum calidum & ſiccum.

Dyſentericis & Calculoſis commendatur, urinas prolicet, & alvum cohibet.

Ab eorum eſu abſtinendos ſvadet Arnoldus eos, qvibus hæmorrhoides fluere ſolent.

Veſcitur non *ſolúm* bacculis Juniperi, Sorbi, verúmetiam micis panis & carne, ſi in hypocauſtis detineatur.

Svaviter canit. Agrippina conjux Claudii *Cæſaris* prima Turdum habuit *imitantem* ſermones hominum. *Plin. libr.* 10. *c.* 42.

Turdus pilaris.

λευκοκέφαλος,
Ein Grosziemer mit eim weiſſen Kopffe/

Autumno

Autumni fine Anni 1602. in montanis territorii Hirsbergenſis captus fuit.

Turdus minor.

Ιλιὰς Ariſtot.

Ιλλὰς,

Ιύλας Theod,

Turdus Illas Vl. Aldr.

Turdus Iliacus,

Turdela montana,

Turdela ſylveſtris,

Turdulus Bohemicus,

Winſela Geſn.

Ein Klein Ziemer/
Heide Droſſel/ Sil.
Pfeiff Droſſel/
Heide Ziemer/
Berg Droſſel/
Winſel/
Wein Droſſel/
Rot Droſſel/
Gixerle/Baſilienſ.

Turdi genus minimum, Turdi Muſici forma & magnitudine ſimilis. Totus ut vulgaris Turdela fuſcus per Dorſum. Pectus varium, flavum & candicans nigris maculis refertum; Medius & infimus venter candicant utrinq;, ſub alis ex rubro flaveſcit. Crura flavent ex fuſco. Maculæ ſeu lineæ ſubluteæ, utrinq; juxta Oculos binæ, à roſtro Collum verſus extenſæ.

Exotica eſt, advolat hyeme initio cum Turdis. Victitat plerunq; gregatim, & inter humiliores ſylvas, Juniperos & Sorbos alpinas degit.

Saporis eſt non nihil amariuſculi.

Turdus muſicus.

Turdus ſimpliciter dictus Vlyſs. Aldrov.

Turdus domeſticus,

Turdela domeſtica.

Turdus minor alter Geſn.

Collurio, Collyrio Turn.

Ein Droſſel/
Sang Droſſel/ Eber. & Peuc.
Weiſſe Droſſel/
Zier Droſſel.

Minor eſt Turdo, Sturni magnitudine varius & maculoſus. Tota pars ſupina fuſca. Alæ ex fuſco rufæ, maculis ſubflavis pictæ. Pectus ex ſubflavo & rufo colore commixtis in unum adornatur: Ventrem album & latera, puncta nigra inſigniunt. Roſtrum rectum nigrum. Tibiæ ex fuſco albent.

Per totum annum apparet. In ſylvis nidificat. Nidum in ramis arborum aut fruticum

Digitized by Google

fingit ex luto aut lignorum carie & muſco. Aprili & Majo ovis incubat, parit qvatuor plerunqve.

Similem cum Turdis reliqvis cibum qværit. Vermiculis inſuper & ſcarabæis fruitur.

Muſica eſt avis canens vere, vocis multiplicis: ob id á multis cantus gratia in caveis alitur pane, lacte, carnibus, & farina hordeacea lacte mixta.

Dulce palám reſonat qvam
 dicunt nomine Droſtam,
Sed fugiente die nempe
 qvieta ſilet.

Autumno etiam ex remotis locis ſingulari Conditoris optimi max. providentia advolant. Tanta enim copia in montibus & ſylvis Sileſiæ noſtræ ſæpenumeró capiuntur, ut non ſolúm ſufficiant alendis Incolis præſenti tempore, verumetiam ſemiaſſæ & aceto immerſæ in ſeqventem æſtatem incorruptæ ſerventur.

Laqveis veró ex pilis eqvinis candidis ſeu nigris, appenſis ſorbi alpinæ bacculis, decipiuntur, & jugulantur.

Sapore omnibus feré præferuntur, qvi ſvavis eſt, & palato arridet.

Caro ejus laudabilem procreat ſuccum, facile digeritur & probe alit. Alvum interim ſiſtit.

Turdus Muſicus criſtatus.

Ein Kobeldroſſel.

Anno 1599. *circ.* captus fuit Turdus Muſicus, ceteris colore & magnitudine ſimilis, præter criſtam, qvam in vertice gerebat albidã inſtar Alaudæ, & circulum album, qvi prona parte collum mediotenus cingebat.

In ſylvis Cotzanenſibus ducatus Lignicenſis.

Turtur.

Ὁ καὶ τρυγὼν, ἀπὸ τοῦ τρύζειν, á ſono vocis.

Τρυγόνι,

Τρυγόνα, *Hodie.*

Ein Turtel Taube/

Turtel / á voce, vel ut *Goropius* derivat, Ein Turtel-Taube / qvaſi Troutel daube / á verbo Troutelen /

qvod

qvod idem eſt, qvod blandiri & omnibus modis & geſtibus conari cuipiam placere,& propriè id facere ſvaviis & amplexibus, qvod in Turturibus docemur. Præterea & ſonus ejus hac voce qvodammodó exprimitur, & ſignificat fidei excellentiam, qvæ in Turturum conjugio tanta eſt, ut meritó princeps fidei dici poſſit. Trou, Trau, fidem notat. Trout, trauet, idem qvod conjugio copulat. Et Excellentiam denotat. Hinc Tourtelcaube, troutelcaube, qvaſi Traute taube.

Minimus eſt in Columbaceo genere, colore feré Liviæ, ſed dilutiore,in Pectore præſertim, cui in Dorſo ſuperficietenus ferruginei ſeu rufi qviddam elucet.

Pars prona ventris candicat.

Collum torqvis ambit retró aterrimus, Viridibus maculis eleganter ſplendens, anté vix conſpicuus.

Femora, tibiæ, ferruginea.

Pedes rubore nitent. Uropygium fuſcum ſeu coloris fumati.

Ungves breviuſculi, nigri, parúm adunci.

Roſtrum tenue,ut Columbæ, obſcuré cæruleum.

Pupillam Oculi nigram exornat Iris lutea.

Et caſtus Turtur atq; Columba gemunt.

Virgilius.

Nec gemere aërea ceſſabit Turtur ab Ulmo.

Frugibus vivit, glandibus & arborum gemmis.In Montium ſylvis & deſertis commoratur locis, æſtate frigidis, hyeme ſe condit aut diſcedit ad tepidiora.

Nidum ex virgultis ſuper ramos arborum colligit & ſuſpendit.

Bis anno parit, ova plerunq; bina, raró terna.

Ad annum octavum vitam extendit. Oſcula, anteqvam procreandæ ſoboli indulgeant, permiſcent.

In hypocauſtis & intra ædes diutiús aſſervatur, ubi ſæpé ova parit, eaqve excludit.

Volat gregatim, cùm accedit & diſcedit. Adventu ſuo vernum tempus prænunciat.

Avis eſt caſta inprimis & pudica

& pudica. Amiſſo enim pari ſuo, alterius copulam non reqvirit, ſolitaria incedit, ſolitudines diligit, hominumq́; conſortia fugit, perpetuóq; gemit, ſiccis arborum ramis triſtis inſidens.

Ambroſ. Deus Turturibus infudit hunc affectum, hanc virtutem Continentiæ dedit, qvi ſolus poteſt præſcribere, qvod omnes ſeqvantur. Turtur non uritur flore juventutis, non tentatur occaſionis illecebra. Turtur neſcit primam fidem irritam facere, qvia novit caſtimoniam ſervare, prima Connubii ſorte promiſſam.

Turtur temperamento eſt calido & ſicco, præſertim adultior & ſeneſcens: Ob id eligantur tenelli, per aliqvod dies ſaginati.

Carnes habet neq; duriſſimas, neq; pravo ſucco vitioſas, neq; concoctu difficiles. Ipſarum veró durities, ſi mortuo uno die aſſervetur, facilé vincitur, fiuntq; friabiles omninó atq; inculpatæ. Bené alunt, & probum ac mediocre gignunt alimentum, ſangvinem laudabilem humore atq; calore temperatum procreant, ſpiritusq́; animales peragendis ratiocinationis & intellectus cogitationibus aptiſſimos,

Dyſentericis in cibo Platina præſcribit, Trallianus tympanicis. Galenus inter euſtomachos numerat.

A nonnullis ejus eſus peſtilentiæ tempore laudatur.

Sangvis Oculis cruore ſuffuſis eximie prodeſt, & ad Oculorum ictus cruentos efficax.

Fimus Albugines extenuat & ad Oculorum ictus cruentos utilis. Uſtus ex Mulſa Calculos per urinam exturbat.

Pictorius.

Si fluxus ventrem nimiúm
 infeſtaverit ingens,
Turtur combuſtus, terq;
 qvaterq; juvat.

Turtur Turcicus.

Turtur Indicus VI *Aldr.*
Turtur exoticus Τρυγὼν γέλασος.

Ein Lachendes Teublin/ſic, á ſono vocis qvem *ridentis* inſtar edit Ha, ha, he.

Türckiſch Teublin/
Indianiſch Turtur Teublin.

Turturi noſtrati ſimilis eſt, pauló major. Color Capitis, Colli,

Colli, Pectoris, Dorſi, Alarum ex candore rufeſcit. Pennæ Alarum longiores, uropygium cum cauda fuſceſcunt. Collum exornat torqvis tenuis, nigra, qvæ tamen circulum non abſolvit integrum. Iris miniati coloris elegantisſimé ſplendet. Roſtrum nigricat. Pedes pulcré rubent.

Femina tota candida eſt, exceptis pedibus rubris & roſtro nigro.

Peregrinus eſt, & paucis abhinc annis importari cepit. Par duobus aureis nummis æſtimabatur, jam minoris væneunt.

Paſſim in Nobilium & divitum hypocauſtis aluntur. Ova edunt bina pullos excludunt, eosq; enutriunt: licet in primiparis aliqvoties intereant.

Tritico aluntur.

Turtur mixtus.

Ein zwitter Turtel Taube/

Magnitudo ei Indici. Dorſum cinereum totum, ex qvo rubedinis ſubobſcuræ qvid elucet, abſq; nigris & ferrugineis maculis. Vertex, Collum, Pectus dilutè rubent. Ventris plumæ & Caudæ extrema pars per transverſum, Alæ interiores ſecundum latera dilutè Indici coloris ſunt. Remiges Alarum pennæ fuſcæ. Pedes rubor ſangvineus tingit. Roſtrum ſubcæruleum ex fuſco.

Par hujus Turturis pluribus annis in hypocauſto aluit amplisſ. Dom. Pancratius Syſſebachius M. ſyndicus Reipub. Hirsbergenſis, amicus meus optimus, qvod habuit ex conjugio Turturis noſtratis maſculi, & Indicæ fæmellæ.

Vanellus.

Αἴξ *Ariſt.*

Ταὼς ἄγριος, hoc eſt Pavo ſylveſtris, qvod criſtam in capite gerat.

Ἴξυξ *Nonn.*

Capella *Gaz.* qvód Capræ ſimilem vocem edat.

Vanellus qvod alis vanni aut ventilabri inſtar, commotis ſtrepitum excitat.

Parcus, Parra *Plin.*

Gavia cinerea *Eber. & Peuc.*

Kyvitta.

Eine Gybitz/
Gyfitz/
Gywitt.

Avis eſt ſylveſtris, ſatis pulcra, Columbæ magnitudine, roſtro longo, nigro. Color per totum Dorſum viret, maculis qvibusdam purpureis utrinq;

Digitized by Google

trinq; partim viridibus, partim cæruleis, Extremæ veró & longiores Alarum pennæ nigræ, qvæ inverſæ atro ſplendent colore. Venter & Alarum interior pars plumas habent albas. In capite criſta plumacea nigra, oblonga, retrorſum tenſa conſpicitur. Gula ex nigrore ſplendet, ut & Caput ſummum, cujus partes laterales ſub oculis candidæ ſunt, tantillúm rubentes. Cauda ſeſqvipalmum longa, candida, extremé nigra. Pedes rubent, ungvibus nigris, digiti membranula junguntur.

Ad paludes, piſcinas, vermium gratia, qvibus veſcitur, degit. In planis, paſcuis ac ericetis nidificat. Ova parit Majo, utplurimúm qvatuor Columbinis pauló majora, pallida, notulis fuſcis variegata.

Autumno gregatim volant, & retibus capiuntur. In cibum veniunt ſaporis boni, nec ſucci improbi.

Veſpertilio.

Qvaſi veſpertino volans crepuſculo.

φιλέσπερος,

νυκτάλωψ.

νυκτερὶς,

qvód veſperi & noctu volet.

Ein Fladermaus/
Fledermaus/
Speckmaus/

Δερμόπτερος eſt, mediæ cujusdam inter avem & murem ſpeciei, Corpore inſtar Murium piloſo, alis cutaneis; pedibus Murinis *incurvis*. In utraq; parte Mandibulæ, dentes inſtar Murium habet. Auriculæ eminent. Caret cauda.

Non tam voce reſonat, qvám ſtridore. τρίζειν id eſt tenui voce ſtridere.

Ovid. Minimam *pro corpore* vocem
Emittunt, peraguntq; levi ſtridore qverelas.

In cibatu Muſcæ & Culices ei gratiſſimæ ſunt, qvas ſub noctem circum volitans capit. Veſcitur & libentiſſimé Lardo & Carnibus ſuillis é trabe ſuſpenſis. Candelas & pingvia qvævis inſtar Murium ambit.

In

In cavis arboribus, ædificiis deſertis, ſub tectis domorum & templorum latet.

Parit ut Qvadrupeda, non ova, ſed pullos viventes, qvos mox admotis uberibus lactare ſolet, ſecundum illud :

Ein Vogel ohne Zungen/
Der ander ſauget ſeine Jungen.

Sangvis ad Serpentium ictus valet, & pſilothri vim obtinet, addito Chalcantho aut ſemine Cicutæ. Urina abſtergit & valdé calefacit, Ungulam & albuginem curat.

Cinis viſum acuit, & cum Melle ſuffuſioni medetur.

Ulula.

Αἰγώλιος *Eber. & Peuc.*
Ulula *Geſn. & Ulyß. Aldrov.* ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν.
Strix. *Ovid. Nonn.*

Eine Eule/Ule/á fletu. Hul enim idem eſt qvod fleo cum triſti voce, ſeu ploro.

Puſch Eule/
Graw Eule/

Avis Gallinæ magnitudine Noctuæ cognata. Longitudo á Cauda ultima ad Roſtrum extremum dodrantum duorum. Latitudo extenſis alis dodrantum qvatuor & palmi unius ſemis.

Color partis ſupinæ, Capitis, Dorſi, Alarum, Caudæ cinereus, obſcurus, ad rarum inclinans, maculis albicantibus & nigricantibus ubivis varium. Venter albet maculis majuſculis fuſcis reſperſus.

Caput obtinet grande, rotundum, admodum plumoſum; anteriori parte plumulas exiguas, graciles, candidiuſculas in orbem velut flammeum poſitas.

Oculi grandes, pupilla maxima ex nigro cærulea, circulo ambiente obſcuré bætico. In horum ambitu ad palpebrarum oras lippientium inſtar rubeſcens circulus conſpicitur. Superiori tantúm palpebra inter nictandum Oculus contegitur latitante periophthalmio, ſeu tunica craſſa diluté cærulea, á ſupra deorſum porrecta integrum Oculum operiente. Roſtrum ad uncum ſubvireſcens. Nares patulæ.

Primulæ

Digitized by Google

Primulæ rigidæ inter Oculos & Roſtrum multæ, denſæ, nigræ radicibus albis.

Alæ maximæ longitudinis duorum dodrantum ad extremam usq; caudam protenſæ. Crura habet albicantia fuſcis notis reſperſa ad ungves usq; leucophæos, aduncos, acutiſſimos hirſuta. Digiti qvatuor, bini anté, retró & ad latus ſingulus.

Lingva latiuſcula, bifida. Gula ampla. Ventriculus rugoſus, craſſior. Fel majus praſſini coloris, adhæret Inteſtino, & dextro Hepatis rubicundi lobo. Appendices binæ Inteſtino qvá deſinit hærent.

Colit ſaxa & ſpeluncas in ſylvis Montium.

Nocte vagatur & paſcitur, die raró apparet, aviculas & Mures venatur.

Aliqvando oppida & pagos advolat hyeme præſertim rigida, & carnes inqvirit.

Fel ad Albugines, Suffuſiones, Caligines prædicatur.

Adeps ad claritatem ſimiliter facit.

Ulula flameata.

ὦτος *Eber. & Peuc.*
Otus *Turn.*
ἐλεύς.
Aluco *Vlyß. Aldr.* vom Lacken.
Ulula flameata *Geſn.*
Ein SchleierEule/ *Sil.*
KirchEule/
RautzEule/

Eximii candoris eſt in gutture & ventre, alioqvi candidis, nigris & flavis lineis & maculis alternis diſtincta. In faciei ambitu plumarum albarum finem, ea figura *diſpoſitum* habet, ut flameum, qvo Mulieres Caput & faciem obvelant, qvodámodo referat.

Habitat in rimis antiqvarum turrium, templorum, arcium, aut qvercuum cavernis in qvibus & nidificat.

Aviculas & Mures integros deglutit ob gulam amplam.

Upupa.

Ἔποψ,
Ἀλεκτρυὼν ἄγριος? —

Αλεκτρυώρ γέλασος *Heſych.*
Αγριόκοκορος hodie.
Gallus lutoſus,
Gallinaceus ſtercorarius
Ein WiedeHopffe/
KotHan/

Avis eſt ſpurciſſima, Turdi feré magnitudine, nigris maculis colorata, Criſtam plumeam, rufeſcentem, punctis &

ctis & apicibus nigris diſtinctam in capite gerit plicatilem, qvam contrahit, erigitq; ſecundum Capitis longitudinem. Pennæ Alarum nigræ transverſim lineis interciſæ.

Gula ſubflava, ut & Collum ſed cinereo dilutum. Roſtrum fuſcum, tres digitos longum, aliqvantulum falcatum Certhiæ inſtar. Pedes fuſci, ungves adunci. Sub ventre uropygium verſus albet. Lingvam obtinet parvam trilateram.

Melancholicæ eſt complexionis. Deſertas qværit Nemorum & invias plagas. Inter aves nocturnas & tenebrarum amicas, lugubris ac luctum amans. Vox ejus Cuculi non abſimilis. Pollux ποπίζειν ſcribit.

Nidum ex ſtercore humano fingit in arboribus excavatis, & circumlinit, ut fœtore ſuo homines à nido depellat. Qvod ipſemet expertus ſum dum puer adhuc, nidum in Qvercu cava offendens, pulloſq; extrahere volens, manus ſordibus & fœtore inqvinarem.

Ova plerunq; parit qvatuor.

Vermiculos in ſtercoribus qværit, Erucis, ſcarabæis aliisq; vermiculis nutritur, inprimis verticillis, vulgó Wertten/delectatur.

Hyeme in cavernis arborum dormit, circa æqvinoctium vernum prodit. Varié mutat colorem & ſpeciem, æſtate & hyeme.

Caro auſtera eſt & cibo inutilis.

Upupæ cineres ex vino potos, Colum ſanare Marcellus annotavit. Cor in lateris doloribus laudatur.

Pennas ejus Capiti impoſitas Hominis Cephalalgiam ſanare creditur.

Fertur Pullós, parentes ſuos ſenes fovere ſub alis, & anhelare ſuper ipſorum Oculos, donec viſum recipiant.

Urogallus major.

Τέτριξ *Ariſt.*
Οὔραξ *Athenienſ.*
Tetraon *Plin. Geſn.*
Gallus alpinus.
Gallus urus.
Uragen.
Ortygometra Veterum *Albert.*
Ein Auer-Han.

Patria lingva, forté propter magnitudinem & pulcritudinem,

nem, veluti & Ein Auer-Ochſſe / Urotaurus denominatur.

Ohr-Han/
Berg-Faſan.

Avis gallinacei generis omnium maxima.

Corporis magnitudine Anſerem ferè æqvat, longa dodrantes qvatuor cum dimidio.

Colore tam atro, ut tanqvam Palumbi collum reſplendeat.

Roſtrum ei gallinæ validum, gibberum, fuſcum.

Macula rubra utrinq; circa Oculos ad tempora inſignitur.

Collum dodrantale, nigrum, cinereo diluto colore ſparſim reſperſum, pronum, punctis cinereis varium, qvibus pennæ virides ſuccedunt.

Caput nigrum, pars infra roſtrum atra.

Pectus & Venter nigri coloris.

Alarum remiges palmorum qvinq; fuſcæ ſunt, reliqvæ minores obſcuré caſtaneæ nigricantibus punctis diſtinctæ.

Alæ interiores albæ.

Cauda palmos qvinq; longa, extenſa ſemicirculum reddit trium in circumferentia dodrantum, ex pennis duodecim nigris condita, maculis paucis albiſſimis extremitates minorum pennarum & punctis variarum, inſignientibus.

In Dorſo ſuperiore plumæ Caſtanearum coloris, punctis aſperſæ, ut in alis: in inferiore Dorſo cinereæ magis variæ punctis qvám in *Collo*, longé pulcerrimæ.

Poplites & femora *plumis* albis veſtiuntur, qvæ Cruribus fuſcæ usq; ad digitos pedum deſcendunt.

Digiti glauci utrinq;, qvaſi ſerrati, ſeu pectinis inſtar, tunica aliqvatenus junguntur, & ungvibus fuſcis firmantur.

Excolit altiſſima *Sudetorum* juga maximé circa montem, cui á gigantibus nomen impoſitum eſt, & alia altiora & frigidiora loca, nec hyeme diſcedit.

Gemmas & folia *Arborum* in cibum ſumit. Viſci baccas, Myrtillos, Fraga legit.

Lapillos candidos rotundiuſculos ad concoctionem promovendam in Ventriculo fovet.

Circa

Circa feſtum D. Georgio ſacrum coit. Et cúm voce gallinas allicit & invitat, Wenn er palßet oder locket / bombardâ facilé feritur: tunc enim viſus & auditus intercipiuntur, alioqvin auditus acutiſſimi: at maxima celeritate opus eſt.

Autumno laqueis in terram poſitis capitur.

Caro ejus dura & ſicca, ſubnigricans, ſaporis grati, & probi ſucci.

Siccum Corpori ſuggerit alimentum, & alvum ſiſtit.

Magnatum & Nobilium menſis lauté atq; exqviſité apparatus, aſſus, & liqvamine aromatico perfuſus apponitur.

Lapilli Oculis commendantur, læves enim ſunt & lubrici: ob id ſine ſenſu & moleſtia iis induntur, ſi feſtuca aut aliud qvid eos inciderit.

Aetas dignoſcitur colore. Iuniores paſſim candore reſperguntur, qvi in ſenibus prorſus deperditur.

Urogallina major.

γρυκόκκυξ,
Grygallus major, *Geſn.*
Tetrix Nemeſiani ſeu Grygallus major, *Vlyß. Aldrov.*

Eine Auer-Henne / *Sil.*
Grugel-Han. *Geſn.*

Avis hæc reverá eſt femina Urogalli: qvam ſæpiſſimé diligenter conſideravi.

Cum enim freqvens ſit in vicinis alpibus, facile eam habere potui.

Minor eſt pauló Mare, major Gallina decumana, Roſtro ſimili fuſco.

Color varius ac multiplex.

Toto Corpore enim Perdicis ruſticæ inſtar colorata, & punctis diſtincta ubiq;, maculisq; nigricantibus: reliqvus color rufus eſt, maximé ſub Collo ad Pectus usq;.

Eſt & cinerei aliqvid in Collo præcipué.

Sunt & albæ qvædam alicubi maculæ, circa uropygium maximé.

Iris Oculorum flavet, Pupilla intús ex fuſco cærulea.

Color circa Oculos retró præſertim anguſtius rubet: ima Colli pars prona rubet, intercedentibus lineis ex cæruleo virentibus: in Ventre plurimúm alba eſt.

Crura, pedes & digiti, ut in urogallo.

Digitized by Google

Cauda octodenis conſtat pennis, palmos duos & digitum longa, maculis nigris transverſim colorata, fimbria exteriore albida. Alarum majores pennæ fuſcæ.

In Ingluvie ejus, aliqvoties reſecata, Myrtilli, Salicis latifoliæ folia & theculæ cum ſemine tritici vaccini reperti fuére.

Nidum in terra ſub fruticibus & Filice parat, ſubſtratis plumulis propriis, inter medias nives. Ova parit, primipara octo; adultior 14. 15. 16. majora ovis Gallinæ decumanæ.

Vrogallus minor.

Tetraon minor.
Vrogallus ſeu Tetrao minor *Vl. Aldrov.*
Attagen alpinus.
Phaſianus montanus,
Grygallus, Gallus Betularum.

Ein Birck-Han/ſil.
Spilhan/
Laub-Han.

Magnitudo totius alitis, inſtar Gallinæ villaticæ, ſed pauló major & oblongior, tres dodrantes æqvans, ab Vrogallo majore, magnitudine ſalrem differens, cui colore feré ſimilis.

Totus enim niger plumis integitur ſplendentibus, circa collum & caudam Indicis, præter Alarum interiores & medias exteriores ac ſuperiores, qvæ candidæ ſunt, majores ſeu remiges fuſcæ ſunt. Roſtrum nigrum, breve, ſuperius utrinq; juxta Nares plumulis nigris denſis, q. *lanugine* denſa intectum. *Supra O*culos pellicula rubens major, qvám in Vrogallo. Cauda nigra ex duodecim pennis condita, qvarum tres extremæ utrinq; longiores extrorſum reflexæ, interiores octó breviores Lilii figuram, ſi extendantur, repræſentant. Circa uropygium & *poplites plumæ* denſiſſimæ *qvæ ad* digitos usq; pedum extenduntur, ut in Vrogallo majore, ne frigoris injuria lædatur. Digitis pedum ſqvamatim compactis, utrinq; ſqvamoſæ qvædam vel corticeæ appendices eminent. Plumæ Pedum nigricant, ſed maculis albis diſtingvuntur.

Plurimis Montium locis, ſylvis item denſis, ac betuletis maximé, ubi Betularum abundantia

Digitized by Google

abundantia, ut Venatorum inſidias fugiat, ſtabulatur.

Cibus ejus ſunt folia, Betularum gemmæ, aç juli Corylorum, Autumno baccas Vitis idææ, & hyeme ſub nive vaccinia paluſtria legit.

Caro delicata alba ἐυςόμαχος in Nobilium delitiis.

Urogallina minor.

Grygallus minor *Geſn. & Ulyß. Aldrov.*
Gallina Betularum,
Tetraon minor femina,
Ein Birck Henne/
Birck Hun/

Tota alium qvám Mas colorem refert. Longa eſt ſpithamas *ij.* & digitos *iij.* Color Dorſi & Alarum ſuperiorum ex lateritio flavus, maculis nigris reſpergitur, Mentum & Collum dilutiús flavent. Supra Oculos viſitur macula, ut in Maſculo. Pectus album. Ventrem obſcurum interſtingvunt notæ partim nigræ, partim ſubflavæ. Alarum remiges fuſcæ totæ: ſeqventes qvindecim mediotenus ſpinam verſus candidæ, lineam candidam conſtituentes, qvarum qvatuor majores extremæ fuſcæ, reliqvæ fuſcæ qvidem, ſed notulis partim albidis partim lateritiis maculantur. Cauda ſinuata pennarum decem & octo ex lateritio rubet, & maculis nigris transverſim coloratur, apicibus extremis ſubalbidis.

Crura pluma obſcuré flavente integuntur, Roſtrum & digiti ut Mari.

Hyeme gregalis eſt, denſa fruteta & betuleta occupans. Vere appropinqvante mas feminæ ſe adjungit, & bimatim volat.

In terra ſub fruticibus nidificat, denſis & opacis locis. Ova parit. 12. 14. 16. complurimum, longiuſcula, gallinarum minorum magnitudine.

Vultur.

γυψ,
γύπας *Recent.*
Vultur á volatu tardo. Ob Corporis enim magnitudinem tardé volat.
Ein Geyer/
Gyr.

Avis eſt rapaciſſima & carnivora; media inter Milvum & Aqvilam, Roſtro adunco, Oculis truculentis, fœdis. Pennulæ ſeu pili, inſtar velleris tenuiſſ. ſub Mento veluti bar-

villoſa lanugine & plumulis inveſtita, ad digitos usq;, coloris ex obſcuró flaventis, maculis longiuſculis tinguntur. Digiti crocei, tabellis intecti ungvibus aterrimis acutiſſimis.

Caput, Collum, Alæq; interiores inſigni candore nitent, qvæ maculis ſeu lineolis longiuſculis potius reſperguntur, alis exceptis.

Dorſum & Alæ ſuperiores fuliginei ſunt coloris, intermicantibus maculis ſubrubris, præſertim in alis, qvarum pennæ majores extremé nigricant mediotenus, calamum verſus candidæ ſunt.

Pectus veluti clypeo coloris obſcuré caſtanei inſignitur qvi ad alas usq; excurrit, elucente paucula rubedine, ventre & ſub uropygio ex obſcura rubedine albet, maculis Caſtanei coloris reſperſus.

Cauda ſpithamalis longitudinis, decem pennarum, dorſum verſus candida, extrema fuſca, apicibus albidis.

Fel obtinet magnum rotundum, praſſini coloris, qvod Hepatis cavo & Inteſtino adhæret.

Ventriculus *rugoſus* craſſior.

Oculi pupillam includit Iris obſcuré rubens.

In montibus vivit ex raptu, Aviculas & Mures capit pro cibo.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QVINTUS.

Piſces Sileſiæ.

DE PISCIBUS IN GENERE.

Ἰχθῦς, qvód vocem compreſſam habeat, *Plutarch.*

Ein Fiſch/

Ἰχθύδιον,

Piſciculus,

Ein Fiſchlin.

Piſcis eſt animal aqvatile ſeu νηκτικὸν, in aqva vitam agens.

Sedes propria Piſcium eſt Aqva: extra qvam ſi diutiús retineantur, celerrimé moriuntur; tanqvam naturali Elemento ſeu pabulo caloris deſtituti. Aqva enim generati, eâdem educati augeſcunt, nec potiore cibo paſti, ocyus ad juſtum incrementum perveniunt, in eadem commodiſſimé omne vitæ tempus tranſigunt.

Qvemadmodum Aër externus Corpora noſtrà ambiens, ea nunc calida reddens, nunc frigida; aliás ſupervacaneo humore perfundens, aliás præter modum exiccans, aliisq; multis modis afficiens & commutans, ſic Piſcium naturam atqve ſubſtantiam Aqva ſimiliter immutat, undiq; circumfuſa eos ſuo humore imbuit, atq; pervadit, ac intró alimenti & refrigerationis neceſſitate attracta, ſimilem invehit temperaturæ ſuæ conſtitutionem.

Piſc. alii ſunt Aquarum
- Reſidũ ſeu ſtagnantium
  - Salſarum ut Marini
  - Dulcium ut
    - Lacuſtres
    - Paluſtres
- Fluitantium, ut Fluviatiles,

 Piſces

trinq; partim viridibus, partim cæruleis, Extremæ veró & longiores Alarum pennæ nigræ, qvæ inverſæ atro ſplendent colore. Venter & Alarum interior pars plumas habent albas. In capite criſta plumacea nigra, oblonga, retrorſum tenſa conſpicitur. Gula ex nigrore ſplendet, ut & Caput ſummum, cujus partes laterales ſub oculis candidæ ſunt, tantillúm rubentes. Cauda ſeſqvipalmum longa, candida, extremé nigra. Pedes rubent, ungvibus nigris, digiti membranula junguntur.

Ad paludes, piſcinas, vermium gratia, qvibus veſcitur, degit. In planis, paſcuis ac ericetis nidificat. Ova parit, Majo, utplurimúm qvatuor Columbinis pauló majora, pallida, notulis fuſcis variegata.

Autumno gregatim volant, & retibus capiuntur. In cibum veniunt ſaporis boni, nec ſucci improbi.

Veſpertilio.

Qvaſi veſpertino volans crepuſculo.

φιλέαπε;ος,

νυκτάλωψ.

νυκτερὶς,

qvód veſperi & noctu volet.

Ein Fladermaus/
Fledermaus/
Speckmaus/

Ἀερμόπτερος eſt, mediæ cujusdam inter avem & murem ſpeciei, Corpore inſtar Murium piloſo, alis cutaneis; pedibus Murinis incurvis. In utraq; parte Mandibulæ, dentes inſtar Murium habet. Auriculæ eminent. Caret cauda.

Non tam voce reſonat, qvám ſtridore. Τρίζειν id eſt tenui voce ſtridere.

Ovid. Minimam *pro corpore* vocem
Emittunt, peraguntq; levi ſtridore qverelas.

In cibatu Muſcæ & Culices ei gratiſſimæ ſunt, qvas ſub noctem circumvolitans capit. Veſcitur & libentiſſimé Lardo & Carnibus ſuillis é trabe ſuſpenſis. Candelas & pingvia qvævis inſtar Murium ambit.

In

Digitized by Google

In cavis arboribus, ædificiis deſertis, ſub tectis domorum & templorum latet.

Parit ut Qvadrupeda, non ova, ſed pullos viventes, qvos mox admotis uberibus lactare ſolet, ſecundum illud :

Ein Vogel ohne Zungen/
Der ander ſauget ſeine Jungen.

Sangvis ad Serpentium ictus valet, & pſilothri vim obtinet, addito Chalcantho aut ſemine Cicutæ. Urina abſtergit & valdé calefacit, Ungulam & albuginem curat.

Cinis viſum acuit; & cum Melle ſuffuſioni medetur.

Ulula.

Αἰγώλιος Eber. & Peuc.
Ulula Geſn. & Vlyß. Aldrov.
ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν.
Strix. Ovid. Nonn.

Eine Eule/Vle/á fletu. Hul enim idem eſt qvod fleo cum triſti voce, ſeu ploro.

Puſch Eule/
Graw Eule/

Avis Gallinæ magnitudine Noctuæ cognata. Longitudo á Cauda ultima ad Roſtrum extremum dodrantum duorum. Latitudo extenſis alis dodrantum qvatuor & palmi unius ſemis.

Color partis ſupinæ, Capitis, Dorſi, Alarum, Caudæ cinereus, obſcurus, ad rarum inclinans, maculis albicantibus & nigricantibus ubivis varium. Venter albet maculis majuſculis fuſcis reſperſus.

Caput obtinet grande, rotundum, admodum plumoſum; anteriori parte plumulas exiguas, graciles, candidiuſculas in orbem velut flammeum poſitas.

Oculi grandes, pupilla maxima ex nigro cærulea, circulo ambiente obſcuré bætico. In horum ambitu ad palpebrarum oras lippientium inſtar rubeſcens circulus conſpicitur. Superiori tantúm palpebra inter nictandum Oculus contegitur latitante periophthalmio, ſeu tunica craſſa diluté cærulea, á ſupra deorſum porrecta integrum Oculum operiente. Roſtrum ad uncum ſubvireſcens. Nares patulæ.

Primulæ

Digitized by Google

Primulæ rigidæ inter Oculos & Roſtrum multæ, denſæ, nigræ radicibus albis.

Alæ maximæ longitudinis duorum dodrantum, ad extremam usq; caudam protenſæ. Crura habet albicantia fuſcis notis reſperſa ad ungves usq; leucophæos, aduncos, acutiſſimos hirſuta. Digiti qvatuor, bini anté, retró & ad latus ſingulus.

Lingva latiuſcula, bifida. Gula ampla. Ventriculus rugoſus, craſſior. Fel majus praſſini coloris, adhæret Inteſtino, & dextro Hepatis rubicundi lobo. Appendices binæ Inteſtino qvá deſinit hærent.

Colit ſaxa & ſpeluncas in ſylvis Montium.

Nocte vagatur & paſcitur, die raró apparet, aviculas & Mures venatur.

Aliqvando oppida & pagos advolat hyeme præſertim rigida, & carnes inqvirit.

Fel ad Albugines, Suffuſiones, Caligines prædicatur.

Adeps ad claritatem ſimiliter facit.

Ulula flameata.

Ὦτος Eber. & Peuc.
Otus Turn.
ἐλεὺς.
Aluco Vlyß. Aldr. vom Lacken.
Ulula flameata Geſn.
Ein SchleierEule/ Sil.
KirchEule/
RautzEule/

Eximii candoris eſt in gutture & ventre, alioqvi candidis, nigris & flavis lineis & maculis alternis diſtincta. In faciei ambitu plumarum albarum finem, ea *figura diſpoſitum* habet, ut flameum, qvo Mulieres Caput & faciem obvelant, qvodámodo referat.

Habitat in rimis antiqvarum turrium, templorum, arcium, aut qvercuum cavernis in qvibus & nidificat.

Aviculas & Mures integros deglutit ob gulam amplam.

Upupa.

Εποψ,
Αλεκτρυὼν γελάσος Heſych.
Αγριόκοκορος hodie.
Gallus lutoſus,
Gallinaceus ſtercorarius
Ein WiedeHopffe/
KotHan/

Avis eſt ſpurciſſima, Turdi feré magnitudine, nigris maculis colorata, Criſtam plumeam, rufeſcentem, punctis &

Digitized by Google

ctis & apicibus nigris diſtinctam in capite gerit plicatilem, qvam contrahit, erigitq; ſecundum Capitis longitudinem. Pennæ Alarum nigræ transverſim lineis intercifæ.

Gula ſubflava, ut & Collum ſed cinereo dilutum. Roſtrum fuſcum, tres digitos longum, aliqvantulum falgatum Certhiæ inſtar. Pedes fuſci, ungves adunci. Sub ventre uropygium verſus albet. Lingvam obtinet parvam trilateram.

Melancholicæ eſt complexionis. Deſertas qværit Nemorum & invias plagas. Inter aves nocturnas & tenebrarum amicas, lugubris ac luctum amans. Vox ejus Cuculi non abſimilis. Pollux ποπίζειν ſcribit.

Nidum ex ſtercore humano fingit in arboribus excavatis, & circumlinit, ut fætore ſuo homines á nido depellat. Qvod ipſemet expertus ſum dum puer adhuc, nidum in Qvercu cava offendens, pulloſq; extrahere volens, manus ſordibus & fætore inqvinarem.

Ova plerunq; parit qvatuor.

Vermiculos in ſtercoribus qværit, Erucis, ſcarabæis aliisq; vermiculis nutritur, inprimis verticillis, vulgó Werren/delectatur.

Hyeme in cavernis arborum dormit, circa æqvinoctium vernum prodit. Varié mutat colorem & ſpeciem, æſtate & hyeme.

Caro auſtera eſt & cibo inutilis.

Upupæ cineres ex vino potos, Colum ſanare Marcellus annotavit. Cor in lateris doloribus laudatur.

Pennas ejus Capiti impoſitas Hominis Cephalalgiam ſanare creditur.

Fertur Pullós, parentes ſuos ſenes fovere ſub alis, & anhelare ſuper ipſorum Oculos, donec viſum recipiant.

Urogallus major.

Τέτριξ *Ariſt.*
Ουραξ *Athenienſ.*
Tetraon *Plin. Geſn.*
Gallus alpinus.
Gallus urus.
Uragen.
Ortygometra Veterum *Albert.*
Ein Auer-Han.

Patria lingva, forté propter magnitudinem & pulcritudi-

 nem,

nem, veluti & Ein Auer-Ochſſe / Urotaurus denominatur.

Ohr-Han/
Berg-Faſan.

Avis gallinacei generis omnium maxima.

Corporis magnitudine Anſerem ferè æqvat, longa dodrantes qvatuor cum dimidio.

Colore tam atro, ut tanqvam Palumbi collum reſplendeat.

Roſtrum ei gallinæ validum, gibberum, fuſcum.

Macula rubra utrinq; circa Oculos ad tempora inſi gnitur.

Collum dodrantale, nigrum, cinereo diluto colore ſparſim reſperſum, pronum, punctis cinereis varium, qvibus pennæ virides ſuccedunt.

Caput nigrum, pars infra roſtrum atra.

Pectus & Venter nigri coloris.

Alarum remiges palmorum qvinq; fuſcæ ſunt, reliqvæ minores obſcuré caſtaneæ nigricantibus punctis diſtinctæ.

Alæ interiores albæ.

Cauda palmòs qvinq; longa, extenſa ſemicirculum reddit trium in circumferentia dodrantum, ex pennis duodecim nigris condita, maculis paucis albiſſimis extremitates minorum pennarum & punctis variarum, inſignientibus.

In Dorſo ſuperiore plumæ Caſtanearum coloris, punctis aſperſæ, ut in alis: in inferiore Dorſo cinereæ magis variæ punctis qvàm in *Collo*, longé pulcerrimæ.

Poplites & femora *plumis* albis veſtiuntur, qvæ *Cruribus* fuſcæ usq; ad digitos pedum deſcendunt.

Digiti glauci utrinq;, qvaſi ſerrati, ſeu pectinis inſtar, tunica aliqvatenus junguntur, & ungvibus fuſcis firmantur.

Excolit altiſſima *Sudetorum* juga maximé circa montem, cui á gigantibus nomen impoſitum eſt, & alia altiora & frigidiora loca, nec hyeme diſcedit.

Gemmas & folia *Arborum* in cibum ſumit. Viſci baccas, Myrtillos, Fraga legit.

Lapillos candidos rotundiuſculos ad concoctionem promovendam in Ventriculo fovet.

Circa

Circa feſtum D. Georgio ſacrum coit. Et cúm voce gallinas allicit & invitat, Wenn er palßet oder locket / bombardâ facilé feritur· tunc enim viſus & auditus intercipiuntur, alioqvin auditus acutiſſimi: at maxima celeritate opus eſt.

Autumno laqueis in terram poſitis capitur.

Caro ejus dura & ſicca, ſubnigricans, ſaporis grati, & probi ſucci.

Siccum Corpori ſuggerit alimentum, & alvum ſiſtit.

Magnatum & Nobilium menſis lauté atq; exqviſité apparatus, aſſus, & liqvamine aromatico perfuſus apponitur.

Lapilli Oculis commendantur, læves enim ſunt & lubrici: ob id ſine ſenſu & moleſtia iis induntur, ſi feſtuca aut aliud qvid eos inciderit.

Aetas dignoſcitur colore. Iuniores paſſim candore reſperguntur, qvi in ſenibus prorſus deperditur.

Vrogallina major.

γρυκόκκυξ,
Grygallus major, *Geſn.*
Tetrix Nemeſiani ſeu Grygallus major, *Vlyß. Aldrov.*
Eine Auer-Henne / *Sil.*
Grugel-Han. *Geſn.*

Avis hæc reverá eſt femina Urogalli: qvam ſæpiſſimé diligenter conſideravi.

Cum enim freqvens ſit in vicinis alpibus, facile eam habere potui.

Minor eſt pauló Mare, major Gallina decumana, Roſtro ſimili fuſco.

Color varius ac multiplex.

Toto Corpore enim Perdicis ruſticæ inſtar colorata, & punctis diſtincta ubiq;, maculisq; nigricantibus: reliqvus color rufus eſt, maximé ſub Collo ad Pectus usq;.

Eſt & cinerei aliqvid in Collo præcipué.

Sunt & albæ qvædam alicubi maculæ, circa uropygium maximé.

Iris Oculorum flavet, Pupilla intús ex fuſco cærulea.

Color circa Oculos retró præſertim anguſtius ruber: ima Colli pars prona ruber, intercedentibus lineis ex cæruleo virentibus: in Ventre plurimúm alba eſt.

Crura, pedes & digiti, ut in urogallo.

Cauda octodenis conſtat pennis, palmos duos & digitum longa, maculis nigris transverſim colorata, fimbria exteriore albida. Alarum majores pennæ fuſcæ.

In Ingluvie ejus, aliqvoties reſecata, Myrtilli, Salicis latifoliæ folia & theculæ cum ſemine tritici vaccini reperti fuére.

Nidum in terra ſub fruticibus & Filice parat, ſubſtratis plumulis propriis, inter medias nives. Ova parit, primipara octo; adultior 14. 15. 16. majora ovis Gallinæ decumanæ.

Vrogallus minor.

Tetraon minor.

Vrogallus ſeu Tetrao minor *Vl. Aldrov.*

Attagen alpinus.

Phaſianus montanus,

Grygallus, Gallus Betularum.

Ein Birck-Han/*sil.*
Spilhan/
Laub-Han.

Magnitudo totius alitis, inſtar Gallinæ villaticæ, ſed pauló major & oblongior, tres dodrantes æqvans, ab Vrogallo majore, magnitudine ſalrem differens, cui colore feré ſimilis.

Totus enim niger plumis integitur ſplendentibus, circa collum & caudam Indicis, præter Alarum interiores & medias exteriores ac ſuperiores, qvæ candidæ ſunt, majores ſeu remiges fuſcæ ſunt. Roſtrum nigrum, breve, ſuperius utrinq; juxta Nares plumulis nigris denſis, q. *lanugine* denſa intectum. *Supra* Oculos pellicula rubens major, qvám in Vrogallo. Cauda nigra ex duodecim pennis condita, qvarum tres extremæ utrinq; longiores extrorſum reflexæ, interiores octó breviores Lilii figuram, ſi extendantur, repræſentant. Circa uropygium & *poplites* plumæ denſiſſimæ *qvæ ad digitos* usq; pedum extenduntur, ut in Vrogallo majore, ne frigoris injuria lædatur. Digitis pedum ſqvamatim compactis, utrinq; ſqvamoſæ qvædam vel corticeæ appendices eminent. Plumæ Pedum nigricant, ſed maculis albis diſtingvuntur.

Plurimis Montium locis, ſylvis item denſis, ac betuletis maximé, ubi Betularum abundantia

abundantia, ut Venatorum inſidias fugiat, ſtabulatur.

Cibus ejus ſunt folia, Betularum gemmæ, aç juli Corylorum, Autumno baccas Vitis idææ, & hyeme ſub nive vaccinia paluſtria legit.

Caro delicata alba εὐςόμαχος in Nobilium delitiis.

Urogallina minor.

Grygallus minor *Geſn. & Ulyſſ. Aldrov.*
Gallina Betularum,
Tetraon minor femina,
Ein Birck-Henne/
Birck-Hun/

Tota alium qvám Mas colorem refert. Longa eſt ſpithamas *ij.* & digitos *iij.* Color Dorſi & Alarum ſuperiorum ex lateritio flavus, maculis nigris reſpergitur, Mentum & Collum dilutiús flavent. Supra Oculos viſitur macula, ut in Maſculo. Pectus album. Ventrem obſcurum interſtingvunt notæ partim nigræ, partim ſubflavæ. Alarum remiges fuſcæ totæ: ſeqventes qvindecim mediotenus ſpinam verſus candidæ, lineam candidam conſtituentes, qvarum qvatuor majores extremæ fuſcæ, reliqvæ fuſcæ qvidem, ſed notulis partim albidis partim lateritiis maculantur. Cauda ſinuata pennarum decem & octo ex lateritio rubet, & maculis nigris transverſim coloratur, apicibus extremis ſubalbidis.

Crura pluma obſcuré flavente integuntur, Roſtrum & digiti ut Mari.

Hyeme gregalis eſt, denſa fruteta & betuleta occupans. Vere appropinqvante mas feminæ ſe adjungit, & bimatim volat.

In terra ſub fruticibus nidificat, denſis & opacis locis. Ova parit. 12. 14. 16. complurimum, longiuſcula, gallinarum minorum magnitudine.

Vultur.

γυψ,
γύπαιɛ *Recent.*
Vultur á volatu tardo. Ob Corporis enim magnitudinem tardé volat.
Ein Geyer/
Gyr.

Avis eſt rapaciſſima & carnivora; media inter Milvum & Aqvilam, Roſtro adunco, Oculis truculentis, fœdis. Pennulæ ſeu pili, inſtar velleris tenuiſſ. ſub Mento veluti barba pro-

ba prominent. Crura ad extremos digitos flaventes tabellis intectos plumis hirſuta ungves adunci nigri. Corpus totum, maximé Alarum interior pars leni vellere tota integitur.

Degit in montibus altis, & varii generis animalia perſeqvitur ac deperdit. Cadaveribus vivit, qvæ olfactu eminus venatur, ac unice appetit.

Dum clangunt Aqvilæ, Vultur pulpare probatur.

Vulturem Ova non párere, vanum eſt credere. Raro viſa ſunt ob id, qvód in altiſſimis montibus & deſertis ſylvis metu pariat.

Homer.

Hi autem, ſicut Vultures, ungvibus curvis & roſtris aduncis, Scopulo in excelſo valdé clangentes pugnant.
Vulturem ad centum annos vitam prorogare Iſidorus autor eſt.

Avibus omnibus odorandi vi præſtare creduntur Vultures: ob id trecentis miliaribus ad cadavera Trojæ advolaſſe hiſtoriæ tradunt.

Nos Aper auditu præcellit, Aranea tactu,
Vultur odoratu, Lynx viſu, Simia guſtu.

Magna eſt miſeratio & pietas in liberis Vulturum, qvi parentes extremo ſenio alunt, unde

Baptiſta Mantuanus.

Patrem ſenio jam gelidum ſituq; fractum,
Nudo Capitis calvitio atq; glabritate,
Ecce reficit munere Vultur Africanus,
Hoc idem grata Ciconia &c.

Cor pulli Vulturini adalligatum, contra morbum Comitialem prædicatur. Idem de jecore affirmatur.

Fel oculis prodeſt.

Pingvedo calefaciendi & diſſolvendi vi pollet, emollit, nervorum dolores *tollit*, nodiſq; medetur. Artheticis utilis.

Si vero occultus nervos dolor urget inertes,
Vulturis exciſas adipes, Rutamq; remitte,

Aut

Aut ceram, & tali recreabis langvida fotu.

Fimus nidore partus excutit.

Penna Vulturina ſubjecta pedibus parturientes adjuvat. *Plin.* Earum nidore fugantur Serpentes. Suffitu Lethargicos, ſuffocatas utero & Phrenitidem ſanari, *Kiranides* affirmat.

Vultur leporarius.

γὺψ λαγοθήρας

λαγωφόνος *Ariſt.*

an ποδοειδέστερος *Ariſt.*

Vultur Anſerinus,

Vultur Cadaverum,

Vultur cinerius,

Ein Aßgeyer/
Kibgeyer/
Roßgeyer/
GanſeAhr.

Oſſifragi feré eſt magnitudine, Roſtro adunco, nigro, fædis oculis, Corpore firmo & magno, alis latiſſimis. Cauda longa & directa, colore in rutilo nigricante, pedibus flavis.

Volat magno & ſonoro impetu.

Omnis generis aves perſeqvitur. Ex feris venatur Lepores, Hinnulos, Vulpes, Cuniculos, nec piſcibus parcit.

Nidificat in denſis ſylvis, & altiſſimis arboribus,

Pellis ſi præparetur, evulſis majuſculis pennis, relicta pluma, & ventriculo applicetur, ejus calorem & concoctionem promovet.

Vultur.

λευκοκέφαλος,

Vultur albo capite.

Ein Weiskȫpffichter Geyer.
WeisKopff/
Grimmer, *Sil.*

Corpore eſt ſatis craſſo. Longitudo ſpithamarum iij. á roſtro extremo ad caudam extremam. Latitudo ſpithamarum ſex & palmorum ij. Roſtrum duos digitos longum, intús ſubcæruleum, extremé nigricans admodúm. Lingva latiuſcula. Oræ Rictus croceæ, cum tunica ſupra Roſtrum, qvâ Caput contingit. Pinnulæ ceu pili nigri utrinq; juxta Roſtrum & Oculos rigent, & ſub Mento inſtar barbulæ propendent. Crura integra dodrāte feré longa, villoſa

villoſa lanugine & plumulis inveſtita, ad digitos usq;, coloris ex obſcuró flaventis, maculis longiuſculis tinguntur. Digiti crocei, tabellis intecti ungvibus aterrimis acutiſſimis.

Caput, Collum, Alæq; interiores inſigni candore nitent, qvæ maculis ſeu lineolis longiuſculis potius reſperguntur, alis exceptis.

Dorſum & Alæ ſuperiores fuliginei ſunt coloris, intermicantibus maculis ſubrubris, præſertim in alis, qvarum pennæ majores extremé nigricant mediotenus, calamum verſus candidæ ſunt.

Pectus veluti clypeo coloris obſcuré caſtanei inſignitur qvi ad alas usq; excurrit, elucente paucula rubedine, ventre & ſub uropygio ex obſcura rubedine albet, maculis Caſtanei coloris reſperſus.

Cauda ſpithamalis longitudinis, decem pennarum, dorſum verſus candida, extrema fuſca, apicibus albidis.

Fel obtinet magnum rotundum, praſſini coloris, qvod Hepatis cavo & Inteſtino adhæret.

Ventriculus rugoſus crasſior.

Oculi pupillam includit Iris obſcuré rubens.

In montibus vivit ex raptu, Aviculas & Mures capit pro cibo.

LIBER

Digitized by Google

LIBER QVINTUS.

Piſces Sileſiæ.

DE PISCIBUS IN GENERE.

Ιχθὺς, qvód vocem compreſſam habeat, *Plutarch.*

Ein Fiſch /

Ιχθύδιον,

Piſciculus,

Ein Fiſchlin.

Piſcis eſt animal aqvatile ſeu νηκτικὸν, in aqva vitam agens.

Sedes propria Piſcium eſt Aqva: extra qvam ſi diutiús retineantur, celerrimé moriuntur; tanqvam naturali Elemento ſeu pabulo caloris deſtituti. Aqva enim generati, eâdem educati augeſcunt, nec potiore cibo paſti, ocyus ad juſtum incrementum perveniunt, in eadem commodiſſimé omne vitæ tempus tranſigunt.

Qvemadmodum Aër externus Corpora noſtra ambiens, ea nunc calida reddens, nunc frigida; aliás ſupervacaneo humore perfundens, aliás præter modum exiccans, aliisq; multis modis afficiens & commutans, ſic Piſcium naturam atqve ſubſtantiam Aqva ſimiliter immutat, undiq; circumfuſa eos ſuo humore imbuit, atq; pervadit, ac intró alimenti & refrigerationis neceſſitate attracta, ſimilem invehit temperaturæ ſuæ conſtitutionem.

Piſc. alii ſunt Aquarum
- Reſidű ſeu ſtagnantium
  - Salſarum ut Marini
  - Dulcium ut
    - Lacuſtres
    - Paluſtres
- Fluitantium, ut Fluviatiles.

Piſces Marini.

θαλάττιοι, Meerfiſche/ ſunt, qvos ultró citroq; Mare gignit nutritq;. Hi ſunt vel Maris puri, vel impuri.

Impuri Maris ſeu Stagnorum. λιμνοθαλάττιοι, id eſt, Marino ſtagno degentes nominantur, & Carnis firmitudine, ſucci bonitate, ſaporis ſvavitate multó Marinis inferiores. Et qvidem Stagni inſtabilis, parvi, adhuc deteriores: Stabilis, immoti plané, ex qvo nihil omninó effluit, peſſimi.

Puri Maris, *Pelagii*, optimi ſunt, tum ob Maris puritatem, tum ob Alimentorum præſtantiam.

Horum *ob Regionem*, qvam Mare alluit, alii ſunt Piſces

Oceani Germanici ſeu Belgici, ut Haleces.

Cymbrici & Britannici, Salmones.

Maris Africani, Thriſſæ ſeu Aloſæ.

Armerici, Lampetræ.

Orcadum, Orcæ & Cetacei.

á loco Maris profundo vel non profundo.

Profundo πελάγιοι, Pelagici, ſpecialiter dicti, qvi in profundo Maris, in imis & altisſimis locis verſantur: & ſunt vel

Cetacei κητώδες, grandes ſunt, & perfectum animal ex ſemine non ex ovo generant, Sunt enim ζωοτόκα τὰ κητώδη πάντα, ut Balæna, Delphinus, Phyſeter.

Duram omnes habent carnem, pravi ſucci, & excrementitiam.

Non Cetacei iiqve vel

Corpulenti & craſſi: qvi rurſus aut

Lati, λεπιδωτοὶ, Sqvamei, ſqvamoſi, ut Auratæ, Coracini, Aloſæ, Mugiles.

Rotundi, rubeſcentes, qvi vel ſqvamis teguntur, ut Merulæ, Corvi: vel iis carent.

Plani πλατεῖς, ψηττοειδεῖς Paſſerini, qvi iterum aut

Spinoſi, Ακανθώδεις, Aculeati; qvorum *qvidam* aculeis extrá & intrá ſpinis præditi ſunt, videlicet: Uranoſco-

pus,

Digitized by Google

pus, Ania, Falx, Aper, Lyra, Araneus &c. *alii* aculeos habent extrá, intús veró Cartilagines pro ſpinis, cujusmodi ſunt Aqvila, Sqvatina, Raja, Paſtinaca, Rana piſcatrix, Torpedo.

Cartilaginei σελάχη, σελαχώδη, χονδράκανθα, ut Galei γαλεοὶ, γαλεώδεις, Muſtelarum genera : & rotundiores ſeu ſerpentini, Murænæ, Lampetræ, Congri, Acipenſer.

Non Profundo, ſed vel Continenti terræ vicino, *Littorales*, Αἰγιαλώδεις, qvi littora terræqve propinqvas ſedes petunt, captant, & poſſident, ut Canthari, Scarabæi, Oculata, Mugiles, Mulli, Gobii.

Saxis proximo, *Saxatiles*, πετραῖοι, qvi in petroſis promontoriis delitescunt & pariunt. Hi Muſco aliisq; Marinis herbis paſcuntur, ob id proxima ſaxis domicilia eligunt, & in illis puriora ſalubrioraq; paſcua carpentes conſeneſcunt, veluti Scari, Cynœdi, Turdi, Merulæ, Percæ, Exocœti. Carnem habent Saxatiles omnes molliorem ac fragiliorem aliis Piſcibus, & alimentum qvod ex iis ſumitur, non modó ad coqvendum eſt facile, ſed hominum etiam Corporibus ſaluberrimum, Hinc *Diphilus, Siphnius*, àutore *Athenæo*: Τῶν θαλασσίων ἰχθύων, οἱ μὲν πετραῖοι εἰσὶν εὔφθαρτοι, εὔχυλοι, σμηκτικοὶ, κοῦφοι, ὀλιγότροφοι. Ex Marinis piſcibus, ſaxatiles facilé corrumpuntur, boni ſunt ſucci, abſtergentes leves, modicé nutrientes.

Piſces Lacuſtres.

Λιμναῖοι,
Seefiſche.

Sunt autem Lacus vel Naturales, vel arte facti.

Naturales, Mari vicini, propinqvi, Mari extra littora diffluente, vide ſuprá inter Marinos : vel á Mari remoti, aqvis ex montibus, irruentibus, in iisdemq; aſſervatis, vel ſponté inundantes é fontibus, aut fluminibus,

Digitized by Google

His Piſces *qvidam* ſunt Proprii, ut Lavaretus Lemano Sabaudiæ lacui : Carpio Benaco Italiæ : Pigus Lario & Verbano in Alpium radicibus; Trutæ nigræ Gigantæo in Sudetis Sileſiæ montibus.

Alii Plurimis Communes, ut Barbæ, Lucii, Percæ, Cyprini, Bramæ.

Arte facti, ut Piſcinæ, qvarum in Sileſia ubivis magna freqventia. Weiher/ Teiche. Piſcinarii piſces ſunt maximé, Cyprini, Lucii, Characes, Percæ, Rubelliones &c.

Piſces Paluſtres.

Τελματιαῖοι Pfulfiſche/ qvi loca ſordida & cœnoſa, & paludes exũdatione fluminum, alluvione, aut torrentium impetu cavatas impletasq; amant. Pravi hi ſunt ſaporis, inſvaves, mali ſucci, & peſſimum gignunt ſangvinem.

Piſces fluviatiles.

ποτάμιοι, Flußfiſche. Piſces ſunt, qvi flumina rivulosq; incolunt á Mari procul diſſita. Horum alii ſunt.

Veré Fluviatiles, qvi in fluviis geniti, ibidem perpetuó vivunt, ſuisqve ſedibus contenti, ſua læti carpunt pabula, externa minimé conqvirentes. Inter qvos alii incolunt.

Flumina majora : Padum Italiæ, Seqvanam ſeu Rhodanum Galliæ, Rhenum Helvetiæ, Danubium Auſtriæ, Viadrum Sileſiæ, Viſtulam Poloniæ &c. Veluti ſunt, Acipenſer, Huſones, Aloſæ, Salmones, Siluri.

Fluvios minores, & ſunt vel *Torrentium alumnæ*, & patria lingva Bachfiſchlin nominantur ut, Bdellæ, Gobiones, Perculæ, Alburni, Sqvali & alii.

Rivulis Montium limpidis delectantur, ut Saxatiles, qvi in ſaxis ſtabulantur, & vitam agunt, iisq; perpetuó manent & conſeneſcunt, ut Trutæ, Thymali.

Participant cum aliis : vel cum

Mari, Ανάδρομοι. Qvorum *Alii* in Mari marinisq; ſtagnis procreati, ſua faſtidientes alimenta, utpote qvæ ingratiora ſint, ſedes mutant & dulces Amnium undas ſubeunt, illic Ciborum copia & ſvavitate deliniti, aqvarum tranqvillitate allecti, receſſuum amœnitate capti reliqvum vitæ tempus tranſigunt, priſtini domicilii

Digitized by Google

domicilii vitæq; immemores.

Hujus rei fidem facit, qvód in fluviis, ſtatis Anni temporibus, ejusdem ſemper generis Piſces capiuntur, aliis minime ut Salmones.

Alii Mare deſerunt, & in flumina ſe inſinuant, ſed natalis ſoli non omninó obliti, ut profectionis, ſic reverſionis certa ſtataq; habent tempora, ut Lampetræ, Sturiones, Huſones, Aloſæ. &c. Etenim maximé ineunte vere domo exeunt, totam hanc Anni partem in fluminum paſcuis amæniſſimé tránsacturi, æſtate veró appetente, æſtum & ardorem pertimeſcentes, humore dulci ſaginati in ſuas ſedes redeunt.

Terra, Αμφίβιοι. Inter hos *Alii* naſcuntur in terra, ut ὀρυκτοὶ Foſſiles piſces, veluti Angvillæ, Oſtrea foſſilia in littore Celtico, atteſtantibus *Ariſtotele, Theophraſto, & Plinio lib. 9. cap. 57.* In Paphlagonia piſces effodiuntur ex locis, qvi neq; fluviorum influxiones neqve aqvas calidas habent.

Alii in fluminibus generantur, & ſuis aqvis naturalibusqve ſedibus relictis, in terram prodeunt, & in terra ſubterranesq; locis uliginoſis, *vel* perpetuó degunt, ut Pæcilias, *vel* ad tempus ſaltem; aut.

Longiús Ii, qvibus ſunt Pulmones, Vitulus marinus, Crocodylus, Cordylus, Teſtudo lutaria, Rana: Item qvibus branchiæ minús hiantes diductæq;, Angvillæ, Murænæ, Serpentes marini, Exocatus.

μαλακόδερμα, Aſtaci, Locuſtæ.

Οστρακόδερμα, Oſtrea, Mytuli, Purpuræ; Spondyli, Cochleæ.

Molles, Polypi, Sepiæ, Urticæ.

Breviús. Breviori tempore ſeu difficiliús, qvi pulmonibus carent, qviq; patentes minusq; conſtrictas habent branchias.

Piſces Ancipitis vitæ.

Piſcium tandem nonnulli aqvarum diffidentem contrariamq; conſectantur naturam & iidem in fluviis, lacubus, paluſtribus, urbium Arciumq, foſſis reperiuntur, nec minus hic qvám illic gratis pabulis fruuntur, ut Cyprini, Lucii, Bramæ, Percæ, Tinchæ, Mugiles,

Digitized by Google

Item, Piſcium *alii* ſunt Ἀγελᾶιοι, qvi gregatim ſemper incedunt, ut Haleces, Thynni, Bdellæ.

Alii σποραδ[illegible] qvi ſolitariè natant.

Alimentum Piſcium.

Ut terrena Animalia appetunt varia, vel naturæ ſuæ, vel libidini accommodata: ſic Aqvatilia qvoq; aliis atq; aliis pabulis delectantur.

Alimentum autem Piſcium in univerſum ſunt: Aqva permiſta pauló craſſior, lutum, arena, caro, vermes, piſces, herbæ, radices, ſtercus, mucus, terræ excrementa.

Diſſectis enim ipſorum Corporibus, tale qvid in eorum viſceribus reperias.

Eſcas varias cúm ſimplices túm compoſitas, pro alliciendis & capiendis Piſcibus, præparare norunt Piſcatores.

Hinc Piſcium aliqvot differentiæ exurgunt: ut alii ſint

παμφάγοι, Omnivori, Multivori, qvi Alga, lapillis, ſtercore, limo, carne, cæteriſq; omnibus alimentis promiſcuè veſcuntur, ut Mulli, Lupi, Cancri, Gammari fluviatiles, & alii cruſta intecti, μαλακόςρακα omnia.

Μονοφάγοι, qvi uno alteróve alimenti genere contenti ſunt vivuntq;, ut Mugiles, Sardinæ, Aphyæ. Horum alii.

Σαρκοφάγοι, ζωοφαγοῦντες, qvi piſcium tantúm carne veſcuntur, ut Cartilaginei qvidam: Molles qvidam ut Polypus, Loligo, Sepia, μαλακόςρακα, ſed minus propriè: Sqvamei pleriq;. Duriorè ſiccioreq; ſunt carne.

φυκοφάγοι, qvi Alga paſcuntur; ut Salpa, Perca, Julis.

φυτοφάγοι, qvi radices, herbas depaſcuntur, ut Mænæ, Tragus, Atherina.

μυξοφάγοι, Cœnoſi, Lutarii, qvi luto cœnoq; delectantur: ideó voluptatis explendæ cauſſa è finibus ſuis egreſſi, loca cœnoſa adeunt, ut Mullus lutarius, Bos, Salpa cœnoſa, Tincha, Pæcilias.

ψαμμῖται

Digitized by Google

ταμμῖται, Arenoſi, in littus, exeunt, & arena ſabuloq; ſe operiunt, illic aliqvandiu victitantes, ut Funduli, Lampretæ fluviatiles minimæ, Hippus, Cuculus.

λιθοκόποι, Saximordæ, qvi ſub petris latentes eos veluti lambunt, ut Lampetræ, Cobitis aculeatus, Capitones, Lepades.

τυχοτρόφοι, Alſioſi *Calcagnino*, frigida ſeu aqva nutriti, ut Angvillæ, Oſtrea, Holoturia, Mugiles, Sardinæ, Aphyæ, Trichides, Oſtracoderma.

Ιδιοτρόφοι, qvi naturæ proprietate qvadam ſingulari alimentis qvibusdam fruuntur & delectantur, qvibus Aliis ſine detrimento uti non licet : ut Mullus, alga, conchis, carne, cœno, cancellis : Salpa Cucurbitam avidiſſimé perſeqvitur : Scarus amat Mercurialem : Aurata cochleis; Muræna Loligine; Polypus oſtreis delectatur.

Partes Piſcium.

Piſcium genus á cæteris variat Animalibus forma numeroſiore, Mutilatius eſt atq; imperfectius, qvám Avium, partibus exterioribus. Piſcium etenim nulli Cervix; nulli manus aut Pedes; nec Alas habet, ſed pinnulas qvasdam; nulli Teſtes aut intus aut foris; nulli Mammæ; neq; meatum Genitalium ullum habet Piſcium genus foris conſpicuum; ſed continuo ac ſimplici Corpore á Capite in Caudam usq; porrigitur.

Partes Piſcium vel ſunt :

Simplices, Arteriæ, Venæ, Oſſa, Cartilagines, Vincula, Membranæ, aculei, ſqvamæ.

Compoſitæ, qvæ ex ſimplicibus componuntur, ut Cerebrum, Oculos, Pinna, Cor, Branchiæ, Pulmones, Hepar, Splen, Venter, Inteſtina, Vterus, Teſticuli, Mentula, Pedes, Caput.

Item Partes aliæ Piſcibus propriæ, aliæ cum aliis communes.

Partes

Partes propriæ Piſcium.

Pinnæ, πτέρυγες, πτερύγια. Floß Federn/Floſſen. Fiſchgefieder.

Alis Avium proportione reſpondent, in Dorſo, Ventre, ad latera, Podicem & Caudæ extremum. His enim & remigant & incitant propelluntq; ſeſe. Differunt multipliciter.

Magnitudine. Magnæ; ut Milvo, Cuculo, Hirundini.

Parvæ,
Longæ,
Breves,
Latæ.

Subſtantia. Qvædam ex fibris tenuibus ſeu filis conſtant & membranis, ut in Sqvillulis.

Cartilagine, ut in Cartilagineis.

Cartilagine & oſſe, ut in beluis marinis.

Figura. Qvædam,

Pedum figuram imitantur, ut vituli marini priores pinnæ vrſi pedibus.

Alis ſunt ſimiles, ut Teſtudinis marinæ.

Rotundæ ſunt, ut in Luna piſce.

Alis Avium ſunt ſimiles, ut Hirundinum ungvibus muniuntur, aliæ non item, ut vituli Teſtudines.

Colore. Aliæ ſunt
Albæ,
Cinereæ,
Fuſcæ,
Flavæ,
Rubræ,
Cæruleæ.
Variæ.

Numero.

Binæ plurimis tantùm ad Branchias, Angvillis.

Ternæ qvibusdam.

Qvaternæ, binæ ad branchias & binæ ad ventrem.

Senæ, duæ ad branchias, duæ in medio ventre, una in dorſo & juxta Podicem.

Unica parva : interdum á Capitis fine ad Caudam continua.

Nullæ, Raiis, Paſtinacæ, Murænis.

Tactu,
Læves.
Aculeatæ πτέρυγες ἀκανθώδεις ſtachelichte Floſfedern.
In ſqvamoſis.

Branchiæ, βράγχια, βραγχίαι, Ohrwangen/ FiſchOhren

Der Kampff.

Piſcium ſunt partes, veluti pili densé confertimq; ordine

ordine diſpoſiti, ſemicirculo oſſeo infixi, utrinq; Cor reſpicientes, ut nimirúm Cibus per hiatum illum ad reſpirationem á Natura comparatum non effluerct, ſed branchiis veluti clauſtris contentus rectá ad ventriculum delaberetur, & aqva ſimul cum Cibo hauſta ejiceretur.

His oſſea Opercula imponuntur, qvibus obteguntur, & more follium dilatantur & comprimuntur.

Branchiæ aliæ ſunt.

Imperfectæ iis, qvi nec ſciſſuram longam habent, veluti ſqvamoſi; nec foramina multa, veluti Cartilaginei, ſed unicum tantúm, ut Murænæ, Congro, Capriſco, Orthragoriſco.

Perfectæ Reliqvis.

Tectæ Sqvamoſis His ſciſſura longior eſt, & in lateribus exiſtunt, ut Lupo, Auratæ, Scaro, Cynædo, Tunno, Xiphiæ, Sphyrænæ.

Detectæ Cartilagineis omnibus, præter Sturionem & Attilum, qvibus oſſeo operculo integuntur branchiæ, etſi cartilaginei ſint.

Hæc foramina habent, *qvidam* utrinq; ſingula, ut Murænæ, Angvillæ, Congri: qvina Cartilaginei: ſeptena Lampetræ, vulgoq; nuncupati Catuli.

Detectæ rurſus *aliis* ſunt in parte ſupina, ut Torpedini, Raiis, Paſtinacæ: *aliis* in lateribus, rotundis & longis cartilagineis, ut Galeis. addo Ranam piſcatricem & Sqvatinam.

Branchias nullas habent, nec Pulmones, Oſtracoderma, qvibus paucus ineſt calor, & ſatis per Cutim perſpirant.

Branchiis qvidem carent, ſed pulmonibus donati ſunt, ut Balænæ, Delphini. Hi fiſtulà qvæ ἀυλὸς φλεβονευρώδης *Ariſt.* ſeu Ἀγγεῖος ἀρτηριώδες *Rondel.* dicitur, ad pulmones pertingente ſpirant, & aqvam ore collectam rejiciunt.

Branchias obtinent.

Singulas utrinq; Murænæ, Angvillæ, Congri.

Qvaternas ſimplices, Elops, Dentex.

Qvaternas duplices, Turdus, Perca, Glaucus, Cyprinus, Muſtela fluviatilis.

Qvinas & duplices, Galei ut Acanthias lævis & Canicula.

Octonas Xiphias ob ingentem ſciſſuram.

Sqvamæ, λεπίδες,
Schupen/Fiſch Schupen.

Digitized by Google

Aqvatilium ſunt tegmenta, veluti pili Animalium, qvibus Piſces ab externis injuriis, ut calore, frigore nimio aqvæ vel aëris &ç. defenduntur. Qvod enim teſte **Ariſtotele lib. 1. hiſt. Anim. c. 1.** in Avibus penna eſt, id in Piſcibus eſt ſqvama, & ut plumis obducitur Avicularum Corpus, qvó ſint á caloribus & frigoribus tutiores (hyeme enim calefaciunt plumæ, æſtate Corpori umbram præbent) ſic ad propulſandas injurias muniuntur freqventib⁹ ſqvamis Piſcium nonnulli.

Harum qvædam ſunt
Majores, Cyprino,
Mediæ,
Minutiſſimæ, Trutis,
Argentei candoris, Blicæ, Alburnis.
Flavent Cyprinis aliqvando, Caraſo.
Rubent, Trutis nonnullis.
Nigricant, Tincæ.
Aſperæ, Luciopercæ,
Læves Tincæ, Trutæ.

Spinæ Ακανϑαι Fiſchgräden/ greten.

Oſſibus terreſtrium Animantium, proportione reſpondent, in eum finem conditæ, ut carnem fulcirent & continerent.

Spinis carent: Beluæ marinæ iiq; Piſces, qvi pulmonibus ſpirant; qvarum vice oſſa ſunt dura & denſa, qvalia Terreſtrium Animantium: Cartilaginei χονδράκανϑα **Ariſt.** qvi neq; ſpinis neq; oſſibus fulciuntur, ſed cartilagine. Knorpelfiſche.

Spinas veró habent omnes alii, ut ſqvamoſi, læves, fluviatiles, & qvi relicto Mari flumina ſubeunt, ut Aloſæ, qvæ plurimis ſpinis abundãt, & Murænæ: alii paucioribus firmantur.

Sunt veró aliæ minutiſſimæ, tenues admodúm & breves, qvæ ἀκάνθια ſpinulae kleine greten / Capillorum tenuitatem referunt, ſeparatim per carnem inhærent, & ſine noxa ſæpé devorantur; qvales habent Sardinæ, Mœnæ, Aloſæ, Aphyæ, Albiculi, Capitones, Barbi &ç.

Aliæ majores, ut Cyprinis, Luciis, Salmonibus.

Pedes

Pedes Οἱ πόδες, πλεκτάναι *Plin.* Füſſe/Piſcibus qvibusdam Pedes ineſſe, præter communem loqvendi uſum, & autoritatem *Ariſtotelis lib. Animal.* 4. *c.* 1. *& lib.* 9. *c.* 29. 30. *&* 37, ipſa inſpectio docet: ut Polypis, Locuſtis, Aſtacis, tum fluviatilibus tum marinis, Leonibus, Elephantis, Sqvillis, & reliqvis cruſta intectis, præter unum Echinum.

Mollium pedes conſtant ex carne dura & flexibili, ſuntq; glabri & ſine Articulis, ut Polyporum, Sepiarum, Loliginum, qvibus qvaſi ab ore pendent, & habent acetabula.

Cruſta Intectorum, ad latera ſitum obtinét foris oſſei, intús carnoſi, articulis aliqvot conſtantes, aſperi, in qvibusdam hirſuti.

Pulmonis marini, qvaſi ex vitrea pituita coagulati.

Octoni polypis.

Deni, Loligini, Sepiæ, Locuſtis, Cancris.

Duodeni, Sqvillæ qvæ Mantis dicitur.

Manus Piſcibus nullæ ſunt, neq; perfectæ, nec imperfectæ; ſed particulæ qvæ Manibus reſpondent.

Ut enim manu cibos apprehendimus; iisdem Corpus ab injuriis tuemur, illatas propulſamus: ſic Cancri, Aſtaci, chelis cibos apprehendunt, ac ori admovent, iisdem vel ſe defendunt, vel alios impetunt.

Chelæ, χηλαι. Forcipati pedes. *Gaz.* Flagella, Forcipes denticulati, Brachia *Plin.* Krábesſchären.

Harum inferior mobilis, ſuperior immota. *Qvædam ſunt*

Maximæ, Elephanti, Aſtaco,
Parvæ & latæ, Urſo.
Mediæ, Cancro, Paguro.
Glabræ, Cancro.
Hirſutæ, Leoni.
Coloris Indici, Elephanto.
Rubri, Leoni.
Fuſci, Aſtacis fluviatilibus.
Extremé nigricantes, Paguro.

Cirri, πλόκαμοι, τρίχες, κέρατα *Ariſtot.* Cornua *Gaz.* ſunt contorti crines ſeu protuberantiæ,

berantiæ, á Capite ad modum Corniculorum prominentes, qvibus Limaces & Cochleæ iter prætentant, veluti in Sqvillis, Aſtacis, Leone.

Barba *Plin.* appendices ſunt carnoſæ, maximé circa os Piſcium, ut piſciculi vermesq; alliciantur; in aliis ut arceantur, qvæ in os incidere poſſent. Hinc Piſces alii ſunt *Barbati* γενειατίδες, ut Barbatuli, Mulli.

Imberbes ἀπώγονες non barbati.

Differunt appendices hæ, numero & ſitu.

Una, Uranoſcopo & Muſtelæ fluviatili, qvâ tanqvam eſcâ allectos piſciculos capit & devorat.

Binæ Ranæ piſcatrici, Sqvatinæ.

Ante os Barbo Gobioni, Sturionibus.

In lateribus ſive fine ſciſſuræ Oris qvaſi μύσακες, Cyprino.

Sub Mento, Muſtelæ fluviatili, Mullo.

Supra Oculos, Scorpioni, Scorpænæ, Lepori vulgó dicto.

E Collo tanqvám juba, Hippocampo.

Per totum Corpus ſparſæ ornamenti gratiâ, Raiis marinis.

Lapides Piſcium.

Lapides in Capite gerunt Piſces magnitudine, forma, natura & uſu differentes, ut Lupi, Mugiles, Corvi, Coracini, Umbræ, Pagri, Auratæ, Spari, Hepati, omnesq; feré ſqvamoſi: ex planis Solea: ex lubricis Muſtela fluviatilis.

Partes Piſcium cum aliis communes.

Cutis, Corium, Integumentum. Die Haut / Fiſch-Haut.

Integuntur Piſces vel Corio vel Cortice. 1. *Corio* ſimplici non ſimplici. Simplici

Lævi ut δερματώδει, Cuticulari, μαλακόδερμα, μαλάκια *Ariſt.* Mollia glatte Fiſche ohne Schupen / Black Fiſche / Kuttel Fiſche / Molli, lævi & lubrica foris obteguntur cute, veluti homines, ut Angvillæ, Polypi, Loligines. Piſcium lævium triplex eſt differentia 1. eorum qvi plani dicuntur, ut Rhombus, Barbuta, Paſſerum qvinq; ſpecies, Solearum qvatuor. 2. Oblongorum, ut Muræna, Lampreta, Conger, Muſtela. Barbotta, Angvilla, Acus, Spondyle, Serpens marinus. 3. Cum lævore mollitiem

Digitized by Google

re mollitiem habentium, & pro ſangvine ſaniem ſive atramentum, ut Sepia, Polypus, Loligo.

Aſpero, ſcabro, noctu ſplédicante, Σελάχη, σελαχώδη, σελάχια ἀπὸ τοῦ σέλας ἔχειν, qvód noctu Cutis eorum ſplendeat ut Cartilaginei, Sturio, Torpedo, Paſtiriaca.

Non ſimplici: *Pilis* referto Vitulus marinus.

Sqvamoſo, ut λεπιδωτοὶ ſqvamei, ſqvamoſi Schupenfiſche/ Trutæ, Salmones, Aſelli, Orphus, Aurata, Dentex, Lepras, Rubellio, Capriſcus, Novacula, Mormyrus, Sparus, Salpa, Scarus, Abramis, Cantarus, Caſtaneus, Cyprinus, Coracinus, Melanderinus, Sargus, Melanurus, Milvus, Hirundo, Mullus, Phycis, Merula, Cynædus, Hepatus, Perca, Latus, Exocætus, Umbra, Glauci, Eqviſolis, Lucius, Alauſa ſeu Triſſa, Turdi, Julis; Thymalus, Channa, Tinca, Sudis, Chromis, Luciſcus, Naſus, Gobiones, Liparis, Myſtus, Bopigrus, Salpa, Mæna, Smaris, Capitones, Cythari, Lacerti, Lupi, Scorpius, Blennus, Halec, Chalcis, Halecula.

Aculeato, aculeis referto, Uranoſcopus, Amia, Falx, Aper, Lyra, Cucullus, Araneus, Draco, Scomber, Seſerinus, Eperlanus, Orchii, Aqvila, Sqvatina, Raia, aculeata, Rana piſcatrix.

II. Cortice ſeu putamine

Teſtaceo, ut ὀστρακόδερμα *Ariſt.* ὄστρεια *Gal.* λιθόστρινα harte ſchalige Fiſche / SchalFiſche/ die ſich in Harten oder ſteinfeſten ſchalen halten. Teſta dura & ſilicea concluſa muniuntur, hoc eſt qvibus pars carnea intús, ſolida foris, fragilis atq; ruptilis, non colliſilis. Horum Qvidam altera parte teſtam, altera teſtæ loco ſcopulo adhærent, ut Lepades.

Qvidam intra teſtam conditam latent, ſolo capite exerto, aut extremis utrinq; ſunt vel.

Oſtrea. μονόθυρα, qvæ univalves habent teſtas.

δίθυρα, qvæ bivalves, ut Tellinæ, Chamæ.

Conchæ, proprié dictæ, Cochleæ, Teſtudines.

Turbinata, στρομβώδη, ut Purpuræ, Turbines, Buccina.

Cruſtaceo, μαλακόστρακα *Ariſt.* ὀστρακομάλακα, μαλακόδερμα, Piſces cruſtacei, Linde oder

 Weich-

weichgeſchalete Fiſche. Operiuntur cruſtis tenuibus, non æqvè duris ac denſis, ut Teſtacea, veluti Cancri, Carabi, Aſtaci, Locuſtæ, Sqvillæ. Hoc genus latiſſimè patet: eſtq; varium admodùm & multiplex.

Caput, κεφαλὴ, Der Kopff / Piſci pro portione Corporis maximum.

Magnum, Ranæ piſcatrici, Uranoſcopo, Cephalo, Labeoni, Lupo, Myxo.

Parvum Ceſtreo, Oxyryncho, Angvillis.

Longum, Myxo, Lupo.

Rotundum, Auratæ.

Quadratum Mulloni imberbi, Cuculo, Lucernæ, Coraci.

Depreſſum Mugili barbato.

Exertum, Sqvamoſis, Aſtacis, Locuſtis.

Minimè, Cancrorum generi.

Inter pedes & alvum, Sepiæ, Polypo, Loligini.

Indiſcretum, omni Oſtreorum generi. Item Urticæ, Echini, Stellæ.

Capitis ſubſtantia ſeu tegumentum, vel eſt

Cartilagineum, ut Cartilagineorum generi.

Oſſeum, Delphinis, Balænis, Orcis, Phyſeteri, Vitulo marino. Qvod munitur

Cute, adipe, pilis, Vitulo marino.

Cute glabra & adipe multo, Delphino, Balænæ, Piſtri,

Pelle tenui, Muranis, Angvillis.

Teſta dura, ut Hirundini, Teſtudini.

Caro durior, Sepiis, Loliginibus, Leporibus marinis.

Cutis & Cerebro & toti Corpori communis, Oſtreis.

Collum, Τράχηλος, Piſcibus deeſſe *Ariſtoteles* affirmat: ſed reverà habent Vitilus marinus, Balænæ, Delphini, Teſtudines marinæ.

Oculi, à terreſtrium Animalium oculis, ſuperciliorum defectu differunt, ut commodè nictare poſſint in aqva, duriores facti, ne facilè ab aqvæ ſalſedine, qvæ

arrodit

Digitized by Google

arrodit, læderentur. Palpebrarumq; defectum Corneæ duritie penſavit natura, qvæ undiqve Oculum ambit, non ex adverſo pupillæ tantúm, ut in Hominibus.

Primi fiunt, primiqve pereunt.

Oculos Piſces habent alii

Magnos, Boops, Melanurus, Oculata, Hepatus,

Parvos Torpedo.

Supra Caput; rectâ ſurſum, Uranoſcopus: magis é lateribus, Plani, ut Rana piſcatrix, Raja, Bugloſſus, Paſſer, Rhombus; exceptis paucis, qvi oculum utrinq; habent, Faber, Tænia longa.

Magis in lateribus: ſuperiore ſupra os,ut Araneus,Thunnus: inferiore ad oris ſciſſuram, Delphinus, Phocæna: medio inter hæc loco, Scarus, Lupus, Aurata, Mugil, Mullus, Lacertus aliiq; permulti.

In Capite prominentes: ſemper, Locuſtæ, Aſtaci, Cancelli: cúm volunt, Cruſta intecti,Cancri.

Cæſios,
Nigros,
Rufos,
Aureos,
Virides,
Cœruleos.

Multiplices, Vitulus marinus.

Color in ſuo tamen genere cuiqve ſimilis.

Aures Piſcium Nonnulli obtinent qvidem,at imperfectas ſine auriculis. Cúm enim minús audiant,, neq; iis perfectiore auditione opus, meatus ſaltem anguſtos & exiguos tribuit Natura, ne ſi apertas & patentes habuisſent, aqva ſubinde replerentur, & Auricularum amplitudo natationi eſſet incommoda.

Aliis Aures deſunt, qvibus non ſunt Oculi, ut Mytulis, Oſtreis, omnibus dura teſta intectis, Spongiis.

Os omnes Piſces obtinent, loco, ſtructura, figura, magnitudine diſtinctum, Das Maul.

Situm: in promtu parteq; primúm obvia, Mullis, Mugilibus, Lupis, Sparis, Rubellionibus, Delphinis, aliisq; innumeris,

In parte omninó ſupina, Galeis omnibus, Raiis, Paſtinacis, Torpedini, Sturioni.

Aliis Ανεῤῥωγὸς, apertum, hians, reſciſſum *Gazæ*, qvód iis Oris ſciſſura ventrem verſus protendatur, Sarcophagis & qvibus dentes ſerrati.

Μύουρον, μείουρον, compreſſum, contractū, coarctatum, Iis, qvi carne non veſcuntur, ut Acui, Sphyrænæ, Murænæ, Delphino.

Aliis. Rotundum, Sturioni, Lampretæ.

Ovatum, Hippocampo, Sagittario, Acui non dentatæ.

Fiſſum ſecundum Corporis longitudinem, vel per transverſum, ſecundum latitudinem, ſecundum craſſitudinem, altitudinem, Uranoſcopo, Hippocampo, Acui 2. Aphyis, Atherinis qvibusdam.

Os protrahunt, retrahunt: brevius minus Saxatiles: longius, Faber, Lupi, Mulli.

Non item, Sturiones, Phyrænæ Acus, Xiphiæ.

Roſtrum aliis porrectum: acutum unde ὀξύῤυγχοι dicuntur, Sturioni, Xiphiæ. Et vel bifidum, ut Lyræ, Holoſtio: non diviſum, ex utraqve Maxilla componitur, Acui, Sphyrænæ, ſuperiore tantúm, Xiphiæ, Sturioni, Attilo.

Oblongum qvidem, ſed obtuſum, ut Acui 2. Hippocampo, Sagittario.

Breve, Mugili, Turdo, Cynædo.

Nullum, Phocænæ, Sqvatinæ, Ranæ piſcatrici, Vitulo marino.

Maxillæ Piſcibus datæ ſunt, non ut mandant, ſed ut apprehendant, ſeſeqve tueantur, exceptis paucis.

Maxillas habent Piſces, qvibus os ſciſſum eſt, qvales ſunt ſqvamoſi omnes, qviqve roſtro ſunt oblongo.

Maximas Balænæ.

Minores Reliqvi.

Æqvales.

Inæqvales: inferiorem ſuperiore majorem, Sphyrænæ, Delphini, Channæ: ſuperiorem inferiore majorem, Xiphiæ. Cute carneqve muniuntur, in Galeis & ſqvamoſis.

Nuda pelle integuntur; & oſſeæ totæ ſunt, pyxidisq; modo altera in alterá inſeritur, usq; adeó duræ acutæqve, ut vice Dentium ad dividendos cibos utantur, veluti Sepiæ, Polypi, Loliginis, Teſtudinis.

Figura varia. Superior ab inferiore differt, ut Sqvatinæ inferior

Digitized by Google

inferior in angulum deſinit: ſuperior veró in arcum inflectitur, qvæ in Salmone utroq; in acutum deſinit, ſurſumq; recurvatur.

Maxillæ intús latiores ſqvamoſis nonnullis.

Oſſea tubercula, ut Stellæ.

Qvædam: dentibus muniuntur, Lucii. Sine dentibus ſunt, & harum aliæ leves, aliæ aſperæ, ut Muſtela fluviatilis.

Maxillis carent, qvi fiſtulas prò ore habent: Oſtracoderma: Holoturia; Vermes, Hirudines marinæ, Cruſtacea, Stella.

Dentes, ad captandos & retinendos Cibos potiús, qvá ad incidendum, Natura Piſcibus qvibusdam tribuit; qvamvis haud negandum, quosdam iis ad morſum abuti.

Julides enim venenato morſu exanimare creduntur.

Καρχαρόδοντες, ſerrati magna ex parte, pectinis in modum coeuntes.

πλατυόδοντες, Lati, plani, Phycophagis.

Χαυλιόδοντες, exerti.
Recurvi.
Recti, Delphino.
Ad latera ſpectant, Galeo glauco.

In Maxillis tantúm, ut qvi latos habent.

In Maxillis & Lingva, Aſelli.

Maxillis, Lingvæ, Palato & Gulæ, Ranæ piſcatricis.

Ordo, ſimplex, Auratæ.

Duplex, Galeorum nonnullis.

Triplex Malthæ.
Qvadruplex, Sqvatinæ.
Qvintuplex, interdum
Sextuplex, Lamiæ.

Sine ordine huc illuc ſparſi, ut Coracino.

Multi,
Innumeri,
Qvinqve, Echinis, Stellæ, Soli, Arbori.

Bini aliis, in utraq; tantûm Maxilla, ſed magni, ut Orchi & Limæ.

Carent dentibus, Balænæ, Sturiones, Attilus, cruſta intecti, Echinorum unum genus, Oſtracoderma, Malacoſtraca, Teſtudines, polypi, Cyprini, Sepiæ, Loligines, & reliqvorum qvi pamphagi dicuntur.

Anterioribus, Cyprini: Molaribus tamen planis utuntur.

Nares Piſces non habent, nec ullum manifeſtum

Olfactus organum : ſed in qvibusdam ut ſqvamoſis foramina ante Oculos apparent. Odorandi tamen ſenſu præditi ſunt.

Labra carnoſa vera, perfecta & mobilia habent Nonnulli, ut ſaxatiles, qvi muſco paſcuntur, Labrisq; tanqvam manibus cibos apprehendunt.

Lingva qvibusdam omninó deeſt.

Hi ejus vice palatum obtinent carnoſum, qvi aqva lutoq; veſcuntur, ut Cyprini, Bramæ, Tineæ : vel aliud qvid Lingvæ proportione reſpondens, ut Locuſtæ, Cancri, Aſtaci, Sepiæ, Polypi, Loligines, Echini.

Lingva carent Crocodyli, Cyprini, qvi ſola aqva vivunt, ut teſta ſimplici & turbinata omnes & duplici operti; qvidam toti membranoſi.

Lingvam qvi habent, *Alii*

Exertam & liberam, ut Delphini.

Hærentem, plané immobilem ac imperfectam, Sqvamoſi.

Carnoſam, ſpiſſam, Balænæ, Delphini, qvibus lingva ſuillæ ſimilis.

Oſſeam vel cartilagineam tunica tantúm carnoſa obductam, qvi dentes in lingva habent.

duram & ſpineam, Truttæ.

Palatum Piſcibus omnibus, ſed aliis Carnoſum & molle, ut Cyprino.

Durum, Cartilagineum, oſſeum, tenuiq; membrana oblitum.

Fiſtula Αὐλὸς, Ora *Plin.* Eſt meatus ſeu ductus Piſcibus qvibusdam per Pulmones ſpirantibus, qvo ſpiritum hauriunt, & aqvam in ore collectam rejiciunt, ab intima palati parte ad extimam perforatus, duplex, ſeptoq; diſtinctus, Nariumq; noſtrarum foraminibus, ad palatum deductis qvodammodo proportione reſpondens. In extima parte unicum foramen apparet figura C. literæ, in qvo operculum eſt ex carne pingvi fiſtulis impoſitum, qvod eas aperit & operit.

Fiſtulæ ſunt Balænis, á fronte: & Delphinis á Dorſo.

Fiſtula

Digitized by Google

Fiſtula carent Vitulus marinus, cujus vice Narium rimas habet:

Teſtudo, qvæ foramina obtinet pro naribus, qvibus aqvam rejicit.

Plani & Cartilaginei bina foramina ad os deducta, ejusdem utilitatis gratia comparata.

Arteria aſpera eſt veluti ductus & via qvædam Pulmonibus præfixa, in iis Piſcibus qvi ſpirant Pulmonibus, ducendi ſpiritus & reſpirandi gratia conſtructa, ejusq; aliqvando retinendi cohibendiq;, ut ſurſum faciliús ferantur. Aër enim retentus velut ſuſpendit, in aqva demergíqve prohibet.

Conſtructio ab arteria terreſtrium Animalium minimé diſcrepat. Nam iisdem partibus eademq; plané ſtructura conſtat, ut & Pulmones,

Pulmones Piſces non habent, præter Balænas, Delphinos, & vitulum marinum: ſed earum, qvas Branchias vocamus conſtructio, ipſis vice Pulmonis eſt. Cúm enim crebris ac tenuibus foraminibus ſint Branchiæ hæ interceptæ, aëri qvidem ac vapori perviis, ſubtilioribus tamen qvám pro mole aqvæ, hanc qvidem forás propellunt, illa autem promté intromittunt.

Diaphragma, Septum, διάζωμα, præcipuum Reſpirationis inſtrumentum, omnes Piſces feré habent.

1. Noſtro ſimile ac æqvé perfectum ad reſpirationem, excrementorū expulſionem, & vociferationem á natura obtinent, qvi Pulmonibꝰ ſpirant, ut Balæna, Orca, Phyſeter, Vitulus marinus, Teſtudo, Delphinus, Phocæna,

2. Imperfectum, non muſculum ſed membranam obtinuerunt, Sqvamoſi & Galei, ut qvibus minore opus fuerit reſpiratione.

Cor Eorum Piſcium qvi Pulmonibus reſpirant, á terreſtrium Animantium Cordé feré non differt.

Digitized by Google

Aures enim habet utrinq;, ſimiliter ſinus duos & arterias φλεβώδεις, & venas ἀρτηριώδεις: Pericardio qvoq; involvitur, nutritur á vena é parte inferiore ipſum cingente ac coronante. Situm eſt pauló inferiús.

Sqvamoſorum veró qvi per branchias reſpirant, Cor propius Os locatum eſt, & mucro ejus non ad Pectus ſpectat, ſed ad Caput, & os reſpicit contrá qvám in aliis Animantibus. Tribus conſtat partibus.

1. Infima ſangvinea, ſangvini coagulaio ſimilis eſt & ſubſtantiæ Hepatis craſſitudine: in hanc vena ab hepate aſcendens inſeritur, dextro Cordis ventriculo reliqvorum Animalium reſpondens.

2. Media, colore eſt Carnis, ſolidiore durioreq; ſubſtantia, habetq; in medio ſinum, qvo venam ab infima parte excipit, ſiniſtri ſinus reliqvorum Animalium vicem gerens.

3. Suprema, huic connectitur membranoſa, alba, dura, qvæ verrucæ non abſimilis, intrinſecus parvulis fibris veluti lineis diſtincta: inde meatus prodit tendens ad medium in qvo branchiæ omnes inter ſe copulantur.

Peritonæum περιτόναιος ſimplex eſt membrana, omnes ſub Diaphragmate ſita viſcera contegens ac involvens; qvæ facilé in coctis præſertim ab aliis partibus ſecernitur.

Album eſt plurimis: Aſello, Mugili, Auratæ, Salpæ nigro colore perfunditur.

Gula Οἰσόφαγος, σόμαχος ductus ſeu via, qva cibus ab ore in ventriculum tanqvam in cellam penuariam demittitur.

Ingreſſum Cibi piſces omnes, qvi in perfectis Animalibus numerátur, habent: Gulam nó omnes; verúm ii maximé, qvi pulmonib⁹ ſpirant, ut Delphini, Vitulus marinus, Balæna, Orca, Teſtudo omnis. Illi ventriculum Ori continentem habent; hi, Pulmonum cauſa ſatis procul *disjunctum*, & multó *inferiorem*.

Pulmonibus carentes Piſces multi gulam habent: Qvi oblongo & tenui ſunt Corpore, ut Congri, Serpentes, Acus, Angvillæ, Sphyrænæ, Lucii: item Mollia longam & anguſtam:

anguſtam: Cruſta intecti, Aſtaci, Caneri, qvod præter autoritatem Ariſtotelis αὐτοψίᾳ manifeſtum eſt.

Gula omnibus rugoſa in longitudine & latitudine:
brevior in Aſtacis,

longior, in Echinis, Serpentibus marinis, Muræna, Lampetra & longis omnibus.

latior, in Lamia ſeu Lamyro, á gula lata nomen adepto.

Ventriculus gulam ſeqvitur, qvi cibos retinet & concoqvit, totius Corporis nutriendi cauſſa unus & ſimplex eſt, magnitudine, figura, ſitu varius.

Magnis magnus, parvis parvus.

Rotundis brevis, latus, rotundus.

Amplus & membranoſus guloſis & ſargophagis, Lupo, Lucio.

Exiguus & carnoſus Avium modo, muco viventibus, Sturioni, Mugili.

Oblongus Inteſtino ſimilis, ut Scaro, qvi & ſolus piſcium ruminare creditur.

Ori ſtatim ſeqvitur iis qvi gula carent, Lamiæ, Caniculæ, Glauco.

In medio feré cavo Corporis ſitus æqvalibus feré ſpaciis diſtans á podice & ore, iis qvibus Pulmones ſunt & gula,

Appendiculæ, Appendices ἀποφυάδες καὶ ἐκφυάδες, magna ex parte ſuperné circa Ventriculum exeunt, ut in iis qvaſi lacunis cibum conditum macerent atq; concoqvant,

Complures in utraq; parte habent, Gobius, Mullus, Galeus, Scarus, Perca, Scorpio.

altera parte plures Mugil.

una tantúm inferiore, Muſtela fluviatilis, Thymalus, Truta.

Paucas, Hepatus, Glaucus, Aurata, Aſinus.

Qvi pulmonibus ſpirant, his carent, qvoniam plus habent Calidi innati, ideoq; meliús concoqvunt.

Inteſtina Piſcibus varia ſunt.

Denſa & lata, Cartilagineis.

Denſa & anguſta, Sturionibus, & iis qvi per Pulmones ſpirant.

Recta ad Podicem deſcendunt, Galeis & Longis aliis.

Replicantur, ſurſum recurrunt,

runt Lucio, Cyprino, Bramæ.

Pingvia & eſui apta, Mugilibus, Sturionibus, Balænis, Delphino, Scaro, Cyprino, qvæ vulgó vocantur, das Gebündel / ac ſi diceres faſciculum.

Podex πρωκτός, meatus ſeu ductus, per qvem ſuperfluitates alienæ á nutrimento expelluntur, Magnitudine & ſitu diſtingvitur.

Magnus patens Turdis, Merulis, Cynædis.

Parvus.

Situs: in extrema Cauda, Locuſtis, Sepiis, Aſtacis, Sqvillis, omnibus cruſta intectis.

pauló ſuperiore loco, Longis tenuibus, Angvillæ, Murænæ, Serpentibus, Acui, Congro, Sphyrænæ.

magis á Cauda diſtans, Auratæ, Lupo, Mugili, Sauro, Turdo, Percæ, Merulæ.

medio feré Corpore, Bugloſſis.

Ori propior qvám Caudæ, Rotundis, & qvi rhomboide figura ſunt.

In ore, Holoturiis, Purpuris, Cochleis, & omnibus feré rotundis, demtis Echinis, in qvibus in parte Ori adverſa ſitus eſt.

Hepar Venarum origo & ſangvinis fons.

Unicum, ſimplex, Lucio, Lupo, Aſello, Auratæ, Mullo, Percæ.

Geminum in duos longiſſimos lobos diviſum, Galeis, Acanthiæ, Caniculæ.

Pingve, adipoſum, ut liqvefieri poſſit & in oleum reſolvi, Cartilagineis.

Sangvineum.

Rubrum Reſpirantibus, Delphino, Balænæ, Phocæ.

Pallidiuſculum, ex rubro albidum, Muſtelæ, Lucio.

Cinereum Galeis, Raiis.

Croceum, Paſtinacæ.

Cœruleum Lampetræ.

Saporis grati & delicati, Mulli, Muſtelæ fluviat. *Lucii.*

ferini, ingrati, Galei, Sturionis, Cetaceorum.

Lien in Nonnullis magnus eſt & longus, in Cetaceis maximus: in qvibusdam exiguus

exiguus & niger, ut in Scaro. In aliis ſangvinis colore eſt ut qvibus Hepar albet, iis Splen rubet. In qvibusdam triqvetræ figuræ, ut in Muſtela fluviatili.

Poſitus eſt in Mullis juxta Hepar, in aliqvibus ſub ventriculo, in Lucio in fundo ventriculi.

Fel omnibus ineſt, (excepto Vitulo marino, Delphino) minus acre qvám Volatilium aut Qvadrupedum.

Hepati adhæret: in ipſius ſumma parte per venulas bilem trahens, Muſtelæ, Siluro, Sqvatinæ, Thunno, Pilamydis, Glauco, in ipſa Hepatis ſubſtantia ſic immerſum qvaſi, ut vix appareat, niſi inqviras ſtudioſiús, ut Aphyis ἐγκςασιχόλοις, & Galeis.

Inteſtino annectitur: aut toti, ut in Amia: aut Jecori ſimul ſemotius, propinqvius, Ranæ, Acipenſeri, Dentici, Muræнæ.

Magnum Uranoſcopo.
Minus aliis.
Viride, Galeis & aliis pluribus.
Nigrum Scaro.
Croceum Paſtinacæ & aliis permultis.

Renibus & Veſica carent ſqvamoſi, læves, Cartilaginei: at habent omnes qvi pulmonibus ſpirant ut Balænæ, Phyſeter, Orca, Vitulus marinus, Delphinus, Teſtudo. In fluviatilibus reperitur Veſica alia aêre plena, & in qvibusdam ut Cyprino gemina, ad faciliorem navigationem propter aqvarum dulcium tenuitatem, ne vel ſubmergerentur, vel potiús ut in aqva ſuſpenſi faciliús natent. Marinis non item propter denſiorem & natatui magis idoneam Maris naturam.

Vulva omnibus reſpirantibus bifida eſt, infrá tenuis, membrana conſtans & longa. Cartilagineis utrumq; ſitum obtinet. Oviparis humeris adhæret.

Sunt qvibus vulva duos ſinus habet, perinde ac ſi duæ eſſent, ut in Piſcibus Ova parientibus, qvales ſunt Lupus, Mugil. Iis, qvi ova qvidem concipiunt, ſed intra ſe ex his fœtus ſuos excludunt, deinde vivos pariunt, qvalis eſt

Galeus,

Galeus, Acanthias & aliis iis vulva prope ſeptum transverſum ſita eſt, cui adjacent Corpora duo rotunda, vitellis Ovorum gallinæ ſimilia, qvæ videntur veluti ſeminis cellulæ, qvod in Vulvæ capacitatem inde derivatur.

Utero feminæ, & meatibus ſpermaticis Mares carent Piſces, qvi ſine Maris & feminæ coitu naſcuntur.

Mammas habent Balænæ, Delphini, Vituli marini, Phocænæ, ac omnes qvi ex ſemine ſine Ovo pariunt, non in ſuperiore parte, ſed prope genitale ſine papillis, ne natationis impulſum & motum impedirent.

Cauda non omnibus ſimilis, longa, brevis, gracilis, ſpinoſa, carnoſa.

Sangvine nutriuntur Aqvatilia omnia, vel humore ſeu ichore ſangvini correſpondente. Hinc Aqvatilia alia Εναιμα id eſt ſangvinea dicuntur, ut piſces perfecti.
Αναιμα, Exangvia ſunt.

1. Μαλάκια κὴ μαλακόδερμα id eſt Mollia,

2. Μαλακόςρακα ἢ σκληρόδερμα, Cruſtata, Cruſtis intecta.

3. Οςρακόδερμα ἢ ὄςρεα, id eſt dura & ſilicea teſta intecta.

4. Εντομα Inſecta paluſtria, Scolopendra marina, Hippocampus, Hirudines.

5. ζωόφυτα plantis & animalibus cognatam habentia naturam, ut Echini marini, Holoturia, Vertibula, Vrticæ, Stellæ, Spongiæ.

Lactes *Plin.* γαλακτίδες, ἔγκατα, Lac vulgó, qvód Lactis inſtar candidum. Die Milch/ Marium ſemen candidum ſed craſſum compactúmqve.

Ova ὠὰ ἰχθύων Rogen/ Fiſch Rogen ſemen feminæ, qvod

album ſqvamoſis *feré* omnibus.

Coralli colore, Hirundinis, Cancrorum aliorumq; cruſta intectorum.

Bicolor Teſtudinis.

Genituræ loco Piſces θορὸν habent, id eſt genitale, qvoddam virus ſui generis, qvod πόροις ſeu meatibus qvibusdam continetur, qvi à ſepto venaq; majori exorti bifurces utrumq; ſpinæ latus perreptant

reptant, coëuntq; ſupernè in unum Caput, atq; ita ad oſtium excrementi finiunt. Hoc ergó inſeritur, atq; in locis tenditur feminarum. Tempore coitus pleni redduntur humoris fœtifici, latiſſimeq; patent: eo tempore, etiam imperitis æqvé in Maribus atq; illi qvi in feminis in Matricem feruntur, attrituq; Piſcium mutuo, atq; adeó etiam ſi confricéris, facilé ipſum effluit ſemen genitale candidum: ubi veró tempus id præteriit, incérti vel meatus ipſi interdum redduntur.

Generatio Piſcium.

Piſces generant, vel non generant, ſed naſcuntur vel ſponté, vel ex ſobole.

Pariunt, vel generant: Vivum Animal ζωοτόκα: & vel ſtatim á ſemine Qvadrupedum Animalium modo concipiunt perfectúq; edunt, ut Vituli marini, Phocænæ, Delphini, Balænæ, Orcæ, Phyſeteres, Homines marini, & monſtra marina omnia, qvæ & lacte fœtus ſuos nutriunt.

Vivum qvidem pariunt animal, ſed prius ova prope Septum transverſum in utero concipiunt, qvod ibidem excludũt, unde vivus fœtus prodit, ut in terreſtribus Vipera, In piſcibus Sqvatina, Acanthias, Galeus lævis, Centrina, Lamia, Vulpecula, aliiq; permulti Cartilaginei.

Ova pariunt ὠοτόκα ut ſqvamoſi, λεπιδωτὰ Cruſta inte- cti, Sqvillæ, Cancri, Aſtaci, Teſtudines, Molles.

Cartilaginei, Sturiones, Lampetræ, Rajæ, Galeus.

Qvorum Nonnulli perfecta, alii imperfecta edunt.

Perfecta Ova ſunt, qvorum teſtæ, poſtqvam conformata ſunt, rumpuntur, unde perfectus prodit Piſcis, qvalia ſunt Ova Rajarum, Ranarum, Canicularum, qvæ νέβριοι dicuntur.

Imperfecta infinitorum ſunt Piſcium, parva ſcilicet & mollia, tum qvia uterus anguſtior eſt, qvám ut tantam Ovorum, ſi majora eſſent, copiam capere poſſet: tum qvia frigidiores & humidiores ſint, qvám ut tot Ovorum partem extimam & ambientem, duriorem ſolidioremq; poſſint reddere.

Hæc foris temporē augeſcunt perficiunturqve (inſtar fermenti, qvod ex parvo magnum fit, ſolidiore parte humeſcente, humida ſpiritu diſtenta) inſita fœcunditate. Qvare mas in hoc Piſcium genere Ovis vitale virus, qvod aſpergit, θόρος in Piſcibus, *Ariſt.* in aliis Animantibus γόνη ſeu γόνος, dicitur. Mas enim plus feminis habet, qvám ad coitum ſatis ſit, mavultq; id Natura in Ovorum jam-repoſitorum incrementū abſumere, qvám in primam ipſorum conſtitutionem. Confert etiam ad incrementum marini humoris divina vis, & fœcunditas ex ſpiritu & animali calore.

Ovis enim ſuis non incubant Piſces, nec laborioſo fœtus ſuus alunt, nec nidificant, ſed Ovum ab iis accepta Aqva, tanqvam matricula fingit in Piſcem & alit.

Ova alia generant feminæ, ſine ullo cum Mare congreſſu, ut Erythrini, Channæ, & qvoddam Paſſerum genus.

Sponté naſcuntur Αυτομάτως, Sponte nata, qvi marini humoris vi, ſine ſemine, ſine Mare & femina procreantur, ut Oſtracoderma, λιμνόστρεα, Urticæ, Pinnæ, Ungves, Lepades, Pectines, & omnia qvæ ſedibus hærent Purpuræ &c.

Ex ſpuma Mari ſuperfluitante poſt multos imbres, Aphros ſeu ἀφρίτις.

Putredine & limo, Purpuræ, Buccina, & Oſtracoderma.

Cœno, Oſtrea, Limnoſtrea.

Ligno putreſcente, Aves Anatibus ſimiles.

In arenoſis locis, Conchæ, Chamæ, Ungves, Pectines.

In petrarum cavernulis, Holoturia, Balani.

Per ſumma adhærent, Lepades, Neritæ.

Ex ſobole proveniunt, ſeu ex Adgerminatione, ut ita loqvar, Mytuli, Purpuræ & Buccina, qvæq; favos conficere creduntur eodem modo. Hæc enim μηλίκηρα,

Javaginem

Javaginem, *Gaz.* ſalivarium humorem ſeu lentorem, *Plin.* ceu favum Apum, veluti á ſeminis natura, (ſemen veró eorum nullum eſſe exiſtimandum eſt) mutuo attritu ſalivant: ex cujus ichore ſeu tenuiore parte in terram effuſa, fiunt Murices & Purpuræ, non aliter qvám effuſo in terram fungorum decocto, fungi permulti brevi enaſcuntur. Cúm enim hæc omnia ſponté fieri contingat, rationi conſentaneum eſt, cúm origo aliqva præceſſerit, multó plura formari.

Coitus.

Coëundi ratio in Piſcibus varia, nobis eſt obſcura & incomperta. Congreſſuri enim latebras qværunt, & receſſus ſuos petunt cæterorum Animalium ritu, vel etiam in profundum Maris, qvamvis partem incolant, ſe recipiunt, & tanta celeritate rem peragunt, ut viſum fallant, & complures Piſcatores lateat. Nemo enim eorum aliqvid tale cognitionis gratia obſervat: veruntamen Coitus Eorum aliqvando viſus eſt.

Modus.

Coëunt autem vel:

Attritu ſuperiarum partium omnes, præter planos Cartilagineos. Seſe applicantes, & ſupinis partibus ſupervenientes feminarum pronis, Plani & qvibus cauda eſt, ut Rana piſcatrix, Paſtinaca.

Mutuo partium ſupinarum complexu, Piſces longi, ut Angvillæ, Serpentes, Congri, Muræna.

Averſi, Canum terreſtrium modo cohærent, femina ſcilicet Marem dorſo admittente, ut Cartilaginea nonnulla, Teſtudines marinæ, paluſtres.

Averſi Qvadrupedum retró mingentium, ut Leonum, Leporum.

Lyncum ritu, veluti Vituli marini, Malacoſtraca, Locuſtæ, Aſtaci, Gammari, Sqvillæ, Cancrorum genera. Fit autem is Coitus, femina Caudam protrudente, Mare ſemen ſuperponente.

Mutuo Brachiorum complexu & Ore Ori fiſtulâ compoſito, non ore. Cúm enim fiſtula pariunt, eadem ut coëant neceſſe eſt; Molles, ut Polypi, Sepiæ, Loligines.

Tempus.

Ut varia Piſcibus Veneris explendæ ratio: ita variis temporibus & concipiunt & pariunt, vulgó Streichen.

Qvovis tempore, omni Anni parte, Murænæ, Sepiæ, Cyprini, Vitulus marinus.

Vere plurimi, Molles, Solitariorum genus.

Æſtate, Pelagici magna ex parte, Molles, Anthiæ, Auratæ, Lupi, Mormyrus, & omnes qvi δρόμαδες vocantur.

Circa Solſtitium Delphini, Thynnides.

Autumno Sqvatinæ, Trutæ.

Hyeme Mugil qvi χελὼν, Muſtela fluviatilis.

Numerus.

Semel tantúm in anno ii maximé, qvi χυτοὶ ἰχθύες id eſt, fuſanei, ex argumento, qvia fuſim retibus capiuntur, dicuntur: item Thynnus, Pelamys.

Sexies Cyprini, qvi in vivariis noſtris Vere potiſſimum perficitur.

Ter Mullus, Muſtela fluviatilis obſervatione noſtrorum Piſcatorum.

Bis, Saxatiles feré omnes, Lupus, Trichias, Sqvatina, Scarus.

Locus.

Loca in qvibus pariant Piſces eligunt diverſa, tum propter paſcua Naturæ ſuæ convenientia: tum propter teporem partui fœtuumq; educationi magis accommodatum. Alii

Totum Mare peragrant, ut in Ponto pariant, ut Thynni, Scombri, Pelamydes.

Littora qværunt, ex Galeis multi, Atherinas, Corvus.

Stagna Marina ſubeunt, Mugiles, Lupi, Auratæ, Paſſeres, Bugloſſi.

Flumina, & magnorum fluviorum oſtia, Mugiles, Auratæ, Lupi.

In ſaxis pariunt & vivunt ſemper, ut veré Saxatiles, Cynædi, Turdi, Merulæ.

Εν φύκῳ in Alga, Phyci, Gobii, Hippocampi.

in limo, Mullus.

juxta terram, Ranæ.

In terra juxta aqvas, Teſtudo, Vitulus marinus.

In ſtagnis fluviorum & a-

rundinetis

Digitized by Google

rundinetis lacuum, phoxini, Percæ.

Copia.

Piſces, qvorum imperfeſta ſunt Ova, innumerabilia feré & parva edunt: qvippe cúm magna eorum pars pereat, genus hoc piſcium valdé fœcundum eſt, natura interitum Ovorum copia compenſante.

Pauciores fœtus concipiunt, qvi ex Ovo vivum pariunt. Etenim cúm ex Ovis ſatis magnis concipiantur, fieri non poteſt, ut uterus multorum & magnorum Ovorum ſit capax.

His pauciores edunt, qvi Qvadrupedum ritu é ſemine ſtatim concipiunt, ſæpiús unicum, ad ſummum geminos edunt, ut Balænæ, Vituli, Delphini.

Motus Piſcium.

Piſces vel:

Natant ſolúm.

1. *Pinnis* præditi, Sqvamoſi omnes, Galei & Plani, qvorum alii latitudine ſua tantúm natant, ut Rajæ, Paſtinacæ: alii latitudine & pinnis, qvæ in qvibusdam ad branchias, in ventre & in cauda ſitæ ſunt, ut in paſſeribus, Bugloſſis, Rhombis, Rana, piſcatrice: in nonnullis in cauda tantúm, in qvibus vel Cauda in pinnam deſinit, ut in Torpedine, Sqvatina: vel ſuper caudam pinnam erecta eſt, ut in Raiis & Paſtinaca.

2. *Longi*, vario Corporis flexu, & qvi pinnas habent, ut Angvillæ. Congri, Serpentes, Ophidion *Plin.* & qvi iis carent, ut Muræna, Lampretæ. Qvi longi & rigidi ſunt, pinnis natant, ut Acus genera, Sphyræna, Glanus.

3. *Belua marina*,

4. *Ex Mollibus* Sepia.

5. *Ex cruſta intectis*, Sqvillæ, Aſtaci, Locuſtæ, Cancri, Mææ, & ἱππεῖς.

Gradiuntur tantúm, Cancri omnes, qvibus Crura brevia ſunt, non natant autem, tum qvia Caudam Corpori applicatam & appreſſam extendere neqveunt, tum qvia pinnis carent.

Natant & gradiuntur, Vitulus marinus, Cordylus, Crocodylus, Teſtudo marina & lutaria, Scolopendra minor.

Natant & volant, Hirundines, Milvi, Mugilis ſpecies qvatuor pinnis, Loligo qvaſi voligo.

Natant & ſe trahunt Polypi. Hærendo ſe trahunt Hirudines marinæ & paluſtres ore & cauda.

Moventur : tardiſſimé, Beluæ marinæ, ob Carnis & adipis copiam. Celerrimé, Delphinus, Thunnus. Velociús feruntur, inter ſqvamoſos Mugil : item qvi ὀξύῤῥυγχοι ſunt, ac pinnas habent neq; parvas neq; longas admodum, qviq; gracili ſunt Corpore.

Tardiús, qvi magno ſunt Capite, ut Rana piſcatrix, Uranoſcopus, Orchis : Plani & qvi pedibus natant, ut Polypi, Sepiæ : Cruſta intecti; Cauda & Pedibus natantes.

Reſpiratio.

Piſces reſpirant in aqva omnes in ſuo genere, pro caloris ventilandi & ſpirituum reficiendorum magnitudine vel exiguitate. Qvidam Pulmonem habentes, Aërem uná cum aqva hauriunt, eamdem fiſtulà rejiciunt, ut Balænæ, Delphini, Phyſeteres.

Alii Pulmonibus ſpirant ſine fiſtula, ut Teſtudines.

Nonnulli, qvibus branchiæ vel apertæ vel opertæ ſunt, aërem attrahunt, & aqvam ſimul hauſtam emittunt, ut Molles, Sepiæ, Cruſta intecti, Oſtrea.

Vox.

Vocis expertis ſunt, ſed ſonos qvosdam ſtridoresq; movent, ut Lyra, Chromis. His enim grunnitus qvaſi emittitur qvidam.

Chalcis ſtridet,
Cuculus obſtrepit.

Somnus.

Qvieſcunt & dormiunt noctu potiús qvám interdiu : & magna ex parte vel ad arenam vel ad lapidem aliqvem procumbentes qvieſcunt, imó gurgitibus, vel ſub ſaxo aut limo abditi, ut reficiant vires. *Plin. hiſt. nat. lib. 9. cap. 7.*

Sanitas.

Piſcium genus maxima ex parte annis pluviis bené vivit: ita enim non modó plus Cibi nanciſcitur : verúetiam omninó pluvio humore juvatur.

Ægritudo.

Digitized by Google

Ægritudo.

Morbus peſtilens nullus incidere Piſcibus univerſis videtur, qvalis plerunq; Hominibus & Qvadrupedibus. Ægrotare tamen & ipſi putantur, & nonnulli Morbi incidunt proprii.

Figura.

Figura Piſcibus varia. Alii ſunt

Longi,
Lati,
Plani,
Compreſſi.
Lyriformes á Lyræ ſpecie.
Serpentini á Corporis ſpecie, qvód ſerpentibus ſint ſimiles.
Lacertis ſimiles.
Orbiculati, qvi in orbem & rotundam figuram circumacti ſunt.

Magnitudo.

Piſcium *qvidam* vaſtam Corporis molem obtinent, & ὑπεγοςικοὶ dicuntur, ut Ceti, Balænæ. *Alii* parvi ſunt & minuti λεπτόλαλοι Piſciculi, ut Apuæ, Bdellæ, *Nonnulli* μέσοι ſunt, mediæ inter utrosqve magnitudinis, ut Cyprini, Barbi &ç.

Color Piſcium.

Animadvertendum eſt, cúm dicimus Piſcem hunc nigrum eſſe, illum rubrum, alium flavum, deniq; qvovis alio Colore depictum, id accipiendum eſt non de toto Corpore, ſed de ejus majore parte: Vix enim invenias ex infinita Piſcium turba unum aliqvem, qvi unius omninó ſit coloris, ſed eorum qvi minús varii ſunt, maximé illuſtris in eo color prædicatur.

Piſces alii ſunt

Albi Eſperlanus, Capellarius, Aphya alba, Atherina, λεύκισκος á candore carnis.

Flavi Aureolus, χρυσόφρυς, Cynædus.

Virides, Gobionum & Turdorum aliqvi.

Ex viridi cærulei } Turdi aliqvi.
viridi nigri.

Glauci, Glaucus.

Ex cæruleo virides, Lacerti minores.

Purpurei violacei, Turdi nonn. Anthias *Oppian.*

Rubr

Rubri permulti, Mulli barbati, non barbati, Lyrà, Cataphractus, Synagris, Pagrus, Erythrinus, Cancri. Leones, & ferè omnes cruſtà intecti, cum cocti fuerint,

Nigri Antipolis, Elephas, Coracinus.

Indici, Turdorum qvidam ſpecies.

Fuſci, *Cinerei*, } Galeorum qvædã ſpecies.

Varii, & Æolii vocantur, qvales potiſſimúm ſuntSaxatiles.

Odor Piſcium,

Injucundus.

Marinus ſive piſculentus, omnibus Piſcibus communis.

Ferinus, Cetaceis.

Gravis, Cartilagineis, ut Paſtinacæ, Ranæ piſcatrici, Galeis omnibus, Hepati Sturionis.

Vulpinus, Vulpeculæ vulpis terreſtris.

Ingratiſſimus Lepori marino.

Putrilaginoſus,ex Piſcium putredine ortus peſſimus & graviſſimus. Citiús putreſcunt fluviatiles: tardiús marini ob ſalſuginem

Jucundus.

Spirant Violam, Eſperlanus.

Sal nuper concretum, Scari Inteſtina.

Thymum, Thymus.

Moſchum, Oſmylus *ex* Polyporum genere.

Sapor Piſcium.

Qvód Piſces ejusdem etiam formæ generisqve,Carne, ſucco,ſaporeq;adeó differant, Pabuli varietas ſola in cauſſa eſt: Alii enim aliis pabulis delectantur, & vel magis ſibi familiaria vel gratiora naturali impetu perſeqvuntur.

Piſcoſus, proprius, qvi in omnibus ejusdem generis, eodem in loco degentibus, percipitur.

Communis vel: Acris,Thynni cauda, Sardynæ caput.

Acris & pingvis: Aloſæ mar. Thynni Venter.

Subamarus; Olothuria æſtate, Mytuli, Bdellæ æſtate.

Dulcis, γλυφαὶ Sqvillæ, Cancri, Pectúculi, Chamæ *nigræ*, Aſelli, Saxatiles ferè *omnes*.

Salſus, Pectines, Conchæ, Locuſtæ, Polypi, Loligines.

Inſipidus, Pholis, Paſſer fluviatilis.

Natura Piſcium.

Piſces

Piſces minús nutriunt qvám Pedeſtria Animalia, ſangvinem enim gignunt tenuiorem, unde non affluenter nutriunt,& celerius diſcutitur.

Omnes natura ſunt frigidi & humidi, etſi alii qvám alii plus & minus, pro ratione ſcil. natura & conſvetudine Elementi, ex qvo ortum habent & victum qværunt, & ob eorum frigiditatem & viſcoſitatem difficiliús concoqvuntur: Sangvinem qvoq; frigidum generant & phlegmaticum: unde multi iidemqve graves oriuntur Morbi: Nervos enim molliunt & ad Paralyſin præparant: Stomacho frigidiori& humidiori nocent; ut contrá bilioſo&calidiori valdé conferunt.

Caro præſtantiſſima :boni ſucci & guſtu ſvavis, iis qvi in Mari ſinceró victitant; qvi inter ſaxa& ſcopulos degunt, πετραῖοι ſaxatiles, alimento non vario utuntur, nec loca mutant, nec fluviatilibus aqvis gaudent. Hi carnem obtinent molliſſimam, friabilem, concoctu facilem,probi ſucci, ſangvinem conſiſtentia gignunt medium, humectant modicé, Corpus recté & alunt & augent, neq; excrementoſi ſunt; neq; flatus gignunt. Otioſis, imbecillibus, ægrotis ſalutares.

Peſſimam habentCarnem, mucoſam,excrementitiam & mali ſucci, qvi in aqvis ſtagnantibus,limoſis & ſordidis degunt.

Piſces cúm impleri incipiunt,á Coitu boni omnes ſunt, ſed procedente tempore, alii præſtant,alii non.

Piſciculi recéns nati facilé in Ventriculo corrumpuntur.

Partibus Piſcium maxima ineſt diverſitas.

Partes Caudæ proximæ, ſunt ſvaves & meliuſculé nutriunt, ut qvæ ſui motione exercitentur magis : Qvæ ad ventrem pertinét, pingvetudinis nonnihil habent, ac proinde Stomacho innatant, & per alvum faciliús redduntur. Dorſum carnem duriorem, Caput minus præbet alimenti,& qvod non facilé digeritur.

Caro Piſcium.

Digitized by Google

Dura, σκληρόσαρκοι ſunt Pelagici omnes, Draco, Cuculus, Mullus, Scorpius, Orpha, Corax, Uranoſcopus, Hirundo, Trachurus, Cartilaginea omnia præter Torpedinem, Paſtinacam, Mollia omnia: Oſtracoderma omnia, demtis Oſtreis, Mytulis.

Succum habent craſſiorem & ægré conficiuntur.

Mollis, μαλακόσαρκοι ſunt: Aphyæ, Sparus, Cantharus fluviatilis.

Trichides, Mænæ.

Molli donantur carne humoreq; multó diffluente.

Media, id eſt duro molliq; temperata, Lupus, Coracinus, Aurata, Dentices, Rubelliones, pagri, Muranæ, Lacerti, Paſſeres, Rhombi, Cythari, Sciæna, Hepatus.

Friabilis ψαθυρὰ Saxatilium, Thymali, Trutarum, Percarum.

Febrientibus, picrocholis in cibo utiliter datur.

Tenera ἁπαλόσαρκοι, Iis qvi á morbo convaleſcunt magis idonei, Ventrem qvoq; & urinam vehementiús cient. Saxatilibus humidiorem præſtant ſuccum.

Craſſa, tenax & velut glutino compacta γλισχρὸν Glutinoſum dicunt Ajæ, Congro, Ichthyocollæ, Longis omnibus.

Pingvis λιπαρὴ, Mugili.

Macra ἀλιπαρὴς, Cruſta inteᶜtis, Mollibus.

Dura & fragilis, Rhombo, Mullis.

Dura & glutinoſa Bugloſſo.

Dura & pingvis, Cetaceis, Thunnis.

Dura & macra Galeis.

Mollis & fragilis Saxatilibus Paſſeri.

Mollis, glutinoſa & pingvis Angvillæ.

Mollis & non pingvis, ut Aphyæ, Atherinæ.

Excrementitia penitús mucoſaqve, qvi ſordidas limoſasqve aqvas incolunt, λιμνοθαλάττιοι.

Piſcium

Piſcium præparatio.

Piſces vel conſervantur vel præparantur.

Conſervantur: Muriâ conditi ſeu ſalſamento macerati, Eingeſalʒene Fiſche/ ut Haleces, Lucii, Angvillæ, Salmones.

Exiccati & durati: Aëre frigidiſſimo, Paſſeres, Aſelli: Fumo omnis generis, Salmones, Trutæ, Cyprini, Luciopercæ, Bramæ.

Hi omnes concoctu difficiles & inſvaves.

Nonnunqvam aſſi ſeu elixi aromatibus reſperſi, aceto immerguntur, ut Lampetræ, Sturiones.

Præparationis duo potiſſimúm ſunt genera. Unum Correctionis, cúm Piſcium vitium corrigitur, veluti cúm ſaliuntur, ut craſſus humor ſalis vi extenuetur, & generando ſangvini accommodatior fiat: vel cúm decoqvuntur Apio, Cepis, Porro, Cerefolio, & aliis additis, ad craſſi humoris attenuationem, qva præparatione meliores redduntur omnes Piſces, qvi craſſum glutinoſumq; ſuccum gignunt.

Alterum qvo ſæpiús utimur, voluptatis potiús qvám valetudinis rationem habentes, cúm condimentis ea permiſcemus, qvæ ad gulam irritandam titillandúmqve palatum faciunt.

Cocorum enim opera ita varié miſcentur ac temperantur ex aromatis, herbis, obſoniisq; omnis generis, ut genuinum ſaporem odoremqve nullo pacto retineant. Nam qvæ ſalſa, nitroſa ſunt, freqventi dulcis aqvæ inter coqvendum mutatione, Mellis vel Sacchari permiſtione fiunt dulciſſima.

Contra iis, qvæ inſipida ſunt natura, tantam Salis copiam inſpergunt, ut ſapidiſſima reddantur. Qvæ acrimonia nulla lingvam pungunt, palatumq; irritant, Cepa, Porro, Aromatibus, Omphacio Vino, Aceto, ita condiunt, ut acri acidáve ſint.

Digitized by Google

Piſces aqva & ſale, elixi Ἰχθύες ἑφθοὶ· Fiſch im Saltz geſotten/ Purgati & fruſtatim inciſi aqvæ ferventi, cui ſal injectus, immittuntur, & usq; ad humoris conſumtionem in lebete cupreo coqvuntur: tandem cum aceto vel Raphano ruſtico, aut aliis condimentis menſis inferuntur. Ventriculo humidiori conducunt.

Piſces aſſi Ανθρακίδες, Ἰχθύες ὀπτοὶ; Bratfiſche / vel ſimpliciter, vel infarcti ſale reſperſi, craticula aſſantur & butyro illinuntur. Nutriunt magis, nec tam facilé permeant.

Piſces frixi, Ἰχθύδια τηγανιστὰ gebackene Fiſche/Fiſche im Schmaltz / in lebete cum butyro friguntur: Guſtu ſvaves, ſed Stomacho minús grati, facileq; concoqvuntur, minús nutriunt, & Ventriculo innatant.

Piſces jurulenti minus exhibent alimenti, & citiús permeant.

De Piſcibus in Specie.

Acipenſer.

Ακιπένσερ veterum *Rondel.*

Ονίσκος *Dorioni.*

γαλαξίας *Galeni.*

Οξύρυγχος.

Ελοψ Appian. Ἰλλοψ ab ἴλλεσθαι, id eſt prohibere & ὄψ, id eſt vox, qvia voce caret:

Aqvipenſer,

Silurus *Paul. Iov. & Peuc.*

Sturio, Stora *vulgó*

Piſcis ſcrutator.

Ein Stür / vom ſtüren á ſcrutando.

Stör.

Piſcis eſt anadromus, cartilagineus, ſolitarius, ex Galeorum genere, tegumento aſpero armatus, Delphino non diſſimilis, demta aſperitate. Teres eſt triangulari feré figura, coloris obſcuri, μακρορυγχότερος, Roſtro longo, branchiis utrinq; qvaternis, operculo oſſeo ſcabro tectis.

Oculi parvi: Os in prona parte rotundum, ſemper hians absq; dentibus, magis ad ſugendum qvám maſticandum accommodatum, ante qvod propendent appendices carnoſæ qvatuor numero, Oris maximé muniendi, & feſtucarum cohibendarum aliorumqve

qve Corpuſculorum occurrentium cauſſa. Venter planus, latera & oſſa utrinq; poſita angulos duos, Dorſum inter hæc eminens latiuſculum angulum conſtituit. Ventriculus ei craſſior ut Avium: Hepar magnum dulce, Cor ut Ovis. Pinnæ ſubalbidæ, qvarum binæ ad branchias, totidem ad ventrem ſitæ ſunt, unica Dorſo non procul á cauda ineſt.

A Capite per Dorſum ad Caudam usq;, inſtar medullæ funis ſeu nervus digiti craſſitudine excurrit, integrum Piſcem roborans & firmans: unde & roboris nomine indigetatur, die Stercke. Coqvi dum mactare volunt, eum extrahere ſolent.

Differentias aliqvot patriæ noſtræ piſcatores in Viadro circa Beutenam obſervarunt.

Sturio maximus, Ein Hauß-Stier/ Aqva dulci ſaginatus aliqvando ad ſex ſeptémve Cubitorum longitudinem captus fuit.

Sturio minor, Sturio parvus Ein Stierle/Störlin.

Sturio πλατύρυγχος, cui roſtrum eſt obtuſius Ein Breitſchnabel.

Sturio ὀξύρυγχος, cui roſtrum acutius Ein Spitzſchnabel.

In Mari degit, ubi parit & educatur; tandem aqvæ dulcedine allect⁹ in Viadrum excurrit: in qvo circa Æqvinoctium vernum maximé, ſingulari dexteritate capitur.

Occultatur limoſis & arenoſis Viadri locis. Aëre & vento puro eum nutriri aſſerunt: Qvidam limo & arena: Alii piſculis. Verúm qvoties ſecui, in ejus ventriculo nihil præter ſpumam & mucum deprehendi,

Piſcis inprimis nobilis, pingvedine flava abundans, palato optimus.

Caro candidiſſima, mollis, delicata, ſvavis, boni ſucci, Stomacho idonea, ſuccum gignit dulcem, alit, facilimeq; excernitur.

Apud veteres Romanos Piſcis fuit maximi precii, & ſummæ nobilitatis, adeó ut eum á Coronatis miniſtris cum tibiis, qvaſi qvadam non deliciarum ſed Numinis pompa, in convivium inferri conſveverint. Hinc

Martialis lib. 13.

Ad Palatinas Acipenſera mittito menſas,

 Ambroſias

Ambroſias ornent munera
raró dapes.

Albiculus.

λεύκισκος,
Albula cærulea,
Ein Ockeleie.
Ockelen.

Parvus eſt piſcis latiuſculus, argentei candoris, præter dorſum qvod fuſcum ſeu ſubcæruleum eſt. Venter albicat, pennæ ſubfuſcæ.

Paſſim in fluviis & lacubus capitur. Cuivis notus.

Parit Aprili, Majo & Junio.

Carnem obtinet candidam, mollem, dulcem, ſvavem & gratam. Salubris eſt, nec malum gignit ſangvinem.

Alburnus.

Albulus,
Ein Geuſter/
Guhſtern/
Weis-Fiſch.

Ex Albularum genere Piſcis, longitudinis dodrantalis, Erythrophtahlmo feré ſimilis, at latior, colore candido, in ventre & lateribus, per dorſum ad cæruleum vergit, pinnis & oculis ſubrubentibus.

Abundat circa Beutenam & Glogoviam in Viadro, nec non Vuratislaviæ, ubi Vere ubertim capitur. Aprili parit.

De hoc obſervatu digniſſimum Piſcatores memorantur, confirmante αὐτοψίᾳ, qvod nimirum Alburnus noſter non ſolúm ſui generis piſciculos pariat, verumetiam Angvillas procreet. Aprili enim menſe branchiis ipſius innaſcuntur minutiſſima quædam animalcula, qvatuor, qvinqve, vermium ſpecie, fili candidi inſtar contorta ſeu convoluta, qvæ cúm moveri incipiunt in aqvas abſcedunt, celeriter vivunt, adoleſcunt, & Angvillarum formam naciſcuntur. Hinc vulgatum Piſcatoribus, Die Geuſter ſtreichen einen Ahl. id eſt Alburni pariunt Angvillam.

Optimi eſt ſaporis, ut Albiculi qvi vulgó Ockeleien dicuntur: Caro dulcis, mollis, facilis digeſtionis.

Elixantur

Digitized by Google

Elixantur cum aqva injecto ſale, vel cum butyro additis Cepis præparantur.

Aſſi etiam in cibum reperiuntur, ſaporis minimé ingrati.

Angvilla.

Εγχελυς ab ἄγχω, id eſt ſtrangulo, obtorta gula coërceo, obtorto Collo præfoco: & Ιλυς,id eſt lutum, limus.

Angvilla ab Angvium ſimilitudine.

Ein Aahl/
Oehl.

Piſcis eſt notus, longus,lævis & lubricus, Angvibus ſimilis.

Binas habet pinnas juxta branchias, qvas utrinq; qvaternas gerit ſimplices, easq; exiguas, Gula illi exigua: fel in jecore ineſt, in omento ſebum pingveq; paucum.

Mari caput eſt majus, roſtrumq; obtuſius. Feminæ minus acutiusq; roſtrum.

Degit in profundo fluviorum,cœnoſis & limoſis locis: aqva diſcedente ſe occultat.

Paucæ certisq; locis veſcuntur limo, atq; eduliis ſi qvis apponat: ſed plurimæ dulci humore veſcuncur. Unde in vivariis, niſi aqva ſit clara, affluatq; ſemper & effluat per ripas, brevi ſtrangulantur. Vivæ exemtæ aqvis, vel ad qvintum ſextumq; diem, & Aqvilone flante diutiús durant, Auſtro minús.

Circa Vergilias maximé capiuntur in fluminibus Viadro,Bobero, Qvado,&c. tum præcipué turbidis. Paſcuntur noctibus, interdiu in luto qvieſcunt.

Vita nonnullis ad ſeptem octóqve annos protrahitur.

De Angvillarum procreatione variæ ſunt Autorum ſententiæ. Oppianus 10. ἁλιευτικῶν.

Angvillæ mutuo Corporum internexu coeunt, & ex his lentorem qvendam ſpumæ ſimilem deſtillant in arenam & limum; ex qvo Angvillæ procreantur. Ea ſtrigmata viviſcunt.

Qvidam

Quidam ex aqva ſola generari, eaq; puriſſima, nulla ſeminis intercedente natura, ſtatuunt.

Nec præter dulces aqvas ulla ſunt iis principia. *Rondelet.*

Alii ex putredine & limo naſci crediderunt, veluti *Mizaldus.*

Angvilla Angvillã, ceu Tincham Tincha ſecundam
Non parit: Has limus putris & Alga parit.

Qvomodo Alburnus Angvillas pariat, ex longa obſervatione ſuprá docuimus.

Carnem Angvilla habet mollem dulcem, ſed qvæ glutinoſum & pituitoſum frigidumq; ſuccum gignat, & obſtructiones faciat. Unde febricitantibus, Podagricis, Cachecticis, frigidiori Ventriculo vitanda.

Freqvens & copioſus ejus eſus in vitæ periculum conjicit.

Elixatur vino, & Petroſelino recenti ſeu aromatibus conditur.

Ad ignem aſſata, affixâ Salviâ meliús convenit.

Deterior muriâ aſſervata, ac minús ſvavis.

Aqva Angvillæ deſtillata tabidis propinatur.

Pingvedo coctæ ſupernatans Alopeciam, emendat. Cum axungia Anſerina, ſucco Rutæ, Abſinthii, Hederæ terreſtris fit ungventum Surdaſtris utile.

Aſtacus fluviatilis.

Αςακὸς qvaſi ἀςακτὸς, id eſt non deſtillans ſed abundé fluens.

Κάμμαρος,
Gammarus fluviatilis.
Cancer *vulgó impropriè,*
Cancer caudatus.
Ein Krebs/
Flus Krebs/

Aſtacus é genere eſt μαλακοςράκων, Aſtaco marino colore & forma qvám ſimilimus, magnitudine ſaltem diſferens: Corpus ei, ut Locuſtæ marinæ, á qva paucis diſcernitur, longiuſculum, cruſta tenuiore intectum, fuſci coloris, concoctum toto rubente. Cornua ante *oculos* duo habet initio articulata, longa, tenuia, qvæ ſenſim adeó gracileſcunt, ut tandem in tenuiſſimum cirrum deſinant, in omnemq; partem pili inſtar flecti poſſint. E media fronte

dia fronte exiſtit aliud parvum latiuſculum utrinq; ſerratum. His ſubſunt Cornua veluti cirri, qvatuor alia, forma qvidem ſimilia, ſed multó tenuiora & breviſſima, qvibus, ut opinor, piſciculos allicit & venatur. Supra hæc Oculi apparent parvi, cornei, ſemper prominentes & exerti, ex obliqvo mobiles. Frons acuta & aſpera veluti aculeus eminet. Oris lateribus ex parte inferiore, juxta Pedes Ori proximos, Appendices binæ freqventer hirſutæ, veluti parvi pedes ad tutelam adnaſcuntur, & veluti branchiæ os circundant. Pedes in ventre enaſcuntur deni, in obliqvum flexi, utrinq; qvini, qvorum anteriores bini grandes & craſſiores, chelis magnis ſeu forcipibus grandioribus qvaſi denticulatis æqvalibus donantur, qvatuor ad grandes diſpoſiti, utrinqve bini, biſulci ſeu bifurces & hirſuti, chelis glabris, roſtris Avium ſimilibus, qvarum ſuperior pars movetur, inferiore immobili, reliqvi qvatuor poſteriores ſimplices & indiviſi ex toto pertendunt. Flectuntur omnes inobliqvũ, chelæ veró introrſum.

Cauda, Τράχηλος, Collum, lævis ſine aculeis, ex qvinq; tabellis contexta, in qvinq; pinnas extremitatibus hirſutis, natandi cauſſa, deſinit, qvibus innatando qvaſi remo utitur: eſtq; in hac robur totius Corporis, in cujus ſupina ſeu interiori parte appendices qvædam hirtiuſculæ ex utroq; latere qvatuor, pinnis ſimiliter hirtiuſculis, in qvas feminæ forás pariunt ováqve deponunt, qvibus etiam duplices ſunt ad contigenda & conſervanda Ova, Mari ſimplices & parvæ. Inter Caudam ſupernam & pedes noviſſimos, veluti calcaria majuſcula prominent acuta, qvæ femina parva habet & leviora. Dentes bini magni plani in intimo Pectoris orificio ad latera poſiti: in Ore caruncula lingvæ ſpecie: ſeqvitur gula brevis: hanc ventriculus membraneus excipit, cujus oſtio tres infixi ſunt denticuli, duo adverſi, reliqvus infrá: inde Inteſtinũ in ventriculi latere ſimplex, pari ſemper craſſitudine in Caudam terminatus, qva excrementa excernit, & ova edit. Præter iſta meatus eſt, qvi á pectore pendens in anum terminatur,

minatur, in feminis Vulva eſt, in Maribus ſeminis receptaculum, hic juxta Carnis cavum continetur, ita ut media caro inter Inteſtinum & meatum ſita ſit, meatu carnis cavum Inteſtino connexum contingenti. Hoc meatu mas á femina differt. Nam in utroqve á pectore pendet, tenuis eſt, candidus, humorem qvendam pallidum intra ſe continens. Capitis Colliq; teſta ſubtús tota perforata apparet.

Coëunt Aſtaci more Qvadrupedum retró mingentium ſcilicet, ut Caudam femina ſupinam exponat, Mas ſuam ſuperponat & applicet : Et qvidem vere juxta terram. Ova utero gerunt tribus menſibus, Majo, Junio, Julio : deinpe Ova in appendicibus illis ſupinæ partis caudæ reponunt, qvæ deinde Vermium more augentur.

Differunt : *Alii*

Nobiliores Edel Krebſe. Magnitudine alios ſuperant, & magis nigricant.

Petroſi, πετραῖοι, Stein-Krábſe/Tul Krábſe. prædictis minores, ſubtús albidiores, in dorſo nigriores.

Lacuſtres, See Krebſe/ In piſcinis & lacubus aſſervantur. Cæteris fluviatilibus ſapore inferiores.

Cruſta exuti, Meuſer.

Omnibus vita eſt diuturnior.

Cruſta exuuntur, qvemadmodum Angves ſenectute : id qvod conſultó á natura factum eſt. Cruſta enim denſior reddita motum impedit, eiq; veluti graviori oneri ſuccumbentes Aſtaci, longé ſegniores ad motum redduntur. Iis excrementis, qvæ in eam abibant, in aliam qvæ ſubeſt, gignendam abſumtis, formaq; á ſuperiore accepta, illa alimentis deſtituta ſiccior efficitur, facilimeq; colliditur,

Eo tempore qvo cruſtam eximunt, in capite duos gerunt lapillos albos rotundosq;, ſemigloboli figura, ſingulari Naturæ providentia,

Digitized by Google

ad cruſtæ ſubſtitutionem, qvi dein exuto tegumento veteri, rurſus paulatim abſumuntur, & in cruſtam abeunt.

Sarcophagi ſunt.

Autumno & Vere pingveſcunt, & plenilunio magis; qvia ſidus nocte tepido fulgore mitificat,

Capiuntur manibus, hamis, maximé dum fulgurat: tum enim ex cavernis ad paſcua procedunt: etiam carnibus ſeu coxis Ranarum, virgulis diviſis in ſummitate infixis, ordineqve, juxta gurgites aut loca qvæ habitare ſolent, diſpoſitis,

Naturæ ſunt frigidæ & humidæ.

Duræ carnis & difficilis concoctu. Qvæ ſuperiora, teneriora ſunt: qvæ Caudæ proxima, duriora, candida. Somnum conciliant, optimé nutriunt, Hecticis & tabidis utiles.

Præfertur Caro in Caudis & forcipibus.

Aſtacos, Noſtrates freqventer in aqva ſeu Cereviſia ſecundaria tenuiſſima, addito Sale & Carveos ſemine, elixare & menſis inferre ſolent,

Divites cruſta ſpoliatos in fruſta dividunt, aromatis, aceto ſaccharoq; condiunt, Petroſelini foliis aſperſis, vulgó Krebſe im Beyſuß. Edulium Calculoſis profuturum.

Alii Carnes nudas additis Cingibere, Pipere, Croco; Mace, albumine Ovi & Petroſelino, in maſſam fingunt, qva teſtas vacuas replent, eásqve in butyro & aceto frigent, Geſüllete Krebſe.

Aſtacorum multo uſu, Oculorum aciem hebetari, experientia conſtat; nec ſine ratione. Cúm enim difficiles concoctu ſint, flatuum, craſſiorúmqve & glutinoſorum humorum magnum proventum adferant, craſſos ex his caliginoſosqve ſpiritus effici neceſſe eſt;

 qvorum

qvorum perſpicuitatem & ſplendorem ad clariús cernédum neceſſarium eſſe neceſſe eſt.

Aſtacus vivus aceto tuſus expreſſus, gargarizatu faucium medetur inflammationibus, vulgó die Breune.

Succus recens expreſſus cum farina hordeacea & oleo violato, ad Cataplaſmatis conſiſtentiam coctus, Renum fervorem mitigat, Calculiq; coagulum diſſolvit.

Ova auxiliantur morſui Serpentium Venenoſorum.

Teſta oleo Roſaceo permiſta, ſcabiem puerorum ex ſalſis humoribus prognatam ſanat illita.

Menſe Julio uruntur, qvorum Cinis plurimúm exiccat: in Cancro & morſu Canis rabidi laudatum remedium.

Pulvis cum Cranio humano, Eboris raſúra, Cinnamomo & Croco, ex vino utiliter bibitur contra paroxyſmum febrium intermittentium.

Lapilli Aſtacorum Krebs Augen/cordiales ſunt, refrigerandi, ſiccandi & abſtergendi facultate præditi. Calculoſis & ab alto devolutis, commodé propinantur.

Aqva ex carnibus per alembicum extrahitur Hecticis: & ſi Lithontriptica addantur, Calculoſis pro auxilio.

Ungventum potabile rubrum. Rotte Krebsſalbe.

℞. Aſtacos fluviatiles á ſordibus in capite hærentibus repurgatos. No. 60.

Butyri recentis inſulſi deſpumati ℔ ij. ſ.

Aſtaci contuſi ad pultis conſiſtentiam butyro permiſceantur. Add. Cortic. Sambuci recentium M. iij. rad. Laureolæ M. ij.

Cum butyro permixta in lebete ad mediæ horæ ſpacium ferveſiant. Exprimantur per pannum fortiter. Adde iterum.

Sangvinis hircini unc. 1. ſ.

Rad. Pimpinellæ, Urtic. majoris.

Lumbric. terreſtrium purg.

Græci albi an. unc. 2.

Caſtorei drach. 2. Pulveriz. Butyro permixta diligenter frigantur.

Colaturæ adhuc *ferventi* permiſce:

Spermatis Ceti non ranc. unc. ſ.

Boli Armeni q. ſ. ad colorem.

Agitentur probé ad ungventi

gventi conſiſtentiam.

Sangvinis grumos diſſolvit, alvum lubricat. Adverſus Contuſiones, Caſum ex aceto ſeu Cereviſia freqventer uſurpatur pődere drach. 1.

Dorion qvidam apud Athenæum feſtivé admodúm dixit, Locuſtam marinam tria in ſe habere, διατριβὴν καὶ εὐωχίαν καὶ θεωρίαν. id eſt Exercitationem, edulium & contemplationem. Idem Aſtacis noſtris apté accommodari poteſt. Cúm enim integri menſis apponantur, frangendis pedibus & branchiis, Thorace divellendo, Cauda diſtrahenda, manus oculiq́; exercentur: tum edulium eſt cibusq́; Convivis non ingratus. Interea mirabilis & ingenioſa, ſpectatur animalis hujus fabrica.

Barbus ſaxatilis.

Τρίγλη **Ariſt.** **Peuceri** qvód ter in anno pariat. γενεατὶς.

Μυσὸς

Μυσακὸς.

Mullus **Peuc.** á colore mulleorum calceamentorum.

Barbatulus **Cicer.**

Barbatus **Varr.**

Barbo.

Ein Barbe/

Barbel/

Barme.

Piſcis notus & freqvens, ſqvamoſus, craſſiuſculus, aliqvando ad Cyprini feré magnitudinem accreſcens, Capite parvo acutiuſculo, Color Dorſi fuſcus, latera ex fuſco flavent, ventre candido. Pinnas habet ſenas, ſingulas in dorſo & ad podicem: in ventre medio & ad branchias duplices ex rubore liventes, maculis nigris coloratas. Oculi centrum nigrocæruleum, Iris anguſta aureo micat fulgore. Appendices Ori adnatæ qvatuor, binæ ſuperiori, totidem inferiori labro carnoſo, lividæ. Ventriculus nullus. Inteſtinum ad gulam capacius ſenſim graciLeſcens replicatur; cui Jecur apponitur pallidé rubens, inhærente veſicula fellis rotunda cærulea. Splen exigvus ſangvinei coloris, ut & Branchiæ, qvæ qvaternæ utrinq́; duplices, ac in Cyprino. Cor triangulare latiuſculum.

Muſcis, Vermiculis, Muco & Pane veſcitur.

Capitur æſtate vermiculis, nec non noctu manibus, facibus ignitis perterritus. In profundis gurgitibus utplurimúm ſtabulatur Viadri, Bobe-

ri, Qvadi. Præſtat Majo.

Carnem obtinet ſatis laudabilem, candidam, friabilem, ſvavem, Ori gratam, qvamvis mollem, ſpongioſam.

Barbatuli in delitiis habentur, ſanis &, ægris commodi, Sale elixi & aqva menſis inferuntur.

Ova venenata creduntur, adeó ut ſi largiús ſumantur, eos qvi hauſerunt, in magnum vitæ periculum adducant.

Bdella.

φόξινος λεῖος á capite acuminato.

βδέλλα,

Phoxinus lævis Geſn.

Ein Elderitz/ſil.

Elderich/Arliſche/

Bachbamſe/

Milling/

Erling/

Bitter Fiſchlin/

Pfellen.

Piſciculus eſt fœcundiſſimus, viliſſimus, ubivis in rivulis & torrentibus abundans. Cuticula integitur lævi absq; ſqvamis, albicat & flavet ad latera, punctis nigricantibus reſperſa. Pinnarum inferiorum extrema rubent. Venter candicat, in Dorſo, nigro variat colore.

Ovis feré ſemper turgentes reperiuntur. Statim feré ut natus eſt, & admodum parvus adhuc ova habet.

Piſcis neglectus & minús ſvavis, ob fel majus plerunq; amaricat multúm, pauperum cibus.

Elixantur ex aqva & ſale: aliqvando Butyrum addunt cum Petroſelino aut Cerefolio: nonnunqvam acetum & cepas pro ſapore.

Blicca.

Ballerus,

Pleſtya.

Ein Blähe/

Bleye/

Blick/

Blickling/

Breitele.

Latiuſculus eſt piſcis, Bramæ feré ſimilis, at tenuior: cujus pinnæ poſteriores cum Cauda ex rubro livent, ſuperiores fuſcæ. Capite parvo, ſqvamis

ſqvamis mediocribus albicantibus.

Amat profundos lacuum gurgites. Majo cûm parit, ad littora prodit. Hyeme ex lacubus vicinis Glogoviam affertur.

Caro ſpinis referta, non admodúm improbi ſucci: Vilis eſt & parvi precii.

Capito fluviatilis Cæruleus.

Aloſa Nonnullis.
Eine Jeſe/
Jyſe/ſil.
Jentling Geſn.
BrattFiſch/
qvód freqventer toſtus menſis offeratur,
Blauer fluß Alet.

Piſcis eſt latiuſculus, ſqvamoſus, coloris cærulei, præſertim dorſo & partim capite. Latera & Venter argenteo nitent colore. Pinnæ fermé rufæ ſunt & cauda. Longitudo cubitum nõ excedit, nec latitudo tres aut qvatuor digitos.

In Viadro, Bartha, Weida, lacubusqve nonnullis freqvens,

Parit Aprili. Vivit ex vermiculis, Majo præſtantiſſimus eſt, præ pingvedine flavet, & ſapore viget.

Pingviuſculus eſt & ſvavis ſatis, minus veró ſalubris,

Aſſus præfertur elixo. Paratur etiam cum liqvamine croceo. Im geelen Sode.

Capito fluviatilis rapax.

Κορακινος ſqvamoſus & latus, Peuc.
Coracinus fluviatilis,
Corvulus fluviatilis.

Ein Rappe/ Sil.
qvod Corvi inſtar rapax & vorax ſit.

RaubAlet/
FrasAlet.

Sqvamis tegitur latiuſculis, tenuibus, perſpicuis. Longus eſt aliqvando duos cubitos, craſſus, carnoſus, & carne ariſtis plena, longitudine ad latitudinem qvintupla. Dentes ei ſunt in faucibus. Pinnæ fuſcæ ſeu lividæ, Roſtrum latiuſculum.

In

In Viadro naſcitur & capitur, non advena eſt. Parit Martio & Aprili. Duræ & lentæ eſt carnis.

Piſcis admodúm laudatus & boni ſaporis, tum aſſus tum elixus, ſi rité coqvatur, qvod plerịq; ignorant: facilé enim in partes delabitur, ſi in fervidam immittatur. Itáq; ab initio in frigidam ſtatim præparatus immitti debet, ut pariter cum aqva concalefiat.

Charax.

Caraſus,
Ein Kariß.
Karuße/Karußke.
Karas.

Forma ſtaturaqve non multúm á fœtu Cyprini abſimilis eſt, niſi qvód pauló latiore Corpore diſtendatur, & dorſum habeat aſperioribus ſpinis vallatum (unde ei nomen) qvodq; juxta Caudam ſqvamis inauratis magis impalleſcat.

Charax vulgaris,
Caraſus vernaculus.
Gemeiner Karis/
Klein Karas/
Gilblichen/ á colore luteo.

Charax craſſior, longior,
Caraſus dimidius,
HalbKaris/
KarpKaris/
Karrußen/
KarußkenKarp.

In piſcinis, lacubus & fluviis oritur.

Carnem habet dulcem, ſvavem, ſatis laudabilem, Cyprini non diſſimilem.

Cobitis.

Κίχλη, κωβιὸς, κωβίτης, γενειάτης.

Gobio fluviatilis *Agric.*

Cobitis barbatula ſeu Cobitis fluviatilis 3. *Rondel.*

Turdus *Peuc*,

Turdellus,

Fundulus ſeu Fundula *Albert.*

Muſtela fluviatilis minima vel Pœcilias minimus *Nonnull.*

Ein Gründel/ } *Sil.*
Gründling/
BartGründel/
Smerle/ } *Miſnenſibus.*
Schmirlin.

Piſciculus vulgaris notiſſimus, ſpithamam longus, utplurimúm lævis, cirris tenuibus Roſtro barbæ modo pendentibus. Ventriculus longiuſculus phaſeoli feré magnitudine

tudine & forma; qvo diſſecto ſitas aqvaticas alioſq; vermiculos reperi. Pinnis donatur ſenis.

Aqvis & rivulis Montium delectatur limpidis, locis ſaxoſis, petroſis & arenoſis. Cattus maximos & nobiliſſimos gignit. Capiuntur manibus, reticulis, lumbricis terrenis & laqveis hyeme ſub glacie.

Pariunt Martio & Aprili.

Ori ſunt grati, ſvaves, facilis concoctionis, & probi ſucci. Puerperis, febricitantibus commodi & ſalutares.

Cæruleum colorem acqvirunt, ſi aceto vini tepidiuſculo, priusqvám elixentur, aſperſi fuerint.

Caput exenteratum repreſentans vultum virginis, aſſatum Calculoſis medetur.

Cobitis aculeatus.

Δακόλιϑος.

Λιϑόκοπος,

Cobitis fluviatilis 2. *Rondel.*

Muſtela fluviatilis parva imberbis.

Echeneis fluviatilis,

Turdus ſaxatilis.

Ein Steingründel/

Steinſchmerlin/

Steinbeiſſer/

Dorngründel.

Piſciculus ſui generis, priori cognatus & ſimilis, Roſtro acutiore, Coloris ex fuſco viridantis, maculis & lineis nigricantibus varius, non autem rotundus; ſed qvaſi columnalis compreſſus absq; branchiis.

In arena & ſub ſaxis plerunq; ſtabulatur. Leobergæ capitur & alibi. Parit Vere.

Minús ſvavis eſt, neglectus ob carnem duram lentam & mucilaginoſam.

Ichthyopolæ hunc pro lævi, parum cautis vendunt.

Cochlea paluſtris.

Κόχλος,

Κοχλίας,

Concha paluſtris turbinata,

Pfuſ Schnecken/

Waſſer Schnecken.

Forma á terreſtri parúm differt. Oblonga eſt, tenuis, obſcura, acuto turbini ſimilis.

In paludibus nonnullis degit. A cibo abdicantur ob viroſum odorem & ſaporem. Anates mediæ in cibo iis fruuntur.

Digitized by Google

Concha fluviatilis longa.

Cochlea longa dulcium aqvarum,

Waſſer Schnecken.
Lange Fluß Muſcheln.

Teſta operitur ſeu munitur oblonga tenui, extrinſecus ſtriis ſeu lineis, ſecundum longitudinem ductis, rugata, Coloris ſubflavi, ſubviridis, interdum fuſci coloris exterius; interiore parte candida & lævis.

In Piſcinis fluviisq; nonnullis paſſim occurrit.

Virus olet Caro, nullius uſus.

In cibo Qvartanarios ſanare fertur. Ad qvem uſum ſalo conditæ aſſervantur.

Teſtis Pictores ad contemperandos colores utuntur.

Concha Margaritifera.

Concha fluviatilis Margaritas ferens.

Mater Perlarum,

Concha Unionum.
Ein Perlen Muſchel/
Perlen Schnecke/
Perlen Mutter/

Bivalvis eſt Concha, priori non multùm abſimilis, figura longiuſcula, compreſſa, putamine externo fuſco, ſtriis multis ſcabro, intrinſecus veró lævis, lubrica, pellucida Argenti nitore, ut *Conchæ* orientales Margaritiferæ, refulget.

Margaritas hæc gignit minutas qvamplurimas, qvæ ipſi Carnis ſubſtantiæ innaſcuntur.

Magnæ veró trinæ aut plures raró, ſæpiſſimé unica tantùm inſignis inter carnem & teſtam ineſt libera, qvæ divulſis cruſtis ſponté excidit.

Littora incolit arenoſa Qvadi fluvii, qvi in *Sudetis* enatus Sileſiam á Luzatia dirimit, & infra Saganum Bobero infertur.

Caro ejus mucilaginoſa, lubrica, mollis, odoris ferini, ingrati,

Margaritæ

Digitized by Google

Margaritæ Sile-ſiacæ.

Uniones fluviatiles ſeu Qvadi fluvii.

Lapilli Concharum precioſi.

Schleſiſche Perlen.
QueisPerlen/
WaſſerPerlen.

Differunt forma, magnitudine, ſplendore. Aliæ exactè ſunt rotundæ Piſi inſtar: qvædam oblongæ, teretes, cylindricæ: nonnullæ latiuſculæ; aliæ inæqvales.

Qvædam ſunt majores, Piſi Italici magnitudine: aliæ minores: multæ longiuſculæ: plurimæ Milii aut papaveris ſemen æqvant.

Colore etiam diſcernuntur.

Minùs nitent parvulæ, majores partim fuſcæ ſunt, partim rubent, ac ſi eſſent cruore perfuſæ: Nonnullæ in extremis argenteo nitét candore, in medio rubent, Paucæ perfectæ, integrè maturæ deprehenduntur.

Elegantiſſimæ ac pulcerrimæ in arena extra Conchas á Piſcatoribus ſæpè leguntur.

Margaritas in ipſis Conchis qvovis anni tempore reperire licet.

Qvidam turbidas & imperfectas Gallinis ac Columbis devorandas offerunt, inde candidiores fieri perſvaſi.

Margaritæ ob ſplendorem & puritatem Cordi amicæ, Oculis gratæ. Siccant, abſtergunt, roborant. Cordialibus, Ocularibus medicamentis & dentifriciis commodè adduntur.

Cyprinus.

Κυπρῖνος.
Cyprianus *Dor.*
Cyperius *Oppiani.*
Carpo, Carpus.
Carpa, Carpena.
Ein Karpff/
Karp.

Piſcis patriæ huic plusqvám notiſſimus, & menſis, Autumni fine hyemisq; initio freqvens.

Digitized by Google

Gregalis eſt, latiuſculus, ſqvamis latiuſculis refertus, pinnis qvaternis, duabus ad branchias, una in dorſo & ventre donatus. Branchias habet utrinq; qvaternas easq; duplices. Roſtrum, cui aſſunt bini cirri ſeu apophyſes, porrigit & retrahit. Palatum carnoſum admodúm & molle, ut niſi diligenter inſpexeris, lingva id eſſe videatur. Colore ventris albicat, ad latera ſubflavus, Dorſum ſubfuſcum. Inteſtinum replicatur & ſurſum recurrit, cui annexum Hepar cum felle ſubcæruleo amariſſimo. Veſica duplex.

Limo & muco nutritur, non item carne.

Cyprini alii ſunt

Lacuſtres, qvi in Lacubus oriuntur & creſcunt, maximi ſunt & pingves See Karpffen.

Fluviatiles, qvi in fluminibus magnis, Viadro, Bobero, Niſſo, Catto, Qvado, & aliis vitam agunt.

Piſcinarum, Weiher Karpffen/ Teich Karpffen/ qvi in lacubus arte factis ſeu piſcinis, paſſim á Nobilibus & Villicis aluntur propagantur, cúm victus túm qvæſtus gratia.

Cyprinus mas Ein Milcherne Karpff.

Cyprinus femina, Ein Rogerne Karpff.

Cyprinus maximus Ein groſſe Heubt Karpffe.

Cyprinus admiſſarius Eine Sahm Karpffe.

Qvovis Anni tempore, qvinqvies aut ſexies, ex ſententia veterum partum faciunt. In Sileſia noſtra verno tempore utplurimúm partus peragitur. Vada petunt cúm parturiunt, ac ſæpenumeró ſingulas feminas, Mares 12. 13. aut qvatuordecim ſeqvuntur. Mox femina Ova procedendo emittit, & mutans continuó parit, qvó fit ut diſſipari ova neceſſe ſit, videlicet ea qvæ non in materiam inciderint aliqvam: ſed Cyprinus tunc ea cuſtodit, cúm congeſta repererit. Hinc Piſcinarum præfecti opinantur fœtum Cyprinorum interire, ſi Cyprini admiſſarii é piſcinis exemti fuerint.

Pro ætate varié appellantur.

1. Fœtus annuus Striech/ Einſommeriger Sahme/ Setzlige/ Jähriger Sahme primo anno.

2. ſecundo anno, fœtus bimus

mus Zwey Jährigter Striech/ Sprel.

3. tertio, fœtus trimus, drey-jähriger Striech.

4. qvarto, Carpæ Karpffen.

Fœtum Cyprinorum bimum interire, ſi in profundum Piſcinarum injectus fuerit, ſuffocari ſeu interire qvi dam crediderunt.

Inter Cyprinos præferuntur fluviatiles : dein qvi in piſcinis, qvæ rivulos Montium ſeu aqvas limpidas recipiunt, enutriuntur.

Caro Cyprinis mollis, pingvis, non inſvavis : abundé nutrit, minimeq; mali ſucci.

At freqvens ejus uſus ventriculo frigidiori nocet, nec non Calculoſis, & Colicis doloribus divexatis: Pituitoſum enim & frigidum ſuccum gignunt, facileq; obſtructiones pariunt, nec non Qvotidianas febres gignunt.

Optimi ſunt Autumni fine, & hyemis initio, ubi piſcinis eximuntur, & vivariis per hyemem reſervantur.

Apparatus horum varius eſt: Vel enim ſimpliciter aqvâ addito ſale elixantur: vel liqvamine cum lardo, pane candido teſſellatim inciſis ex aceto frixis perfunduntur. Karpff im Specke geſotten. Alii variis liqvaminibns ex aceto, vino, additis aromatibus, Melle aut ſaccharo condiunt, Karpffe in der Würtze.

Aliqvando ſuper carbones ignitos aſſantur, Brat Karpffen.

Caput præfertur ob ſaporis præſtantiam. Inteſtina cum Hepate vulgó das Karpffengebündel/in deliciis habentur, cum Pipere, Zingib. & ſale eduntur.

Pingvedo illita, Nervos ex calida cauſſa dolentes lenit.

Fel illitu, Oculorum nubeculas diſcutit.

Lapis Carpioni in faucibus forma triangulari, magnitudine & figura feré Lupini, naſcitur Karpffenſtein / qvi ore detentus flavæ bilis ebullitionem & ardorē infringit, Calculos exterit, á Colica præſervat, Narium hæmorrhagiam cohibet tritus, & cum lanugine Cydoniorum immiſſus. Contra Caducum á qvibusdam commendatur.

Supra Oculos exiſtunt alia duo offiicula, ſemicircularia, altera parte qvaſi denticulata, qvæ á feminis nobilibus

 diligenter

diligenter adverſus Lunaticum morbum reſervantur.

Cyprinus latus.

Κυπρῖνος πλατὺς,
Αβραμὶς Bellon.
Praſinus Albert.
Praſſius,
Abramis fluviatilis & lacuſtris,

Brama,
Breſma.
Ein Breſſe/
Braſſe/
Prachſme/
Pleze March.
Breiter Karpff.

Piſcis eſt fluviatilis & lacuſtris latiſſimus. Capite parvo, pro Corporis magnitudine, Dorſo repando & cultellato, Corpore compreſſo, ſqvamis magnis albicantibus tecto.

Viadro & lacubus Ducatus Glogovienſis familiaris.

Capitur hyeme & æſtate.

Carnem obtinet non ingratam, at ſatis difficilem.

Freqventiùs aſſus offertur: qvamvis etiam elixetur:

Fumo exiccatur in cibum pauperum.

Erythrinus.

Ερυθρόπτερος,
Rutilus á pinnarum colore.
Ein RottFieder.

Minor eſt Rubellione, ſqvamis groſſis latiuſculis, pinnis rubentibus non Oculis.

In lacubus & piſcinis freqvens.

Caro ariſtis referta & minùs proba.

Gobio fluviatilis

Auſonii.

Κώτυφος Peuc.
Ανθρωποφάγος,
Merula,
Turdus Nonn. impropriè.
Ein Kreſſe/
BachKreſſe/
SandKreſſe/
Smerlen. Nonn.

Ex eorum eſt numero, qvi perpetuó manent parvi, ſqvamulis ad latera argenteis & dilutè cæruleis tectus. In dorſo fuſcus, punctulis nigris varius. Venter albet. Pinnæ ad branchias ſubrubentes & in ventre binæ. In dorſo & extremo ventre ſimplex cernitur.

Gregalis

Gregalis eſt, & Martio parit: qvamvis ſint, qvi ſingulis menſibus eum partum edere affirment,

Veſcitur vermibus, piſciculis & limo.

Fluviis, rivulis & torrentibus familiaris: in qvibus hamulis, ſcirpiculis, & retibus per integrum annum ferè capitur.

Svavis eſt & concoctu facilis, ſimulq; ad digeſtionem & ſucci bonitatem optimè comparatus.

Apparantur ut Funduli. Aliqvando farina triticea involuti cum butyro frigentur.

Gobio fluviatilis capitatus.

Κῶττος,
Κωβίτης *Peuc.*
Κίττη,
Κοττὶς á Capitis magnitudine.
Cottus *Geſn.*
Capito,
Ein Müller/
Kaulheubtlin/*Peuc.*
KaulFiſch/
Groppe/
Kopp.

Piſciculus eſt lævis, Corpore oblongo ſenſim in acutum deſinente, coloris cinerei, capite magno, latiuſculo. Ventriculus ejus Ricinum refert.

Fluviatilis, & torrentibus notus optimus, qvi in aqvis limpidis ſub ſaxis capitur.

Capitones guſtu ſunt ſvaves & dulces, Carnis mollis, nec lentoris expertes. Succum gignunt probum & laudabilem.

Tabidis & Phthiſicis commendantur.

Lampreta major.

γαλεώνυμος,
γαλεξία,
Αστερίας,
Εχενηΐς *Oppian.*
μύραινα ποταμία.
Muræna *Paul. Iovii.*
Muræna fluviatilis.
Muſtela *Plin. Maſſar.*
Muſtela ſtellaris *Peuc.*
Lamperra á lambendis petris: ſeu á fulgore
Oculata major.
Ein Lampred/*Sil.*

Lamprey/
Lamprell/
Groſſer NeunAug.

Piſcis eſt marinus & fluviatilis, veteribus incognitus. Angvillis vel potius parvis Murænis aſſimilatur, lubricus colore cæruleo ſubnigro, ſeptem parvis fiſtulis ſeu foraminibus mirabili ordine diſtinctis aqvam reddens. Os ei patulum orbiculari figura ſine dentibus.

Veris initio fluvios ingreditur, ut illic ova pariat, in Mare deinde rediturus.

Rariſſima eſt,& minus nota Sileſiæ. Ad Croſſenam in Viadro aliqvando capta fuit.

Veriſimile hunc piſcem vilem fuiſſe olim, nec menſis lautioribus apponi ſolitum: cúm nulla ejus mentio á qvoqvam Veterum facta fuerit.

Hodie in delitiis habentur á Magnatibus. Svaviſſimæ ſunt, ſed Martio & Aprili tantúm: at ſuccum gignunt viſcoſum & glutinoſum, qvi difficulter conficiatur.

Lampreta media.

γάλεος λᾶος Peuc.
ἐννεόφθαλμος,
τυφλῖνος,
Muſtela lævis,
Muſtela parva fluviatilis
Oculata minor,
Lampreta minima *Rondel.*
Lumbricus aqvaticus minor.

Ein NeunAuge/
NeunOcke.

A priori magnitudine ſaltem differt,& in Viadro circa Beutenã poſt natalitia Chriſti ſub glacie magno *numero*, Martis circa Boleſlaviam in Bobero capitur.

Aqva & ſale elixæ,cúm turgent ovis, ut delitiæ menſis Nobilium inferuntur. Cúm aceto & pipere frigidæ eduntur.

Fumo induratæ vulgó, nomine Brücken: aſſæ veró aromatibus reſperſæ aceto conditæ,nomine Morenen/ad nos feruntur ex Belgio & Boruſſia.

Guſtu ſunt ſvaves, ſed difficilis concoctionis.

Lampreta minima.

Lampetra minima 1. *Geſn.*
Gobio fluviatilis,
Lumbricus fluviatilis minimus,
Saximorda,

λιθόκοπος,

λιθοκόπος,
Ein Steinbeiße.

Lampetræ genus minimum, calamo ſcriptorio Anſerino pauló craſſius, palmos ij longum, colore obſcuré ſubcæruleo, ventre argenteo, fiſtulis utrinq; ſeptenis. Oculis binis nigris, qvos ambit circulus candidus. Cauda latiuſcula. Martio & Aprili, cùm ſemine turgent, in rivulis & fluviis limpidiſſimis capiuntur: reliqvo Anni tempore profundis gurgitibus, catenatim qvaſi implicatæ, in arena deliteſcunt. Tunc etiam temporis cibo inutiles.

Saxum perpetuó mordent, qvibus Hirudinum inſtar adhærent.

Caudis & capitibus abſciſſis ac purgatis, aqva addito ſale elixantur, cum pipere & zingibere menſis offeruntur, divitum delitiæ, qvas Pauperes negligunt.

Gravioris ſunt concoctionis, & ſangvinem gignunt craſſum ac bilioſum.

Lampreta minima cœnoſa.

Lampetra minima 2. Geſn.
Lampreta minor ſpuria,
Cœcula,
Pœcilias minor Nonn.
Ein MurNeunAugk/Geſn.
Schlambeisker/
Querder/ } Sil.
SchlamQuerder/

Priori adeó ſimilis, ut Nonnulli pro vera in cibo uſi ſint.

Ejusdem magnitudinis & formæ, fiſtulis totidem, ſeptem nimirùm, ſed Oculis orba, coloris ex fuſco ſubvirentis ſeu cinerei, Sangviſugarum feré linea, ácapite craſſiuſculo ad caudam per Dorſum dilutiore porrecta.

In luto & cœno qvovis tempore deliteſcit & occultatur.

Menſis non admittitur, utpote ſordida & cœnoſa. Hamis infigitur á piſcatoribus ad in eſcandos Thymalos, Angvillas, Lucios, alioſq; piſces.

Lucio-Perca, Geſn.

Aſellus fluviatilis,
Ein Zehend/ }
Zant. } Sil.
Schill.
NagMaul.

Piſcis eſt longus aſper ſqvamoſus, medius inter Lucium & Percam. Capite & roſtro

Lucium refert, reliqvo Corpore Percæ ſimilis, & maculis nigris varius. Pinnæ livent, extremis apicibus rubentibus. Aliqvando cubiti longitudinem excedit.

In Viadro freqvens. Vorax & rapax eſt ac ſarcophagus.

Captura ejus circa Beutenam, Glogoviam, Steinam, Vratislaviam & alibi. Aprili parit.

Mire pingveſcit. Carnem obtinet candidam, lentam, concoctu difficilem; at ſvavem & laudabilis ſucci.

Sale maceratus doliis includitur & in varia loca devehitur.

Fumo etiam induratur.

Lucius.

Λάβραξ, *Nonn. falſ.*

Λύκος,

Lupus,

Ein Hecht.

Longus eſt Piſcis ex Aſellorum genere, voraciſſimus & edaciſſimus, fluviis, lacubus atq; aliis dulcibus aqvis peculiaris, Color ei per Dorſum fuſcus, ad latera ſubflavus, Ventre albo, ſqvamis minutis denſiſſimé cōpactis. Pinnæ ad branchias & Ventrem binæ, totidem ad caudam, ſuprá & infrá unica dilutè fuſca. Branchiæ ſenæ, utrinq; ternæ. Oculi nigri. Iris aurea. Cor ſub branchiis minutum ſaturè ruber. Hepar longiuſculum ſimplex pallet, cui anteriore loco fel jungitur majus *cæruleum.* Ventriculus oblongior, Inteſtinis continuus, qvæ ut Cyprini replicantur. Splen latiusculus ferè Cordis figuram æmulatur, ſangvinei coloris.

Partus ejus numeroſior vere perficitur.

Rex atq; tyrannus aqvarum, Piſces ad ſui magnitudinem devorat, Pari qvoq; ſui generis non parcit, & propria ſemina perſeqvitur.

Horum inſignis captura in Bartha fluvio, ubi ſale macerati & condiuntur, & fumo exiccantur.

Varia á Coqvis & Piſcatoribus ſortiuntur nomina.

Lucii

Digitized by Google

Lucii maximi, Groſſe Heubt-Hechte.

Lucii mediocres, Mittel-Hechte/ Schüſſel-Hechte.

Lucii parvi, Zahl-Hechte.

Lucii Martiales, Mertz-Hechte.

Lucii lacuſtres, See-Hechte/ nigricant.

Lucii fluviatiles, Fluͤß-Hechte/ albent.

Lucii in Viadro capti, Oder-Hechte.

Lucii piſcinarii, Teich-Hechte.

Commendantur fluviatiles, juniores, mediocres, qvi teneri, boni ſucci, & ſtomacho idonei. Maximi veró, & qvi jam conſenuerunt, carnem habent duram, tenacem, difficilimæ concoctionis, Ventriculo moleſtam, & qvæ difficilé excernatur.

Carne præditus eſt Lucius alba, duriuſcula, non multi alimenti, Εὔπεπτ@, & optimi ſucci, Carnem gignit tenuiorem.

Variis modis apparatur á Coqvis.

Vel enim integri torrentur ſupra carbones ignitos, butyro illiti.

Vel infarciuntur mixtura ex Pane candido, Ovis, Carne propria, Saccharo, Petroſelino, Majorana, Roſmarino, Butyro, additis Pipere, Zingib. Macis, Caryophyllis Sale, & deinde aſſantur, ac menſis inferuntur ſimpliciter, aut liqvamine aromatico perfuſi, Gefüllete Hechte.

Vel diviſo Ventre ſecundum longitudinem, in craticula, ſuppoſitis carbonibus ignitis, torrentur, & brodio ex aceto, butyro & multo Pipere ac Zingibere perfunduntur, Ein Kohl-Hecht.

Elixantur pluribus modis:

1. ex aqva cum ſale elixantur, qvi ſi priús aceto vini calidiuſculo imbuti fuerint, pulcerrimũ colorem acqvirunt, Werden ſchóne Blaw/ vom anbláhen. Cum aceto vini offeruntur.

2. elixantur & cum jure albo ex aqva, butyro & radicibus Petroſ. præparantur.

Digitized by Google

Alii addunt tantillum aceti: cum mica panis candidi pro ſapore. Hechte in der ſauern Butter.

Hæc præparatio ægris accommoda.

3. ex vino coqvuntur, additis Limonibus, mica panis candidi, aromatibus, Zingib. Cinnam. Pipere, Croco, ſaccharo condiuntur. Hechte in Lemonien.

4. Alii liqvamini ex Cepis copioſis, multo pipere, Croco, Zingibere, immergunt & menſis inferũt, more Polonorum. Hechte im Polniſchen Sode.

Ova abjiciuntur ut inutilia, cúm nauſeam & diarrhœam commoveant, inſtar Barborum.

Cor Lucii adverſus febrium paroxyſmos devoratur.

Fel in Oculorum affectibus haud contemnendi uſus.

Exta cum jecore, felle, inciſa, & additis herba & ſem. fœniculi deſtillantur. Liqvor viſum egregié acuit.

Pingvedine plantulas & pectuſcula infantulorum feminæ illinire ſolent, contra tuſſim ex calida cauſa prognatam.

Mandibulæ ſiccatæ Hechtkyfer/ in pulvere adverſus Pleureſin, Renum ſabarram, Veſicæ calculum, Alba Mulierum menſtrua, Secundas retentas, ex vino & aqvis appropriatis bibuntur.

Cinis ad ulcera inveterata, tineas, & Melicerides Chirurgorum Gliede Waſſer/uſurpatur.

Piſciculi in ventriculo ejus reperti, ſiccantur, & á paupercula plebe, tabe conſumtis propinantur. Zehr Fiſche.

Oſſiculum in capite Lucii, Crucis figura, periapton ſingulare Qvibusdam, adverſus incantamenta, ſuperſtitioſum.

Lucius candidus.

Ein weiſſer Hecht/

Ante qvadriennium in piſcina qvadam ampla baronatus Trachebergenſis, repertus fuit Lucius albidi coloris, longitudine cubiti unius & ſemis, Ore, pinnis, notis, maculisq; per Corpus rubentibus.

Murænula Sileſiaca.

Albula Sileſiaca lacuſtris.
Albiculus lacuſtris.
Murænichen / ab oppidulo Marchiæ Moryn / ubi freqvens ejus captura.
Murenen/

Morenen.

Morenen.

Piſcis eſt lacuſtris ſqvamoſus, ex Alburnorum genere, qvi vulgó Ocklelein / qvibus colore& magnitudine reſpondet. Halecis feré ſimilis, longitudine duorum palmorum, dorſo latiuſculo, ſqvamulis argenteis.

Hæc cum Smyræna illa Romana nihil commune habet, niſi forſan ſvavitatem intellexeris. Piſcis enim pelagius eſt, duos cubitos long9, Angvillæ aſpectu proximus, ſed latior, pelle lubrica, dentibus longis acutiſſimis in os recurvis. Sarcophagus eſt, & frigidioribus hyemis menſibus latet in ſaxis, & parit qvocunq; tempore. Extra aqvam longiori tempore vivit. Carne molli & pingvi, ut Angvillarum. In tanto honore á Romanis fuerunt habitæ, ut iis magno ſumtu vivaria ædificarint, (autore Varrone) magno implerint, & tandem magno aluerint. *Plinius* refert *lib. 9. c. 55.* Muræ narum vivarium primum ex cogitaſſe Hirtium ante alios, cœnisq; triumphalibus Cæſaris Dictatoris ſexmillia numero Muræ narum appendiſſe. Idem ſcribit, Hortenſium Oratorem Muræ nam adeó dilexiſſe ut exanimatam fleviſſe credatur.

Noſtra veró Murænula ſqvamoſa eſt, lacubus qvibusdam inferioris Sileſiæ familiaris, veluti qvi ſunt ad Sviboſium & ad Paradyſum. Bis in anno parit.

Captura ejus fit hyeme utplurimúm ſub glacie, & circa ſolſtitium æſtivum. Qvamprimúm extra aqvam venerit, moritur.

Caro ejus candida, mollis, dulcis, ſvavis, ori grata, boni ac laudabilis ſucci, adeó ut in Piſcium delitiis non poſtremas partes habeat.

Elixantur aqva fervente, & ſale condiuntur, & cum aceto menſis inferuntur. Etiam frigidi eduntur cũ aceto.

Sale conditi etiam cadis asſervantur, & uſus tempore elixi ex aceto eduntur.

Muſtela fluviatilis.

Σαῦρος,
Muſtela *Bellon.*
Gobius fluviatilis *Iovio.*
Lota gallica *Rondel.*
Lacertus *Eber. & Peuc.*
Ein Ohlrup/
Aalrup/
Aalraup/

Truſche.

Piſcis eſt ex Angvillarum genere, longiuſculus, craſſus, capitoſus, pelle obſcura, aliqvando ſubflavente, maculis & punctulis innumeris ceu aſteriſcis nigris & luteſcentibus reſperſa, Venter albus eſt. Pinnis donatur ſenis lividis maculoſis, qvatuor ad branchias ſitæ ſunt, &qvidem majores duæ ad latera, reliqvæ minores in imo ventre. Duæ tandem ſolitariæ, una Dorſi, altera ventris: utraſq; á media feré piſcis parte ad Caudã perpetué excurrentes Cauda excipit latiuſcula maculis obſcuré cæruleis plena. Podex in medio feré ventre apparet. A Mento Apophyſes dependent longiuſculæ ternæ: binæ aliæ minutiſſimæ ad latus utrumq; Mandibulæ ſuperioris, ceu vermiculi qvidam viſuntur.

Oculi cærulei, Iride emicante aurei coloris.

Oris rictum ampliſſimum Ranæ inſtar conſtituunt aſperiuſculæ. Lingva albet lata.

Faucibus apponitur Gula ampla, qvæ recipit Ventriculum craſſum, intus rugoſum, plicis acetabulisqve refertum, forinſecus ad Inteſtini exortum appendiculæ plurimæ Lumbricorum inſtar hærent, eum nonnihil amplexantes. Inteſtinum ſenſim gracileſcens, ad podicem feré Avellanæ minoris magnitudine protuberat, excrementa collecta per podicem rejiciens. Hepar pallet maximum, cui jungitur Fel longiuſculum, transparens & inſtar Smaragdi virens. Lien obſcuré rubet, triqvetræ feré figuræ longiuſculus.

In Capite gerit oſſiculum ſeu Lapillum duplicem Percarum feré, candidum, triplo majorem. Differt magnitudine & Colore.

Auſonius.

Qvæq; per Illyricum, per ſtagna binominis Iſtri,
Spumarum indiciis caperis Muſtela natantum,
In noſtrum ſubvecta fretum: ne lata Moſellæ
Flumina tam celebri defraudarentur alumno.
Qvis te naturæ pinxit color? atra ſuperné
Puncta notant tergum, qvâ lutea circuit Iris,

Lubrica

Lubrica cæruleus perducit tergora fucus.
Corporis ad medium fartim pingveſcis: at illinc
Usq; ſub extremam ſqvalet Cutis arida Caudam.

Nutritur limo, muco, ligno putrido, nec piſciculis parcit.

Ter in anno partum edere Piſcatores obſervarunt, circa ſolſtitium hybernum, nimirúm Decembri, Aprili & Autumno.

Fluviatilis eſt, & in Viadro, Bobero aliisq; fluviis hyeme & æſtate capitur.

Carne donatur dulci, candida, palato non ingrata, qvæ minus lentoris obtinet qvám Angvillarum.

Mucus ſeu lentor aqva fervente, vel potius Cutis detrahitur, dein aſſatur, vel elixatur vino, aceto, Aromatizatur Zingib. Pipere, Petroſelino & aliis, qvibus ſapor melior fit, & lentor corrigitur.

Hepar pro ſummis deliriis habetur. Ejus liqvor calore Solis vel fornacis in vitro reſolutus, adverſus Oculorum nebulas & maculas magnæ commendationis.

Stomachus commendatur potu in Matricis affectibus, Trahit mirabiliter ſecundas hærentes aut relictas á partu: tormina etiam ventris mitigat & aufert. Spina vino abluta, ſiccata in pulvere, Morbum Caducum, Nobilium feminarum uſu, expugnat.

Muſtelam fluviatilem cum Ranis aqvaticis coire Qvidã crediderunt, ſed contrarium Experientia evincit.

Naſus piſcis.

Σιμὸς Geſn.
Platyrinchos,
Labeo,
Chelon fluviatilis,
Naſo, Naſutus.

Ein Naſe/
Schreiber/
Aſche.

Piſcat. Vratiſlavienſibus.

Piſcis eſt plebejus é Leuciſcorũ generé, Capitoni fluviatili non diſſimilis, magnitudine palmorum trium aut ſpithamæ unius, rotundus feré, ſqvamis mediocribus.

Latera

Latera & Venter argentei ſunt candoris, Dorſum ad cæruleum tendit, circa Caput ſubflavet. Oculi iris aurea. Pinnas habet miniati coloris ſex, ſingulas in dorſo & circa podicem, duas ad branchias, totidem in ventre medio. Cauda ejusdem coloris ſinuata. A capite utrinq; per medium piſcem excurrit linea fuſca ad Caudam usq;. Os ejus veluti labra habere videtur. Labrum ſeu Roſtrum ſuperius craſſum, ſimum, obtuſius. Nares patulæ ſunt, Branchiæ octo, utrinq; qvatuor. Viſcera tunica nigerrima involvuntur. Inteſtina replicantur, qvibus adjacet Hepar longiuſculum ſine felle. Oſſicula tenuiſſima circularia crenata in occipitio hærent.

Parit vere, Aprili & Martio.

In fluviis degit, Viadro, Catto & aliis.

Limo veſcitur. Aprili capitur, ubi pingvior & melior eſt.

Caro ejus mollis, pingvis, laxa, minús grata, ſpinulis referta. Aſſa melior qvám elixa. Vilis & neglectus piſcis.

Perca major.

πέρκη ἀπὸ περκαίνειν, id eſt variari. περκίς.

Perca qvaſi parca per ἀντίφρασιν qvód minimé parcat: vel qvaſi porca, á ſpinis qvibus in Dorſo inſtar ſetarum Suillarum muniuntur.

Ein Perſke/
Beerſing/
Beerſich/
Pars/
Egle.

Piſcis & amni & lacui communis, toto Corpore ſqvamoſus & argenteus, virgulis, lineisqve ſubrubentibus varius. Branchias habet utrinq; qvaternas easq; duplices, noviſſima excepta. Ventriculus amplior longiuſculus, ſub cujus medio enaſcitur Inteſtinum, tribus apophyſib9 donatum, inter qvas hæret veſicula fellis, inſtar appendicis longiuſcula. Podex in medio feré eſt Corpore. In *dorſo* impares eminent *aculei*, tenui inter ſe membrana conjuncti, Pinnæ rubent.

Ἰχθυοφάγος eſt, omnis generis piſciculis nutritur, nec ſui generis parcit, & Aſtacos aggreditur. Aliqvando in e-

jus

Digitized by Google

jus ventre integer repertus fuit.

Vere & Autumno parit in profundis gurgitibus. In partu continentem emittit fœtum ſuum, eo qvo Ranæ modo. Adeó enim fœtus ipſe continuo filo ſibi cohæret, ut eum piſcatores interdum ex arundinetis colligant.

Omni tempore in cibum recipiuntur. Meliores ſunt Auguſto & Septembri. Præferuntur fluviatiles.

Differunt ætate. Primo anno Horni, Hürlinge qvaſi Heuerlinge. Secundo anno Stichlinge/ id eſt ſpinoſi, ab aculeis in dorſo binis ſeu ternis: Tertio anno Ealin/id eſt Perculæ: Qvarto Rhelinge/ Percæ perfecti.

Perca maximus, Ein groſſer Heubt Perſke.

Perca truncalis, Ein Stockperſing/ á truncis in qvibus occultatur.

Perca torqvatus, á circulo qvi ipſum ambit albo, Ein Ringel Perſing.

Perca fluviatilis Ein Flüs-Perſing.

Perca lacuſtris Ein See-Perſing.

Alimentum Perca gignit ſaluberrimum, & qvod concoctu facile eſt.

Caro ejus duriuſcula, friabilis; ſvavis, laudabilis ſucci, Langventibus, ægris, febricitantibus, puerperis & vulneratis ſalubris.

De qvo Auſonius cecinit.

Nec te delicias menſarum Perca ſilebo,
Amnigenos inter Piſces dignande marinis.
Solus puniceis facilis contendere Mullis,
Namqve & guſtus iners, ſolidæq; in Corpore partes
Segmentis coëunt, ſed diſſociantur ariſtis.

Præparatur ad cibum ut cæteri ſaxatiles.

Jus ex Percis alvum emollit.

Coërcent carcinomata Percarum ſalſorum capita.

Lapillos binos & rotundos Perca in capite fert, juxta ſpinæ Dorſi initium, qvi contra Calculum laudantur.

Perca rotundus.

Perca fluviatilis minor.
Cernua fluviatilis *Bellon.*
Aurata fluviatilis *Trag.*
μεγαλοφυὴς *Eb. & Peuc.*
Ein Kaulperſich/

 Kaulbars/

Digitized by Google

Kaul Bars/
Gold Fiſch/

Piſcis fluviatilis Percæ cognatus, ſed varius, notis plurimis aureis inſignis, Trutæ non abſimilis.

Caudam habet nigris lineis diſtinctam.

Paſſim in fluviis capitur.

Perca minor εὔχυλος eſt, & ori gratus, Majorem antecellit. Lapillos gerit in capite candidos, longiuſculos, planos, ſeminis Lini magnitudine, altera parte qvaſi dentatos, proportione tamen piſcis. Kaulperſing ſtein.

Ad Calculum amovendum efficax medela. Cordialibus etiam medicinis & dentifriciis miſcetur.

Pœcilias.

ποικιλίας id eſt varius.

γάλεος ποικίλος Eb. & Peuc. Cobitis varius.

Muſtela foſſilis ſeu varia Agric.

Ein Beiſſker.
Schlambelßker/
Pful Fiſch/
Schachtfeger/
Polniſche Grindel.

Vilis & contemtus eſt piſcis, lubricus, ſpithamalis ferè lōgitudinis, Gobioni *fluviatili* ſimilis, at major & colore varius. Dorſum cinereum plurimis notis & maculis transverſim pingitur. Ad latera utrinq; lineæ candidiuſculæ & obſcurè rubentes *porriguntur*.

Venter albicat, maculis & punctis flaventibus conſperſus. Branchiæ utrinq; qvaternæ. Ab ore cirri ſeu carneæ particulæ inſtar barbæ eminent, qvas nando extendit, extra aqvam contrahit. Pinnis donatur ut Cobites ſenis. Ventriculꝰ longior, Inteſtino ſimilis.

Lutoſis & cœnoſis aqvarum locis vitam agit, copioſus in Viadro, aliqvando *latrinarum* ſordes ſectatur.

Longo tempore *aſſervan*tur vivi, aqva ſimplici in vitro anguſti orificiii incluſi.

A tenuioribus, & Polonis maximè menſis adhibentur.

Mali

Mali odoris ſunt utplurimum, limúmqve ſentiunt: inſvaves & mucoſi. Succum gignunt pravum, lentum & viſcidum, utpoté qvi improbo & impuro utantur alimento.

Priuſqvám elixentur, probé purgandi & ſale abluendi: deinde liqvamine acidiuſculo nigro perfunduntur.

Rubellio.

Ερυθρόφθαλμος
Erythrinus Peuc.
Rubellus,
Rubiculus.
Rutilus,

Rott Auge/
Röttele.
Plötzen.

Latiuſculus eſt, Albulis ſimilis, ſqamis argenteis nitens. Dorſum purpuraſcit, ventre pallido. Oculorum circulus miniatus pupillam cingit nigram. Os rubet. Pinnæ inferiores & Cauda Cinnabrium imitantur colore.

Marem non reperiri varium eſt credere.

Piſcis cuivis notus, fluviorum, lacuum & piſcinarum incola.

Palato non ingratus, præſertim ſi pingvis fuerit. Caro mollis, ſpinis referta; ob id minoris æſtimationis.

Salmo.

Σάλαγξ,
Elox,
Eſox Peuc.
Salmo á ſaltando, qvód ſaltet citra montes.

Ein Lachs/
Salm/

Ein Salm/ Majo, } Helve-
Lachs/ Autumno. } tiis.

Maximæ nobilitatis & gratiæ apud Sileſios piſcis, grandis, ſqvamoſus. Dorſum purpuraſcit obſcuriús, ſupinum, ad latera dilutiús & ſvaviús cum ſplendore, punctis nigricantibus paſſim conſperſum. Venter totus albus. Branchiæ qvaternæ utrinq; coloris ſangvinei.

Pinnæ viſuntur in dorſo qvatuor, qvinæ in ventre. Oris rictus parvus. Lingva alba oſſea ſpinoſa, Oculi Iris ſubrubra pupillam claudit nigram.

Digitized by Google

Anadromus eſt. Viadrum ſubit é Mari Pomeranico, in qvo melior & præſtantior redditur. Virus enim illud marinum exuit. Cujus aqva ſemel guſtata, vix in Mare regreditur. Autumno parit in fluviis, fœtus tandem Mare repetit, & in eo adoleſcit: ex qvo dein iterum fluvios aſcendit. Vere plerunq; capitur, Circa Beutenam, Glogoviam, Steinam & Vratislaviam, tunc & melior. Autumno pejor eſt & vileſcit.

Caro ejus rubet, plana, pingvis, Ori grata, & Stomacho idonea.

Flatus gignit & ſuccum craſſiorem, ac difficulter concoqvitur. Cúm probé confecta fuerit, copioſé nutrit.

De Salmone Auſonius in Moſella.

Nec te puniceo rutilantem viſcere Salmo
Tranſierim, latæ cujus vaga verbera Caudæ,
Gurgite de medio, ſummas referuntur in undas,
Occultus placido cúm proditur æqvore pulſus.
Tu loricato ſqvamoſus pectore frontem
Lubricus, & dubiæ facturus fercula cænæ,
Tempora longarum fers incorrupte morarum,
Præſignis maculis Capitis: cui prodiga nutat
Alvus, opimatoq; fluens Abdomine venter.

Recens ſvavis eſt, & ori gratus, ſalitus multum de bonitate amittit: fumo induratus ſaporis ingrati, *difficilis* concoctionis, *& pravi ſucci.*

Silurus.

σίλουρος á σείω & ουρὰ á movendo caudam.

Αιλουρος *Dioſc.*
Amia *Ebcr. & Peuc.*
Acchia *Accolis Danubii.*
Solaris vel Solaus, qvód Soli in ripis fluminum ſe exponere delectetur.
Velſus,
Ein Welß/
Wilß/
Weller/
Salutt/
ScheideFiſch.

Piſcis fluviatilis ſemper, ingentis magnitudinis, effigie Gobium ſeu potius Muſtelam fluviatilem refert. Cute nigra, ſeu fuſca & lubrica, maculis obſcuré flaventibus nonnunqvam

Digitized by Google

nunqvam reſperſa. Caput prominet magnum, Os amplum, Maxillæ aſperis denticulis ad retinendam prædam refertæ. Oculi minutiſſimi albicant pupilla nigra; juxta qvos cirri ceu cornua viſuntur. Ad Mentum appendices propendent. Venter totus ſubflavet. Pinnis donatur ſeptem fuſcis, & branchias obtinet octo, qvatuor utrinq;.

Hepar ſubminiati coloris minutum, dulciſſimum ac delicatum, Ventriculo craſſiusculo adjacet. Lien ſangvinei eſt coloris. Felle dilutè cæruleo maximo.

In vaſtitatem ac longitudinem maximam creſcit, ad decem, qvatuordecim dodrantes.

Carnivorus eſt, & morſu petit omne animal, qvod ſibi obviam fit.

Parit Junio, Qvovis Anni tempore in Viadro capitur hamulis, piſciculis.

Carne eſt pingvi, molli, lubrica, inſvavi & excrementitia.

Recens in cibo nutrit, & facilem præbet alvum. Coqvitur vino, & aromatibus ſeu Petroſelino conditur, ut Angvilla & Muſtela fluviatilis.

Sale conditus minimum ſuppeditat alimenti, Arteriam expurgat, & vocem expedit.

Saliti illita Caro, aculeos & infixa Corpori ſpicula extrahit.

Muria ejus incipientibus Dyſenteriis prodeſt, ſi in deſidentium fotus adjiciatur. Fluxiones ſiqvidem ad ſumma Cutis elicit.

Iſchiadicis medetur.

Spinachia.

Centriſſus,

Piſciculus aculeatus *Geſn.*

Piſciculus pungitivus *Albert.*

Columbus fluviatilis aculeatus, an perculus bimus?

Ein Stichling/
Stickerling/
Scharffling/
Stachel-Fiſch/
Wolff.

Piſciculus viliſſimus, aculeis in Dorſo munitus, è genere Percarum, Percæ minori ſimilis.

In torrentibus degit putridis. In Viadro etiam capitur.

Sapore minùs placet, propter aqvas cœnoſas, in qvibus victitat. Ob id à piſcatoribus

 tanqvam

Digitized by Google

tanqvam inutilis negligitur,

Sqvalus major.

Κέφαλος,
Sqvalus *Plin. Bellonio.*
Capito fluviatilis major.
Ein Alatt/
Alte/
Elte/
Alandt/
Dübel/
Meuſer.

Piſcis eſt coloris albidi, argenteis ſqvamis latiuſculis decoratus. Capite & Ore magnis pinnis rubentibus, qvarum extremitates livent.

Ad Cyprini magnitudinem excreſcit.

Deſqvamatus aureus apparet.

In fluviis paſſim occurrit.

Optimus eſt Septembri & Vere; neglectus ob ſpinularum copiam.

Carne eſt molli, ſapore pingvi minús ſvavi,

Præfertur craticula aſſus.

Stomacho infeſtus creditur, nec boni ſucci, ſecundum tritum illud.

Man koche oder brate den
Dübel/
So ſchmecket er allzeit vbel.

De hoc ita cecinit Auſonius.

Sqvameus herboſas Capito
interlucet arenas,
Viſcere præteneris fartim
congeſtus ariſtis:
Nec duraturus poſt bina tri-
horia menſis.

Sqvalus minor.

Λεύκισκος *Ed. Wolton.*
Alburnus *Eber. & Peuc.*
Capito fluviatilis minor.
Ein Häſeling/
Heßling/
Häſele/
WeisFiſch/
SchnottFiſch.

Sqvalo majori usq;qvaq; adeó ſimilis, niſi qvód minor, colore pauló candidiore, & capite minore. Dorſum fuſcum. Pinnæ ſuperiores & Cauda ad cæruleum vergunt, inferiores in ventre ſubrubent.

Anguſtior, craſſior & *longior* eſt Albiculo, vulgó *Deſeſele* dicto.

Fluviatilis eſt & paſſim notus. Mollis eſt, ſaporis boni & ſvavis, ſed Sqvalo majore acutioris.

Thryſſa

Thryſſa.

Ιξησσα,
Aloſa fluviatilis.
Ein Zerte/qvaſi Zart.

Piſcis oblongus,major Capitone fluviatili cæruleo, argentei candoris, parvis ſqvamulis intectus, cujus Dorſum nonnihil purpuraſcit, Pinnæ cæruleæ, Oculi flavent ut Aurum.

In Viadro, & fluvio á Svidnicenſibus denominato das Schweidniſche Waſſer/ capitur.

Optimus eſt & boni ſaporis, maximé ſi fuerit aſſus,

Thymallus.

φάγρος *Eb.* & *Peuc.*
Umbra fluviatilis,
Thymus *Ael.* Temelus.
Aſchia.
Ein Aſche/
Eſche/
Jſer/
Titymili *Nonnullis.*

Piſcis ſpectatu digniſſimus, ſqvamis duriſſimis argentei coloris tectus, ad latera juxta Caudam Aëris rubedine ſplendet, & Pinnis donatur ſubcæruleis, notis rubentibus maculatis, Fel Hepati annectitur veſicula rotunda, coloris ex cæruleo nigricantis. Lien ſangvineus. Ventriculus longior craſſiorq;,rugoſus intús, forís candidus, Cartilaginis inſtar durus, appendiculis plurimis ceu lumbricis donatus.

Veré ſaxatilis eſt, & non niſi rivulorum limpidiſſimorum ex montibus defluentium incola.

Veſcitur gryllis aqvaticis, Muſcis, lumbricis & ſimilibus inſectis. Parit Majo.

Carnem habet candidam & duriſſimam, planam, valdé friabilem, lentoris expertem;difficilem ad corrumpendum, ad excernendum autem mediocrem; præterea Ori gratam, Stomacho idoneam, & boni ſucci.

Axungia Thymalli, Aſchen-Schmaltz liqvata Sole, & Melli permixta, Oculis claritatem affert. Rubedinem, maculas, ungves abſtergit: item Aurium affectibus medetur, ut vermibus, ſordibus, fluxionibus. Ambuſta ex igni & aqva ſanat. Foveas poſt variolas relictas explet illita.

Tinca.

Tinca.

Σκόρπιος Eber. & Peuc.
τύλων,
Merula lacuſtris.
Tencha.
Ein Schleye/ á lubricitate vel muco.
Tinche.

Piſcis latiuſculus, ſqvamoſus, tactu lubricus, mucoſus, ad nigredinem tendens, pinnis cœruleis. Celeriter ad juſtam magnitudinem accreſcit. Qvod facile fieri poteſt, cúm muco & ſordibus veſcatur, in iisq; locis degit, qvæ harum copiam permagnam ſuppeditant.

Piſcinis, lacubus & fluviis qvibusdam limoſis. Parit vere & æſtate, cúm Triticum floret.

Vilis & neglectus, improbi ſucci & glutinoſi, ægré conficitur. Pauperum & bajulorum cibus.

Vulgi ſolatia Tenchæ.
Excrementitius & totus lutoſus.
Ejus eſ9 facilé gignit febres.
Corrigitur aceto & aromatibus.

Tinca umbilico impoſita Icteritiam ſanat vulgi experimento. Plantis pedum per medium ſecta ſuppoſita, in peſte venenum divertit, nec non calorem febrilem.

Fel Aurium affectibus, fluxibus, & vermibus efficax medela.

Tinca atri coloris.

Ein Kohlſchwartze Schleye.

Atro colore Tinca, in piſcina baronatus Trachebergenſis ante qvinq; annos reperta fuit.

Tincas ex limo ſponté naſci Qvidam ſcripto prodiderunt.

Truta.

χρυσόφρυς Eber. & Peuc.
Aurata Eid.
Variola,
Variolus,
Vario.
Lucius maculatus Qvibusdam.

Trutta, Trotta qvaſi truſilis á trudendo.

Eine Fohre/q. varius, á punctorum varietate.

Forelle /qvaſi Variolus,
Förinne.

Varius admodúm eſt Piſcis, ſqvamulis minutiſſimis tectus, Purpureis ſeu rubentibus guttis ſive maculis totũ Corpus pingentibus, Carne intús rubra,

rubra, qvemadmodum in Salmone, Lingva oſſea & ſpinoſa. Ventriculus longiuſculus, cui parte inferiore & Inteſtino, appendices longiores adnaſcuntur, qvarum ſuperiores Ventriculum attingunt.

Aqvas deſiderat Montium limpidas & frigidiſſimas: tepidiores & lutoſas ſeu turbulentas fugit. Surſum contra aqvam ſemper movetur,

Carnivora eſt, Muſcis, Vermiculis, hirudinibus, Ranis & piſciculis veſcitur. Extra aqvam citiſſimé expirat.

Piſcis guſtu ſvaviſſimus & ori gratus, Carne friabili, in qva parum lentoris & pingvedinis ineſt, unde alimentum ex eo ſumitur Corporibus alendis ſaluberrimum, & Ægris commodum.

Pingvedo Mariſcis & Ani fiſſuris utiliter illinitur.

Plures differentiæ obſervantur.

Truta lacuſtris nigricans.

Schwartze Fohren.

Hæc nigricat exteriús, carne albida & ſubrubra.

In lacu minore ad Gigantæum montem gignitur, & ſæpenumeró maximæ capiuntur.

Optimi ſaporis.

Truta Salmonata.

Salar, Aurata χρύσοφρυς.
Salmanculus,
Salmo parvus.
Truta magna rubea.
Eine Lachs-Fohre/
Gold-Fohre/
Selmling/
Grund-Fohre/

Truta eſt major fluviatilis, maculis rubentibus picta, Carne veluti Salmonum ſvaviter rubente.

Ex his in Mare decurrentibus Salmones naſci, vulgus opinatúr. In Bobero, Zaco, Qvado & aliis Montium fluviis aliqvando capitur.

Omni tempore bona eſt & ſvavis: ſed præſtat Majo.

Caro elixa rubet, ut Salmonum ſvavis & grata, ſucci laudabilis, & faciliús qvám Salmonis digeritur.

Truta Piſcinaria.

Ein Teich-Fohre/

A Nobilibus ſæpé Trutæ in piſcinis veluti Cyprini aluntur, cæteris ſimiles: at bonitate longé inferiores.

Digitized by Google

Sunt præterea Trutæ aliæ lucidiores, qvæ paſſim in Montium rivulis ſtabulantur, Weiſſe Fohren.

Qvædam ſemper parvæ manent; aliæ longitudinem Cubiti unius & dimidii acqvirunt; ſed rariores.

Piſces marini aliunde in Sileſiam devecti.

Aſellus.

Ονίσκος.

Ονος, *Gal.*

Merlucius, qvaſi Maris Lucius,

Salpa, *Peuc.*

Aſellus, á colore cinereo Aſinorum.

Ein MeerEſel/ StockFiſch/ *Sil.*

Piſcis eſt pelagius, cubitali longitudine, aliqvando major, Dorſo cinereo, ventre candido & argenteo, Cauda qvadrata, Capite prominente & depreſſo. Oculis magnis & magna Oris fiſſura. Voraciſſimus eſt, omnis generis Piſces depaſcitur. Latet æſtate, longo tempore. Gregatim vivit.

Aſellorum magna captura fit in Anglia, Scotia, aliisq; locis; ex qvibus per totam Europam ſale condito & exiccati convehuntur.

Optimi cenſentur, qvi in Mari puro degunt.

Non niſi ferula verberati, & aqva probé macerati coqvi poſſunt.

Caro ejus ſec. Galenum candida, mollis, ori grata, ſed non æqvé ac ſaxatilium friabilis.

Exiccati duriores ſunt, & difficulter á Ventriculo concoqvuntur, imbecillibus ac delicatis minús commodi.

Elixantur aqva ut molleſcant, dein affuſo lactis flore, butyro, Cepis, Pipere, Zingibere & Croco apparantur.

Aſellorum plura recenſentur genera: de qvibus conſule *Cunradum Geſnerum* in ſua Animalium hiſtoria: & *Gvil. Rondeletium* de Piſcibus.

Bugloſſus.

Bugloſſus.

βȣγλωσσος, qvod lingvæ magnitudine vincat.

Sólea; á figura ſoleæ,qvód ſolo pedis ſubjicitur.

Lingulaca, *Varr. & Plaut.*
Saxaulis,
Ein Scholle/
SolFiſch/
MeerSole/
MeerZunge.

Piſcis eſt planus, tenuis, longiore contractioreq; Corpore qvám Paſſer, pedali magnitudine vel majore in Oceano, ſupina parte candida, prona nigricante, in qva Oculi inſunt ore incurvo ſine dentibus. Branchiis donatur qvatuor, Corde compreſſo: reliqva viſcera omnia eadem habet cum Paſſeribus, Sqvamis tegitur parvis, Cauda lata,unica pinna conſtans.

Inter lautos cibos habetur. Caro ejus alba, firma, dura & nonnihil glutinoſa; difficilis corruptionis,diutiús ſervatur, neq; longa vectura putreſcit, immó melior efficitur & ſalubrior.

Svavitate, alimenti copia, ſucci bonitate Paſſere præſtantior eſt: at carne durioreſolidioreq;. Bonum gignit ſuccum, & qvi ſat facilé excernitur.

Halecus.

Μαινὶς, *Ariſt.*
Λεξ Mæna, *Plin. Rondel.*
Halec, Halecus,
Harengus, *Nonn.*
Arenga,
Ein Häring/
Herig.

Piſcis eſt marinus notiſſimus, ex ſqvamoſorum genere,minoribus Thryſſis,& Sardinis majoribus feré ſimilis. Dorſo cæruleo, Ventre albo & falcato, ſqvamis acutis & tenaciús hærentibus munitus, Aloſæ modo, reliqvis facilé deciduis. Inteſtinulum ei rectum excrementis vacuum.

Vivit aqva, extra qvam citiſſimé moritur, ob magnam branchiarum ſciſſuram.

Digitized by Google

Gregatim natat, & tractus amat littoreos. Parit ſemel in anno circa æqvinoctium autumnale.

Qvo tempore uterum fert, melior & præſtantior eſt, ut & reliqvi Piſces feré omnes.

Ingens Halecum vis capitur poſt Autumnale æqvinoctiũ, ad inſulam Soluuc Maris Balthici, ubi ſale conditi, hinc inde in Europam transvehuntur.

Carne ſunt media, pingvi & molli, ſaporis non ingrati.

Meliores ſunt recentes, & ſvaviores ſalitis & fumo induratis, & qvidem ſartagine coctæ, qvám elixæ.

Duo ejus genera: Majus & Minus: item alii qvi ex Dania vulgó Sundiſche/ alii ex Belgio Flemiſche/ á Mercatoribus nominantur.

Halecus muriatus.

Haringa muriata,
Halec conditáne.
Eingeſalgener Häring/
Roſtiger Häring.

Minús ſvaves ſunt recentibus, & difficilioris concoctionis.

A pauperibus, Agricolis & bajulis crudi cum pane eduntur, qvos probé nutriunt,

Alii per dies aliqvot priús aqva macerant, dein vel in craticula ſuper carbones ignitos torrent; vel elixant, & cum brodio ex Cepis & butyro perfuſos menſis inferunt.

Haleces muriatos crudos Nonnulli Pedibus Podagra infeſtatis imponunt, *non infelici* ſucceſſu, præſertim ſi ortum habuerit ex pituita craſſa ſeu congelata. *Craſſum enim vel glutinoſum hu morem incidunt & attenuant*, ac ſua ſiccitate abſumunt: congelatum veró diſſolvunt, & diſſolutum diſcutiunt. Cum felle taurino umbilico illiti, alvum ſolvunt.

Jus etiam eorum ſumtum alvum ſolvit.

Inteſtina numero novem pulver. ex vino pota, urinam retentam *elicere valent*.

Capita aliqvot filo alligata & ſtraminib⁹ lectorum, impoſita Cimices abigere ferunt.

Muria Halecum.

Salimuria,
Fiſch Lacke/
Häring Lacke oder Sülſe.

Jus ſalſum ſeu ſalſugo, in qva Haleces aſſervantur.

Acris eſt, incidit, attenuat, abſtergit, extrahit, ſiccat, diſſolvit,

ſolvit, diſcutit, alvum ſubducit.

Ex Melle cum Halecum cinere ſtrumas diſſipat, & ad Anginas valet.

Ulcera ſordida, putrida & fœtida cúm Oris túm Inteſtinorum abſtergit. Thymos ſanat, & morſui Canis rabidi medetur.

Halecus paſſus.

Halecus fumo correctus.

Harengus paſſus & infumatus,

Harengus niger,

Ruſcupa,

Ruburnus forté á rubente ob fumum colore.

Ein Bückling/

Bicking.

Cæteris pejores ſunt, difficilis concoctionis, & pravi ſucci. Freqvens enim ejus eſus bilioſos & aduſtos gignit humores, & ſangvinem depravat.

Super craticula toſti butyro illiniuntur, & cum acetariis eduntur.

Paſſer.

ψῆττα,

Plagitia,

Paſſa,

Paſſer á colore Paſſerum Avium.

Plateyßle, tanqvam πλατῦς.

Halbfiſch/

Piſcis é genere planorum, Rhombo figura ſimilis, ſed contractior, Lingulaca latior, ſupina parte albicat, prona fuſcus eſt & terrei coloris, inſtar Paſſerum Avium.

Pinnæ totum feré Corpus ambiunt. Cauda in unicam latamq; deſinit.

Stagna ſubit & fluvios, delectatur aqva dulci.

In Oceano horum maxima eſt copia. Exiccati Antverpia in Germaniam & vicinas regiones devehuntur.

Paſſeres marini minús humida molliq; ſunt carne, qvã qvi in ſtagnis vixerunt. Molliores ſunt & feré inſipidi in dulcibus aqvis educati.

Aqva præmacerati elixantur, & Cepis, Petroſelino, butyro & ſale condiuntur,

Paſſer minor.

Qvadratulus Geſn.

Paſſer.

Kleine Plateyßlin.

Magis eſt qvadrata forma, maculasq; rufas ſive ſubflavas plures habet,

Carne eſt candida, molli, valdé humida.

In Oceano freqvens, ubi magna copia capitur.

Raja.

βατίς,

βάτ☉ á Rubi ſimilitudine,

Raja ab aculeorum aſperitate, á radendo.

Ein Rooch/

Rouche/

Genus eſt piſcis plani & cartilaginei, in tergo & cauda longa ſpinas habentis, his ſimilibus qvæ in Rubo viſuntur, Corpore tenui, & in ampliſſimas alas expanſo.

Carnivora eſt, & in locis victitat cœnoſis, nec longé á littore.

Genitale feminæ, ſimile muliebri eſt. Coëunt non ſolúm admotis invicem partibus ſupinis, ſed etiam tergo feminarum ſupinis Marium ſuperpoſitis.

Mira Rajarum fœcunditas, cujus cauſſa eadé qvæ in Gallinis. Unicum enim ovum, aut ad ſummum duo, teſtaceum uno partu ponunt, cúm interim imperfecta qvampluríma in utero geſtent, qvorum ſingula poſtea, ut priús abſoluta fuerint; ita priús eduntur.

Plura centenis ſæpé in diſſectione numerantur.

Rajæ omnes ſunt duræ, ſiccæ, exuccæ, concoctu difficiles, inſalubres, ſucci mali. Odorem ferinum & marinum qvendam fœtorem recipiunt, qvi in diutiús ſervatis feré evaneſcit: unde longa victura tenereſcunt & ſvaviores efficiuntur.

Ad nos aëre indurati feruntur, & ut Paſſeres ad cibum præparantur.

Plures numerantur differentiæ.

Raja lævis.

λειόβατ☉,

Ein glatter Rooch.

Cute eſt glabra, lævi, *ab* aculeis nuda, excepta *media* Dorſi linea & cauda.

Raja oculata.

Ein Spiegel Rooch.

AugenRooch/

A ſpecu-

A ſpeculorum parvorum ſimilitudine.

Raja aſpera.

Ein raucher Rooch.

Ab aculeis parvis qvamplurimis qvibus horret.

Spongia marina.

σπόγγος *Dioſc.*

σπογγιά,

Tungus marinus.

Ein Meer Schwam.

ζωόφυτον neq; animal, neq; frutex, Corpus marinum, laxum, rarum ac cavernoſum, plantæ ſimile, qvod ad ſe liqvores attrahit, & eos qvos attraxit, niſi vi exprimantur, aſſervat. Adhæret petris & nutritur ſucco cruento. Moventur Spongiæ ab animalculis, qvæ copioſé in ſpongiis morantur, vivunt: Cúm ſe peti ſentiunt, & ſe præ metu contrahunt, ſpongias ſimul contrahunt. Renaſcuntur ex radicibus, ut & aliæ plantæ.

Differunt inter ſe mollitie duritieq;.

πυκναὶ λεπτότρητοι *Dioſc.*

λεπτότατοι *Wott.*

τράγος *Nonn.*

Kramer Schwemme/ Feine Schwemme/ Männlin.

Fiſtulas habent denſas, ſpiſſas, exiguas, albas: & Maris nomine indigetantur.

Μανχὶ id eſt, raræ, & ſolutæ maximæ Africanæ *Plin.*

Spongiæ albæ marinæ *Tab.*

Foramina habet multa rotunda, & feminæ nomen obtinent.

Bade Schwemme.
Weiſſe Meer Schwemme.

Addunt alii tertiam ſpeciem, continentem intra ſe lapides duros, & plurimas cavernas,

Optimæ juxta oras comperiuntur, ſi gurgite alto demerſæ ſunt. Commodé enim temperantur per altitudinem gurgitis.

Color illotis vivisq; nigricans eſt, candidæ autem cura fiunt.

Calefaciunt 1mo. & ſicc, 2do. gradu.

Recentes ſeu novæ non modó materia ſunt, qvæ humores infundendos excipiant; ſed

ſed etiam manifeſté deſiccant, tumores reprimunt, recentiaq́; vulnera ex aqva poſcáve conglutinant. Nec mirum. Servatur enim in nova Spongia etiamnum ea, qvam á Mari accepit, facultas modicé Corpora exiccandi.

Veteres ſinus, ex decocto Melle inungunt,

Aridæ ligato ligno, ſi penicilli modo adigantur, occulta ulcera calloſq́, laxant.

Siccæ recentes & vacuæ ſenilia ulcera, & qvæ fluxione laborant, aut cumulatim exedunt, impoſitæ ſiccant, ſangvinis profluvium ſiſtunt,

Spongia uſta.

Gebrandter Schwamm.

Acris eſt & digerentis facultatis.

Spongia recens nova, aceto acerrimo imbuta, pice liqvida circumducta, & trito bitumine, galla vel re ſimili conſperſa, & fictili vaſe cremata, efficaciſſimum remedium ad ſangvinem profluentem, ſive per ſe inſufflatus pulvis, ſive aliis permixtus.

Alii aceti loco, *taurino ſangvine* imbuunt.

Pulvis datur ex vino Dyſentericis, Menſtruis & internis profluviis. In Ovo ſorbili Hæmoptoicis, & iis qvi ſangvinem vomunt.

FINIS PISCIUM.

LIBER

Digitized by Google

LIBER SEXTUS.
Inſecta Sileſiæ.

DE INSECTIS IN GENERE.

Εντομα, *Ariſtot.*
Inſecta, *Plinio.*
Annuloſa, *Albert.*
Rugoſa, *Aliis.*
Vngeziefer/
Gewürme.

Inſecta, Animalia ſunt exangvia, immenſæ ſubtilitatis, ſic ab inciſuris dicta, qvæ nunc Cervicum loco, nunc Pectorũ atq; Alvi præcincta membra ſeparant, tenui qvadam fiſtula cohærentia.

Continent Hæc non ſangvinem, ſed humorem alium, qvi ſangvini proportione reſpondet, nec oſſeum qvicqvam diſcretum aut carneum; ſed qviddam inter hæc ipſa medium. Ergo vivunt non tantúm ut Arbores & Plantæ, ſed & ſpirant ut Animalia, & Cor tefrigerant.

Inſectorum Ortus & Generatio.

Oriuntur Inſecta omnia vel ex Semine: *ſui generis* Animalis per coitum, modo eorum qvibus eſt ſangvis, ut Locuſtæ, Crabrones, Veſpæ, Cicadæ, Araneæ, Formicæ.

alterius ſine coitu, ſed vermiculis, ut Pulices, Muſcæ, Scarabæi. Hæc qvidem coëunt & generant, at non ſui generis Animal, ſed vermiculos tantúm; neq; ex Animalibus procreantur; ſed ex putreſcẽte humido aut ſicco.

Sponté, ſine marium & feminarum congreſſu: & vel ex *Rebus* :

Animatis, iisq; vel :

I. *Sentientibus*, Animalium videlicet :

Mmm Carne

Carne recenti, ut Termi.
Carnibus diu ſale inveteratis, ut Barbegiæ & Carpæ.

Cadaveribus, ut Apes, Crabrones, Veſpæ &ç.

Excrementis retentis
intrinſecus; In Cerebro Scorpiones: in ventre Lumbrici, Tineæ; in Veſica, Vermiculi aliqvando.
extrá, in toto, ut Comedones in infantulis: Ricini in Ovibus, Canibus, Capris & Bobus.
In parte; hirſuta, In Capite Pediculi communes & Lentes: ſub Axillis & circa Pudenda, Piatole, Sylphe & Scolyx.
Glabra, Cyrenes in Manibus; Bracunculi in Cruribus & Brachiorum Muſculis: Litta in lingva Canis.

Excrementis excretis, veluti ex fimo Eqvorum, Crabrones, Scarabæi pilularii: Mulorum, Fuci: aliorum Animalium, Vermium examina.

Vapore humidiore, ab Animalium corporibus forís collecto, ut Cimices lectularii.

II. Vegetantibus, plantarum videlicet ſeu Stirpium.
Radicibus Angelicæ, Enulæ &ç. Spondyli, & alii vermiculi.

Foliis virentibus Malvæ, Braſſicæ, Erucæ.

Frondibus, Vitis, Butyros, Cis: Ilicis, Vermiculi rubentis coloris. Kermes dicti; Sambuci & Fraxini, Culices.

Floribus, Blattæ in Blattaria, Muſcæ, Napelli in Aconito lycoctono cæruleo.

Fructibus, Vermiculi varii; ſic Vermiculationem ſentiunt, Poma, Pyra, Gallæ, &c.

Seminibus, Curculio, Midas.

Capitulis Dipſaci & ſpongiolis Roſarum, Vermiculi albicantes.

Folliculis Ulmi, ſui generis beſtiolæ Pſenes dictæ.

Oleribus, in Porro, Praſocuris: in Braſſica, Crambides.

Arborum caudicibus & *lignis*, Coſſi, Teredines.

Anima carentibus, iisqve vel *Aërcis* utpoté Rore verno.

Melleo auſm Honig-Taw/ Mel-Thaw/ veluti Teredines in floſculis Arborum & Plantarum.

Salivari,

Salivari, vulgó, Guckucksſpey/qvód inſtar ſalivæ plantis adhæreſcat, ut Erucæ qvædam, Aranei, Muſcæ, Culices, &c.

Nonnunqvam etiam hyberno, qvoties tranqvillum Auſtraleq; tempus diutiús conſiſtit.

Non Aëreis : & vel

Aqvaticis, ut plurima Inſectorum Aqvaticorum genera ex limo & putredine naſcuntur, veluti ſunt, Pulex marinus, Scolopendra marina, Seta aqvatica, Scrophulæ, Phrygana, &c.

Terrenis, ex terra Lumbrici, Juli, Scolopendræ; ex pulvere terræ, Ranæ temporariæ.

In Metallis & aliis Mineralibus vix reperias Inſecta, cúm ob nimiam ſiccitatem putredini reſiſtant. Qvód in Succino ſæpé inveniantur Ranulæ, Lacerti, Muſcæ, Culices, & plura alia; ea potiús extrinſecús accedere, dum adhuc fluidum eſt, credendum eſt, qvám ut in ipſo Succino generentur.

Inſectorum Partes.

Inſecta qvasdam Corporis particulas manifeſtas & diſtinctas habent, ut ſunt :

Cutis omnibus, ſed admodúm tenuis.

Integumentum aliis molle, aliis durum & cruſtaceum. Hinc annuloſa qvædam ſunt *Molliora*, ut Erucæ, Vermes terreni, Hirudines : alia *Duriora & Cruſtacea*, ut Locuſtæ, Scarabæi, Apes.

Inciſuræ ſunt lineares qvædã diviſuræ, ut per qvosdam annulos videantur eſſe commiſſa & diſtincta. Aliis binæ, ternæ, aliis ſenæ & plures Corpus diſtingvunt.

Caput habent plurima Inſecta, qvædam capite carent, ut Lumbrici terreni, Aſcarides.

Antennæ, κεραῖα, id eſt, Cornicula ignava Qvibusdam ante Oculos prætenduntur, ut Papilionibus, Locuſtis. Harum aliæ ſunt capillorum inſtar tenuiſſimæ : aliæ læves, aliæ hirtiusculæ; qvædam geniculis ſeu internodiis diſtinctæ. Lucano ob duritiem Cornua & forcipes dicuntur.

Oculi duriuſculi, in omnibus feré patent; ſed nullum ex his Palpebram habet.

Lingva, proboſcis, qvâ & guſtant & cibum recipiunt ſeu attrahunt, qvæ vel:

mollis infirma, & intra Os Formicis, qvibusdam foris prominet veluti promuſcis fungoſa & cava; ut ea ſimul guſtare & cibum attrahere poſſint, ut Apibus.

dura & valida, Tabano, Aſilo. Omnia enim qvibus non in Alvo aculeus eſt, lingvam ejusmodi veluti arma gerunt.

Ex cæteris partibus Senſoriis nulla manifeſta eſt. Olfactus tamen ſenſum Ea habere, perſpicuum eſt. Cibum namq́, ſibi peculiarem, vel eminús odore ſentiunt, ut Apes Mel, Sentiunt autem præcinctu ipſo odoris, & nativo qvodam ſui Corporis ſpiritu qvi á natura inſitus eſt, non adventitius.

Dentes, qvædam obtinent, at diverſos, nec aliorum Animalium ſimiles, út Apum Muſcarumq́; genus: *Alia* Cibi conficiendi aut capiendi admovendiq́; gratia ut Scarabæi, Formicæ: *Complura* non victus tantúm, ſed armorum gratia poſſident.

Alia Dentibus carent, qvæ Cibo videlicet utuntur humido.

Venter, κῦτος *Ariſt.* Ventris alveus, Alvus, truncus Corporis cavus ac penè rotundus.

Pectus & *Dorſum* inter Caput & ventrem ſitum habent ut in aliis.

Præcinctus, ὑπόζωμα, διάζωμα *Had. Iun.* Procinctus, Interſeptum medium inter os & ventrem, ubi illa refrigerantur. Huic inſitus eſt ſpiritus, is qvandoqve forás movetur, qvandoq́; veró é diverſo: unde contingit nunc elevationem fieri, nunc depreſſionem ejuſdẽ pelliculæ. Cúm enim exit ſpiritus, attollitur; ſicuti ingrediente deprimitur. Perinde enim Inſectis hæc portio mobilis *eſt* ut in ſpirantibus *Pulmo,* in piſcibus Branchiæ.

Uropygium & Caudam non habent, præter Scorpionem, inqvit Plinius: idq́; in cauſſa eſt, qvód qvæ volucres ſunt

ſunt, tanqvam navigium temone privatum in volatu agitentur, & qvocunq; ſors tulerit impingant.

Aculeus, κέντρον, Spiculum, Geritur aliis parte priore, aliis poſteriore. Aut enim in ore aut alvo extrema aculeos habent pleraq; Inſectorum; & vel intús condítos ut Apes & Veſpæ; vel extrá prominentes, ut Scorpio. Der Stachel oder Angel. Aculeo carent Scarabæi.

Pennæ, Alæ, πτερά, πτίλα, Volucribus Inſectis præter cætera Membra, qvædam membranæ ſiccæ annexæ ſunt, qvibus volant, qvæ neqve fiſſæ ſunt, neq; caulem habent veluti Avium pennæ.

Alæ aliis : *binæ*, iis ſcil. qvæ minora ſunt, aut aculeum in priore parte gerunt πτυνά, ὁλόπτερα Totipennia, Totalia, ut Muſcis, Tabænis, Culicibus.

qvaternæ, utroq; ſcilicet latere binæ, iis qvæ aut grandiora ſunt, aut aculeo armantur in alveo, ut Apibus, Perlis dictis &c. qvæ ſcilicet pabuli cauſsâ neceſſe habent evagari.

detectæ, apertæ, iis qvæ Ανέλυτρα vocantur, ut Muſcis, Apibus, Veſpis, Crabronibus.

Cruſtâ integantur tutelæ cauſsâ, & intús qvaſi vaginâ incluſæ geruntur, unde κολεόπτερα, Vaginipennnia dicuntur, ut Scarabæis.

Quædam Alas habent, ſed iis ad volandum non ütuntur, ut Curtilla.

Aliis carent, Erucæ, Centipeda, Lumbrici. Hæc pedibus gradiuntur aut rependo ſe movent.

Alæ reſciſſæ Inſectis non renaſcuntur.

Pedes non omnia habent.

Multipeda ſunt omnia, qvæ pedibus fulciuntur, varié tamen pedum numerum (qvi nulli impar) ſortiuntur. Qvæ enim Corpore ſunt longiore, & plures habent inciſuras, ea numero præcipué ſuperant, ut Julorum genus, Erucæ, Qvibus autem Pedes pauciores, hæc volucres feré ſunt, ut pedum inopia, adjumento pennarum compenſetur.

Pedes priores Nonnulla ex iis longiores habent, qvibus abſtergent oculis incidentem moleſtiã, ut Muſcæ, Apes, &c.

qvæ oculos habent duriores. Poſteriores etiam mediis longiores, ut ambulent meliús, & attollantur faciliús de terra; cúm vel avolare vel ſalire libet, ut locuſtæ, Grilli. Qvæ namq; ſaliunt, hæc vel Crura poſteriora habent majora, vel gubernaculis qvibusdam ſaltui accommodatis fulciuntur retró curvatis, ut Crura Qvadrupedum. Atq; iis omnibus pedes ſeni, nulli pauciores.

Ad Partes Interiores qvód attinet, Inſecta non videtur Nervos habere, nec oſſa, nec ſpinas, nec cartilaginem, nec pingvia, nec carnes, nec cruſtam qvidem fragilem, ut qvædam Marina, nec qvæ jure dicatur Cutis: ſed mediæ cujusdam inter hæc omnia naturæ; Corpus arenti ſimile, nervo mollius, in reliqvis partibus ſiccius veriús qvám durius. Et hoc ſolum his eſt, nec præterea aliud nihil intᵒ, niſi admodúm paucis Inteſtinum implicatum. *Plinius h. n. lib.* 1. *c.* 4.

Cordi proportione reſpondens pars, inter Caput & Alvum eſt: qvæ etſi magna ex parte ſimplex, tamen in nonnullis multiplex, ut Julis & ſimilibus prælongis, qvó fit ut præciſa vivere poſſint.

Inteſtinum paucis ab ore intrá ſitum, directum ac ſimplex üsqve ad oſtium excrementi porrigitur. In qvibusdam retortum in anfractus eſt. Qvædam ventrem ori adjunctum, Inteſtinumq; á ventre revolutum habent, ut qvæ, cúm edaciora *majoraq;* ſint, conceptaculum *Cibi* obtineant copioſioris.

Membrum in feminis, qvod pro Vulva habetur, fiſſum ſeu bifidum eſt, juxta Inteſtina poſitum, in qvo fœtus generatur. Minoribus incertum propter Corporis exiguitatem.

Sangvinis *loco*, eſt Vitalis humor, ſimile qviddam ſangvini.

Inſectorum Actiones.

Inſectis neq; vocis *neq;* Locutionis ulla *facultas*, ſed Sonus tantúm iis ſpiritu interiore movetur non exteriore. Nullum enim ex iis ſpirat, qvoniam viſceri interiori nexus ſpirabilis non ineſt.

(Sonus

(Sonus ζίγγος. Sic Apes bombilant, bombiſſant, ſuſurrant. βόμβος Murmur, Suſurrus. Cicadæ canere dicuntur.)

Præterea etſi non ſunt Membra ſeu inſtrumenta con ſpicua, qvæ velut carina, ſenſus invehant, eſſe tamen His auditum, olfactum, guſtum, eximia præterea Naturæ dona, ſolertiam, animam, artem, qvis facilé crediderit?

Coitus. Coëunt Inſecta averſa, dein qvod minus eſt, ſupervenit maj⁹, hoc eſt, mas feminam (inter ea enim qvæ coitũ exercent Inſecta, feminæ maxima ex parte majores ſuis maribus evadunt) nec Mas in feminam genitale ullum inſerere membrum, more Animalium cæterorum, videtur; ſed femina ſurſum in maris receptum, Caudæ ultimum ſuæ meatum qvendam procedens reflectit, qvi in nonnullis major, qvám pro portione totius Corporis eſſe videtur, cúm ipſa parva admodúm ſint.

Tardo, qvæ coiverint, ſejunguntur digreſſu, diu namq; copulatio eorum durat. Brevi á Coitu pariunt, maxima ſui parte qvâ ſolent coire. Vermem autem omnia faciunt, excepto qvodam genere Papilionum, qvod durum qviddam, ſimile Cartamo id eſt, Cnici ſemini producit, ſed intus fluidum. *Ariſt. 5. hiſt. Anim. cap. 19.*

Motus ſeu inceſſus.

Inſectorum alia :
ambulant, ut Piatoli, Formicæ gradiuntur tantúm, Erucæ, Aſelli volát, ut pennata, Apes.
repunt ſeu ſerpunt, Lumbricorum genus.
ſaliunt ſeu ſubſultant, Grilli, pulices.

inceſſu ἰλατώσει utuntur, ac ſi per limum trahi dixeris, præcedente parte priore progrediuntur, & qvod reliqvum eſt Corporis, ad illud attrahunt, ut Sangviſugæ, Vermes terreni.

Cibus.

Omne fermé inſectorum genus minimo alimento contentum eſt, & propé ſibi ipſa ſufficiunt, non tám Corporis exiguitate qvám frigiditate. Parvis enim ſufficiunt pauca. Frigida deinde ſunt exãgvia, proinde minús qvám calida

ali

ali expetunt, nec cibaria tam facilé citoq; concoqvere valent.

Quædam ſunt *Omnivora* id eſt, ſine diſcrimine omnibus veſcuntur, Apes qvædá qvas Lupos Albertus nominat.

Quædam multum comedút & varia, qvæ dentes habent.

Quædam parum, & humore aliqvo contenta ſunt, qvibus aculeus, aut promuſcis in ore, ut ἐκχυλίζοντα, Exugentia.

Alia Sangvivora ſunt, ſangvine vivunt, ut Tabani, Pulices.

Alia Venatu vivunt, ut aranei, qvi Muſcas, Apes &c. in cibum venantur.

Alia ſolo Rore & humore in cibo fruuntur, ut Apes, Cicadæ.

Nonnulla Arborum & herbarum foliis paſcuntur, ut bombyces, Mori; Erucæ, Braſſicæ; Scarabæi rubeoli, Roſarum, Qvercus, Betulæ, aliarúqve Cãtharides, Fraxini &c.

Quædam putrida proſeqvútur, ut Muſcæ qvædam & Culices.

Quædam limo & cæno oblectantur, ut Hirudines.

Locus.

Inſectorum alia ſunt:

Aërea, qvæ in aere vivnut, ut volatilia & Pennata, Apes, Veſpæ, Cantharides, Papiliones.

Terrena: & vel ſupra terram vitam agunt, ut Formicæ: vel in ipſis viſceribus, ut Lumbrici, Spondylis.

Aqvatilia qvæ in aqvis degunt & ſtabulantur, & vel in Mari, ut inſecta marina, Hippocampus, Scolopendra marina, Pulex marinus: in fluviis, Sqvilla fluviatilis.

fontibus, Tineæ aqvaticæ.

ciſternis.

paludibus, Hirudines.

Hyeme omnia pené conduntur, præter ea qvæ vitam in domiciliis cum hominibus agunt, qvæqve priús intereunt, qvám annuum tempus excedant. Latent hæc hyeme, alia diutiús, alia qvám diu algor vehemens eſt, ut Apes. Condútur autem qvæq; locis apricis abdita, & ubi ſibi cubile conſtituere tutiús ſolent.

Natura.

Ut perfectorum Animalium temperatura varia eſt, ut alia ſint calidæ, frigidæ alia; qvædam humidæ, qvædam ſiccæ complexionis; ſimiliter de Inſectis judicandum arbitror.

tror. Qvamvis enim Philoſophus libro de Reſpiratione frigida omnia Annuloſa aſſerat, forſitan collatione facta cum perfectis Animalibus, qvæ ſunt ſangvinea, hæc veró exſangvia: attamen ſi in ſeſe conſiderentur, rem aliter ſe habere aſtipulante experientia, qvivis facilé deprehenderit.

Calidæ naturæ cenſentur Cantharides, Veſpæ, Crabrones, Apes, Fuci, Pythiocampi, Formicæ, Pulex terreſtris.

Frigida ſunt, Lumbrici terreni, Aſelli &c.

Noxia ſunt Inſectorum qvædam aculeo, ut Scorpiones, Apes, Veſpæ, Crabrones: qvædam morſu, ut Scarabæi, Erucæ, Locuſtæ, qvædam totâ ſubſtantiâ, ut Bupreſtis, Cantharides &c.

Maxima certé hominum generi Mortis pericula impendent etiam á minimis beſtiolis; ab exitioſis Hominibus. Qvanqvam nullum ſit Animantium genus, ſi qvis propiús intueri velit, cui natura ſalutarem medicinam non indiderit, adverſus ea venena qvæ noxia ſunt.

Vigor & interitus,

Maxima pars eo tempore valet, qvo gigni ſolet, videlicet cúm annus tepidus & humidus eſt. Apes, Veſpæ, Crabrones recté ſe habent, cúm æſtas calida & ſicca fuerit.

Admodúm fragilis eſt Inſectorum vita adeó, ut intereant ſolius olei aſperſione ſeu tactu, & qvidem celerrimé ſi Capite illito exponantur Soli, propter reſpirandi meatus anguſtiſſimos: qvoniã oleum interſepit & claudit iter, ita ut ſpiritui omnis via denegetur. Obeſt qvoq; iis liqvor omnis ſalſus. Aceti item vapore facilé enecantur.

Mors iis varia. Pereunt ſecundum Philoſophum ſtriatis contortisq; membris, ut ſenectute genus majorum Animalium moritur. Qvæ pennata ex iis ſunt, pennis etiam convulſis, autumno feré moriuntur.

Senectutem renovant innumera, præcipué qvæ cruſta integuntur ut Silpha, Culex, Scarabæi, Cicadæ, &c. *Ariſt. h. a. lib. 8. cap. 17.*

Nnn Inſecta

Inſecta divulſa etiam vivere poſſunt omnia, exceptis iis, qvæ vel admodum frigeant, vel præ ſua exiguitate, qvamprimúm refrigerentur. Diutiús autem vivunt ea divulſa, qvibus corpus longum pedesq; multi, ut Centipedes, Lumbrici terreni, utpoté in qvibus vita majoribus radicibus fixa ſit. *Idem H. A. lib. 4. cap. 7.*

Finis ſeu uſus Inſectorum.

Primó Annuloſa animalcula univerſitatis harmoniam & concentum efficiunt. Omne enim Ens qvatenus ens bonum eſt: Nec ullum adeó exiguum ſeu minutum animal, in qvo non eluceat Dei πολυποικίλος ſapientia.

II. Aëris & Terræ impuritatem auferunt. Qvia cum ſit rerum omnium ortus ac interitus, certiſſima lege naturæ definitus; niſi é ſtercore vel cadaveribus, vel qvavis materia putri, Inſecta prodirent, fœdiſſima contagione proxima qvæq; loca & Corpora viciarentur. Talium autem Inſectorú ortu, fœtor omnis ac tales eluitur, & Avium cibis aut mutuó ſibi pabulo inſerviunt: atq; ita fit, ut nec viva noceant, nec odore mortua.

III. Alimenta ſunt Brutis Qvadrupedib⁹, Veſpæ, Vulpi, Formicæ Vrſo minori.

Aviculis, Pico, Coſſi & Formicæ, Hirundinibus Muſcæ, Erucæ Cuculo, Culices Veſpertilioni.

Piſcibus, Lumbrici terreni, Xylophtori aqvatici, Muſcæ, Trutis, Barbatulis, Thymallis, &ç.

IV. Alimenta ſibi ſunt mutua, ut Muſca qvidem ſangvinem aut fœdum humorem ligurit, Aranei Muſcas, Gallinæ Araneos, Homo Gallinas in Alimentum ſuæ naturæ congruens convertunt. Sic enim proſpexit Creatoris optimi ſapientia ubiq; conſpicua, ut minimis ac viliſſimis qvibusq; Animantibus alimenta ſtatis temporibus largiretur.

V. Homini inſerviunt dum præbent: *Cibum*, ut Locuſtæ in Arabia & Syria, Apes Mel ad Ciborum obſonia: *Pharmaca* Lumbrici terreni, Scorpiones,

piones, Hirudines, Canthari-des, Formicæ & plura alia : *Veſtimenta* Bombyces, qvæ conficiunt tela, ex qvibus veſtes varii generis parantur.

VI. Admirationem pariunt. In hujusmodi enim minimis Animantib⁹ Natura ipſa majora videtur collocaſſe miracula, qvám in enormibus Animalibus. Araneum in texendis telis qvis non admiratur? Qvis Apicularum ſolertiam & induſtriam in favis conſtruendis, & Melle conficiendo non cum admiratione contemplatur? Qvis Formicarum diligentiam & indefeſſum laborem cum attentione non conſiderat? Bombycis mors & reſurrectio, nobis manifeſtam Reſurrectionis memoriam inculcant. In ſumma, nihil eſt in Animalculis, qvod non ſit ad docendos Homines idoneum exemplum. Hinc *Auguſtinus lib. 3. de Geneſi ad literam, cap.* 14. Ineſt, inqvit in omnibus his Naturæ ſuæ decus, ſic ut in his major ſit admiratio bené conſiderantis, & laus uberior Omnipotentis Dei artificis. Majori attentione ſtupemus agilitatem Muſcæ volantis, qvám magnitudinem jumenti gradientis.

VII. Sunt inſtrumenta, per qvæ Deus graviſſima ſua judicia in Homines, ac totas Gentes etiam potentiſſimas ſæpenumeró exercet. Qvod præter *Plinium* utpoté prophanum ſcriptorem, *lib.* 2. *Nat. hiſt. cap.* 29. confirmat Sacra Scriptura, qvomodo nimirúm per Muſcas, Locuſtas, Pedunculos, Bruchos, Erucas. &c. gentem potentiſſimam, nempé Aegyptios debellârit, & ſæpé populum ſuum graviſſimé puniverit. *Exodi* 8. *&* 10. *Pſalmo* 105. ℣. 30. *Ioel* 1. ℣. 4. Sic noſtra ætate, ob peccata in Divinam Majeſtatem commiſſa, Scarabæorum, Erucarum, Locuſtarum infelix proventus, herbas, olera, ſegetes, fruges & arbores ſæpé arrodere & perdere ſolet: veluti accidit ſub annum á Redemto Orbe 1553. ubi æſtate tantus Locuſtarum proventus, ut ſata virentemq; omnem herbam morſu uredineq; vaſtarent.

De Insectis Sileſiacis in ſpecie.

Apis

Μέλιττα,

ἡ μέλισσα παρὰ τὸ μέλι, vel τῆς μελέτης, á meditatione, exercitio & diligentia.

Apis, Απυς, vel qvód ſine pedibus naſcantur : vel qvód pedibus invicem ſe alligent.

Muſarum volucris, *Varro.*

Apicula, Apecula.

Ein Biene/ *sil.* Imme.

Apis οἰκονομικὸν ζῶον καὶ ἐπιμελές, Muſicum eſt animalculum, exangve, pennatum. Veſpæ feré ſimile, unicolor, ſubnigricans, ſex pedibus, qvatuor alis ſeu pinnis & aculeo conſtans, Mellis colligendi cauſsâ conditú. Corpus Api longiuſculum, teres, coloris ſubnigricantis. Cruscula ſena, ſcabra, præſertim poſteriora, qvibus ceram colligit, & ad alvearia ad favos extruendos comportat. Paropſis lingva prælonga fiſtuloſa, qvâ guſtat & cibum ſimul attrahit. Ventriculo, uterculo ſeu veſicula donatur, in qvam congerit Mel, qvod tandem in cellulas evomit. Aculeus ipſi datus eſt immaniſſimus, partim ad tutelam tanqvam arma qvibus ſe defendat, partim ad robor Inteſtini, cui firmiter annexus eſt, adeó ut ſi extrahatur, Inteſtinum ſimul extringvatur & Apis pereat. Excrementum ejus rubrum eſt, ἰσθμίαν Græci vocant.

Inter omnia Inſectorum Animalia principatus Apibus, & jure præcipua *admiratio*, ſolis ex eo genere *Hominum* cauſsa genitis. *Mella contrahunt*, ſuccumq; dulciſſimum atq; ſubtiliſſimum ac ſaluberrimum. Favos confingunt & Ceras. Illæ ad uſus vitæ laborem tolerant, opera conficiunt, Rempublicam habent, conſilia privatim ac duces gregatim, & qvod maximé mirum ſit, *mores* habent. *Plin. lib.* 11. *hiſt. nat. cap.* 5.

Apum ortus ſeu generatio.

Varia de generatione Apum, Autorum exiſtit ſententia.

Pcëtæ Meliſſam fingunt, mulierem fuiſſe pulcerrimam ſpecie, qvam Jupiter in Apem converterit.

Ariſtoteles hiſt. anim. lib. 5. *cap.* 21. varias adducit hac de re opiniones;

opiniones; neq; ipſe poſt longam diſputationem aliqvid certi affirmare audet.

Alii, inqvit, exiſtimant, per coitum agi, Maresq; eſſe Fucos, Feminas veró Apes: Alii contrá.

Quidam eas párere, attamen non coire, ſed deportare fœturam contendunt, nec unde portent, conſtat.

Nonnulli, párere & coire negant, (Apum enim coitus viſus eſt nunqvam) ſed é floribus Cerinthi, Arundinis aut Oleæ deportare judicant.

Sunt, qvi Fucorum fœturam comportari putant; ſed Apum ortum eſſe á Ducibus. *Et paulò póſt idem.*

Σχαδῶνες, hoc eſt ſoboles optimé fiunt cúm mellificatur, aggerunt ſuis cruribus ceram (kommen Gehäſelt ſic loqvuntur Curatores Apum) atq; Erythacum, Mel ore evomunt in cellas, tragen Honig/ fætu poſito incubant Avium more, ſetzen Bruth. Excluſus inde vermiculus dum parvus eſt, jacet in favo obliqvus; póſt ſua ipſa facultate ſe erigit, cibumq; capit, & favo ita adhæret, ut retineri videatur. Schādones, dum membranâ involvuntur, & pedes & alæ innaſcuntur, atq; ſub ea ſpecie, cúm ſcilicet formæ lineamenta receperint, Nymphæ appellantur: jam neq; cibum præterea capiunt, neq; ullum alvi reddunt excrementum, ſed coërciti & contracti qvieſcunt, nec ullo pacto ſe movent, usq; dum ſpecies deſtinata perficiatur. Et cúm jam ad finem generationis venerunt, ruptâ qvâ cinguntur membranâ, evolant.

Idem alibi videtur colligere, é Regibus generari Apes, ſubdens niſi hoc eſſet, ratione carerent; qvæ finguntur in eorum imperio. Recté enim Reges intús manent immunes ab omni negotio, qvaſi nati ad ſobolis procreationem. Magnitudine etiam præſtant, qvaſi ad prolem procreandam, Corpus eorum ſit inſtitutum, Fucos autem caſtigent.

Poſtremò, Apes ſine coitu generari argumento eſt, qvód fœtus exiguus admodúm in cellulis favi cernatur, cúm inſecta, qvæ per coitum oriuntur, coëant diu, pariant brevi magnitudine ad ſpeciem ver-

mis. *Hæc Ariſtoteles.*

Plinius lib. 11. *nat. hiſt. cap.* 16. Ariſtotelem ſecutus, certum eſſe affirmat, Apes Gallinarum modo incubare. Id qvod excluſum eſt, primo vermiculum videri candidum jacentem transverſum, adhærentemq; ita ut paſcere videatur. Regem ſtatim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factum, neq; vermiculum, ſed ſtatim pennigerum. Cætera turba cúm formam capere cepit, Nymphæ vocantur, ut Fuci, Sirenes ac Cephenes. Si qvi alterutris capita demat, pro gratiſſimo ſunt matribus cibo. Tempore procedente inſtillant cibos atq; incubant, tum maximé murmurantes, caloris ut putatur faciendi gratia neceſſarii excludendis pullis, donec ruptis membranis, qvæ ſingulos cingunt, Ovorum modo univerſum agmen emergat. Fœtus, intra 45. diem peragitur. Fit in favis qvibusdam, qvi vocatur Clerus, amaræ duritia Ceræ, cum fætum inde non eduxére, morbo aut ignavia, aut infæcunditate naturali. Hic eſt abortus Apum.

Alii partim ex Apibus, partim ex bubulo aut eqvino Corpore putrefacto, Apes naſci crediderunt. Hinc Archelaus in epigrammate ait, eas eſſe

βοὸς φθινομένης πεποιημένα τέκνα. Idem ἵππων μὲν σφῆκες γένεα, μόσχων δὲ μέλισσαι. *Varro. lib.* 3. *c.* 16.

Virgilius 4. *Georgic* priorem modum his verbis depinxit.

Illum adeó placuiſſe *Apibus* mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora ſegnes
In Venerem ſolvunt, aut fœtus nixibus edunt.
Verúm ipſæ é foliis natos & ſvavibus herbis
Ore legunt, ipſæ Regem parvosq; Qvirites,
Sufficiunt, aulasq; & cerea regna refigunt,

Ambroſius. Apes nullo concubitu miſcentur, nec libidine reſolvuntur, nec *partus* doloribus qvatiuntur, ſed integritatem Corporis *virginalem* ſervantes, ſubito *maximum* filiorum examen emittunt.

Itaq; cúm ſingularis peculiarisq; ſit Apum natura, *ortum* qvoq; earum peculiarem meritó

meritó eſſe conjicitur.

Apum differentiæ.

Apes vel ſunt:

Immaturæ ſeu fætus, qvi *aut* vermiculi, & cúm formam capere ceperunt turba communis *Nymphæ, Fuci, Sirenes, Cephenes* vocantur: *aut* pennigeri ſtatim fiunt, & Regis nomen merentur,

Perfectæ, aut Regales, principes, Duces ſeu Reges, qvi imperant,

aut Populares, plebejæ, qvæ *vel* Mella colligunt & favos conficiunt, ut Apes frugi: *vel* Apibus inſerviunt, ut Fuci.

Apum Rex.

ἡγεμὼν πυξῶς,
Apum dux ſeu princeps,
Der Bienen König/
Weiſel / *Sileſ.*

Paulo major & oblongus magis qvám vulgaris Apis, alvo in extremo acutiore. Carribus rectioribus ad flavedinem vergentibus, ſed minús amplis; pinnis, pulcri coloris ac nitidi, breunlicht/ lævisq; ac ſine ſpiculo.

Generatur in cellis, qvæ in fine Cerarum, plerunq; velut papilla uberum apparent eminentiores, & laxiores fiſtulæ, qvám ſunt reliqvæ, qvibus popularis notæ pulli detinentur.

Rex, *inqvit Plinius*, ſtatim mellei coloris, ut electo flore ex omni copia factus, neqve vermiculus, ſed ſtatim penniger.

Ariſtoteles duplicem Regem conſtituit, unum fulvum, rufum, qvi præſtantior alterum nigrum magisq; varium.

Namq; duæ Regum facies; duo corpora Gentis,
Alter erit maculis auro ſqval lentibus ardens,
Et rutilis clarus ſqvamis, inſignis & ore.

Atq, hic maximé probatur. Ei forma ſemper egregia, & duplo cæteris major, id eſt, paulo longior, pennæ breviores, Crura recta, ingreſſus celſior, in fronte, macula diademate qvodam candicans.

ille horridus alter,
Cúm venit, & ſicco terram, ſpuit ore viator,
Deſidia latamq; trahens inglorius alvum;
Dede neci; melior vacua ſine regnet in aula,

Nam

Nam deterior ſordido ſputo ſimilis fœtus eſt, & pulverulentus. Nec unus in qvóq; Examine Dux tantummodó eſt, ſed plures : peritq; Examen, ſi duces vel non ſatis habeantur (qvód non tam Principis deſiderio qvám ortus, ut ajunt, ad qvem illi neceſſarii ſunt, incidit,) vel plures qvám ſatis: diſtrahunt enim Examen, Ob id plures & potiſſimûm improbos ſi animadverterint Melicurgi, ne Principum multitudo ſeditiones faciat in Examine, necare ſolent.

Foris Reges nunqvam viſuntur aut prodeunt, vel ut paſcantur, vel alia cauſſa, niſi univerſa cum plebe cúm migratur: & tunc ita, ut reliqvæ omnes circa ipſos Principes ſuos glomerentur. Qvi ſi perierint, Plebs luget, ignavo dolore, non convehunt cibos, & ni ſubveniatur, fame moriuntur.

Ambroſius. Apibus Rex natura claris formatur inſignibus, ut magnitudine Corporis præſtet & ſpecie, tum (qvod in Rege præcipuum eſt) morum manſvetudine. Nam etſi habet aculeum; tamen eo non utitur ad vindicandum. Sunt enim Regis naturæ non ſcriptæ literis, ſed impreſſæ moribus, ut leniores ſint ad puniendum, qvi maxima poteſtate potiuntur.

Apes frugi.

Μέλιτ]αι κηρόποιαι.

Ἐργοφόροι, μελιτ]ῶρ.

Apes veræ, operariæ Bienen.

Unicolores magis ſunt, qvám Crabrones, *Veſpæ*, aut feræ Apes.

Apes *vel* ſunt domeſticæ, Urbanæ, manſvetæ, Zahme Bienen / qvæ parentibus natæ urbanis, qvæqve ruſtico montanoq; victu educatis prodierunt, & qvæ cultis locis paſcuntur. Harum rurſus aliæ ϛρογγύλαι καὶ ποικίλαι breves, variæ & in rotunditatem compactiles, coloris ad cinereum vergentis hirtiuſculæ, alvo obtuſiore & capite majuſculo. Hæ optimæ judicantur.

aliæ ſunt μακραὶ longiores, Crabronibus veſpisq; ſimiles qvæ ſunt deteriores; etiamnum deterrimæ ex iis piloſæ. Minores illæ officioſiores majoribus ſunt.

Namq; aliæ turpes horrent:
Elucent

Elucent aliæ, & fulgore coruſcant Ardentes auro, & paribus lita Corpora guttis.

Apes ſylvaticæ, ſylveſtres, feræ Varroni, Heiden Bienen/ Wald Bienen ſunt, qvæ in ſylvis vaſtis & aliis ſylveſtribus locis Mellificia parant. Horridiores hæ ſunt aſpectu, iracundiores & minores, ſed opere ac labore præſtantiores.

Fuci.

Κηφῆνες
μελιττῶν ὑδροφόροι,
Apes mares *Nonn.*
Apes ignavæ,
Apum ſerotinus fœtus,
Fucus á fovendo, qvód Apum fœtus foveat : aliis á furando, qvód furtim Mella devoret.

Threnen *vulgó.*
Bruth Bienen/
Waſſer Bienen.

Apibus ſunt ſimilimi, ſed duplo majores, Rege craſſiores, coloris magis fuſci, ac ſine aculeis. Gignuntur ab emeritis Apibus, & ſeorſim aliqvando, magna ex parte favis Apum inſeruntur, loculis ipſorum amplioribus & altioribus. Fœtus ipſorum, ut Apum, candidus eſt, ex qvo fiunt vermiculi, ex his Nymphæ, qvas alii proprio nomine Seirenes vocant, qvód intra membranam contracti & curvati jaceant.

Veris Apibus inſerviunt, *vel* ad procreationem ſobolis, ut Scriptores tradunt, qvód ſeminibus inſideant, qvibus Apes figurantur. Cúm enim cætera turba labori dedita in Mellificio occupatur, Fuci interim intra alvearia incubãt, ſuo calore fœtum foventes & accelerantes. Ob id videmus Apes operarias poſt Jacobi feſtivitatem, cúm ampliús non fœtificant, eos abigere & expellere, utpoté eorum opera non ulterius indigentes. Multæ ſingulos aggreſſæ trucidant.

agmine facto
Ignavum Fucos pecus á præſepibus arcent.

vel ut æſtate aqvam apportent.

Sunt, qvi & per ſe fingere favos eodem in alveo, & cum Apibus negotium conficiendi favos partiri dicant; verúm mellificandi nullam habere facultatem, ſed veſci tum Eos, tum eorum pullos mel-

 le, qvod

le, qvod Apes fecerint.

Manent magna temporis parte intús, cumq; exeunt, offerunt ſeſe fuſius in ſublime, gyroq; volitant, & qvaſi exercitum faciunt (inprimis cúm jam Examina egredi moliuntur) qvod ubi ſatis jam fecerint, redeunt domú, & epulis perfruuntur.

Apes fures.

φῶρες, Ariſt.
φωρίοι, Heſiod.
RaubBienen/
HeerBienen.

Apum genus eſt nigrũ, alvo ampliórc, pauló minus fucis. Ignavæ ſunt, nec qvicqvam operantur, ſed cæteris, qvibus cúm vivunt, injuriam faciunt, & alienos favos, ſi latuerint, ſubeunt: ſæpe integra Alvearia depopulantur; niſi maturé repreſſæ vel igne cõbuſtæ fuerint. Adeó in ſatietatem replentur, ut interdum vix qveant volare, ſed ante alveum volutentur.

Apiarium.

Μελιττοτροφεῖον,
Alvearium,
Mellarium,
Apum ſtatio,
Apum caſtra,
Ein Biengarte.

Stationes ac paſtiones Apum conſtituendæ, ut in tuto ſecretóqve Alvearia ſint, maximé converſæ ad hybernum atq; vernum Solis exortum, loco neq; calido, neqve frigido nimis, utroq; enim offenduntur; ſed temperato, ut & hyeme atq; æſtate temperaté incaleſcant, & auræ ſalubritas Apes recreet. Procul á cætu ac tumultu tám pecudum qvám hominum:

Qvo neq; ſit ventis aditus, (nam pabula venti
Ferre domum prohibent) nec oves, hædiq; petulci
Floribus inſultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & ſurgentes atterat herbas.

Gaudent enim maximé qviete & hominum conſpectum ægré ferunt.

Abſint & noxia Animantia, Rubetæ, Lacerti, Serpentes, Crabrones, &c.

Sedes

Sedes etiam in valle potius qvám editiore loco, ſed ubi non reſultet Echo, ſono reciprocante Apibus inimica. Nam hinc expeditiús evolant vacuæ ad altiora, & onuſtæ non ægré devolant.

Si villæ ſitus ita patiatur, commodé ædificio jungi Apiarium, & maceria cingi poteſt, ſed ea parte, qvæ á tetris latrinæ ſterqviliniis & balneis, tetrisq; libera ſit odoribus.

Maximé expedit, ut ſub oculis Domini conſtituatur, cujus interventu tutiús cuſtodiatur.

Ubicunq; fuerint Alvearia, qvoniam acceſſum oderunt, non editiſſimo claudantur ſepimento. Qvod ſi prædonum metu ſublimius placuerit, tribus elatis ab humo pedibus, exiguis in orbem feneſtellis Apibus ſit pervium, aut raris lapidibus, qvó ipſæ per cavernas involent, & aves ac rorem effugiant.

Jungatur Tugurium, qvo & Cuſtodes habitent, & condatur inſtrumentum, ſitq; repletum maximé alveis ad uſum novorum Examinum, nec minús herbis ſalutaribus, & ſi qva ſint alia, qvibus Apes delectentur; & qvæ langventes reqvirant, juxta Poëtæ conſilium:

Palmaq; veſtibulum, aut ingens Oleaſter obumbret,
Ut, cúm prima novi ducent Examina Reges
Vere ſuo, ludetq; favis emiſſa juventus,
Vicina invitet decédere ripa calori,
Obviaq; hoſpitiis teneat frõdentibus arbos.

Adſit, ſi fieri poteſt, Aqva perennis & pura, vel extructo canali deducatur é puteo. Nam ſine aqva, neq; Mel, neq; favi, nec deniq; pulli figurari poſſunt: unde ſubdit Poëta:

Et liqvidi fontes, & ſtagna virentia muſco
Adſint, & tenuis fugiens per gramina rivus.

Et mox:

In medium ſeu ſtabit iners, ſeu profluet amnis,
Transverſas Salices & grandia conjice ſaxa,

Pontibus ut crebris poſſint ſubſiſtere.

In ambitu hoſpitii Arbuſculæ parvi incrementi, & frutices herbæq; conferantur, cúm propter ſalubritatem túm propter utilitatem, maximé dulces & ſvavis odoris.

Alvearia.

Μελιττῶν κυψέλαι
Σμηνοί *Ariſt.*
Σμήνεα *Dioſcor.*
Σίμβλα.

Alvi, Alvei, á Mellis alimonia.

Apum tuguriola.
Bienſtöcke/ *Sil.*
Beuten *vulgó.*
Bienen Heuslin/
Ymmen Körbe.

Apum ſunt domicilia, qvæ variant, & diverſis modis conficiuntur, pro regionum, locorúmqve conſvetudine & oportunitate.

Alia ſunt: **Immobilia**, ut Arbores naturâ concavæ, in qvas ſæpé Examina migrant ut Tiliæ, Qvercus & aliæ: *vel* ſtudio & induſtria Hominum excavantur, veluti plurima in vaſtis ſylvis Pinaſtri Sileſiæ inferioris viſuntur.

Mobilia, *aut*: *Straminea* ſunt, é ſtipula viminibus contexta, opere textorio facta, ſeſqvipede aut pedibus duobus in rotundum latis, ac totidem aut ampliús pro freqventia Examinis alta, veluti in Alſatia, Helvetia, & alibi habentur.

Lignea rotunda, teretia freqventiſſimé in Sileſia noſtra viciniſq; locis, ex Arborum truncis, veluti *Tiliæ*, *Pinaſtri*, Piceæ, Salicis, Populi nigræ, Alni, &c. cubitorum ij.ſ. altitudine á Meliturgis parantur. **Foramina**, quibus exitus & introitus datur, ſint anguſtiſſima, ut ſolúm unius Apis Capiant tranſitum, partim ut qvám minimum frigoris admittant, partim ne Stelliones, Lacerti, Scarabæi, Papiliones *lucifugæ*, & reliqvæ noxiæ beſtiæ per laxiora foramina in favos populentur. Utile igitur pro freqventia Examinum, duos aut tres *aditus* in eodem operculo inter *ſe* diſtantes fieri. Sint ex *latere* opercula longa, ut tempore vindemiarum poſſint commodé auferri. Forinſecús bubulo ſtercore oblinuntur: minús enim ſic computreſcere Florentinus tradit.

Collo-

Collocantur ſuper lapides, ſeu in ſuggeſtu lapideo aut ligneo, qvi extendatur per totum Apiarium, in tres pedes altitudinis, totidemqve craſſitudinis, isq; ſic extructus, & diligenter opere tectorio lævigatus ſit, ne aſcenſus Lacertis aut Angvibus, aliisve noxiis Animalibus præbeatur.

Ora Cavearum, qvæ præbent Apibus veſtibula, proniora ſint qvàm terga, ne influant imbres, & ſi forté tamen ingreſſi fuerint, non immorétur, ſed per aditum effluant: propter qvod Alvearia porticibus ſeu tegmine ſupermuniri convenit, qvo frigora & pluviæ arceantur, umbraq; æſtum contemperet ſeu infringat. Cúm veró hyems generi huic ſit noxia, ad hybernum orientem obverſa collocari debent, ut apricum habeant egreſſum, & ſint exporrectiores.

Apum pabulum.

Apes non alio cibo utuntur qvàm dulci: ob id ſi naturale pabulum deficit, Dominum oportet ſerere ejusmodi plantas, qvas maximé ſeqvuntur Apes, qvales ſunt, qvæ flores calyculatos producunt, item qvæ dulces, & ſvaves ſunt odoris, veluti ſunt.

Inter Arbores, Abies, Amygdalus, Cedrus, Ceraſus, Ilex, Lentiſcus, Malus, Perſicus, Picea, Pinaſter, Pyrus, Salix latifolia, Tilia, Ziziphus &c.

Frutices Amellus, Creſpinus, Cytiſus utiliſſima. Etenim poſt Æqvinoctium vernum florére incipit, & permanet ad alterum æqvinoctium autumnale, Frangula, Cœniſta, Ledum Sileſiacum inde vulgó Binßeide nuncupatur, Ribeſium, Roſæ ſylveſtres.

Herbæ, qvibus Apes delectantur, ſunt, Acanthus, Amaranthus, Antirrhinum, Apium, Arthemiſia, Azarum, Aſphodelus, Borrago, cujus floribus miré delectatur, Braſſica, Bugloſſum, Carvi, Cnicus, Crocus, Erica, Ervilia, Fabæ, Hyacinthi, Hyſſopus, Geniſta, Hepatica aurea, Majorana, Medica, Meliſſa vulgaris, Meliſſophyllon; Melilotus Italica, vulgaris, Myrrhis, Lilium candidum, Narciſſus, Nardus, Origanum, Paſtinaca, Plantago, Petaſites, Rapiſtrum, Roſmarinus,

Salvia, Satureja, Serpyllum, Sinapi, Trifolium album vulgare, Thymus, Thymbra, Triticum faginum, Tunica, Viola Martia. His & ſimilibus Apes inſidére ſolent, qvarum flores ſummoperé appetunt.

Cum veró non omnis tempeſtas patiatur exire longiús, præparandus interdum cibus, ne tum ſolo Melle cogantur vivere, aut relinqvere exinanitos alveos. Alii aqvam mulſam in vaſculis proponunt, lanam purpuream addentes, per qvam ſugant, ne potu nimio impleantur aut ne incidant in aqvam. Alii Ficum aridam, vel contuſum vel aqva madefactam, vel defrutum, vel uvam paſſam cúm pinſuerint, affundunt ſapa, atq; eo factas offas apponunt, idq; tempeſtate & hyeme, cúm procedere non poſſunt ad pabulum.

Cibi pars qvoq; *Potio.* Aqvam Apes libentiſſimé hauriunt, qva ſinceri clariſſimiq; fontes ſcaturiunt ſeu qvæ per aſperos calculos defluat, incorrupta ac minimé turbida.

Apum operæ.

Venturæ memores hyemis, æſtate laborem,
Experiuntur.
Omnibus una qvies operum, labor omnibus unus.

Sunt foris & intus officia diviſa. Operantur intra ſexaginta paſſus, & ſubinde floribus in propinqvo conſumtis, ſpeculatores ad pabula ulteriora mittunt. Nam ad opera provolantes gregatim, aliæ flores aggerunt *pedibus*, aliæ aqvam ore, *guttasq;* totius Corporis lanugine important ad cellas. Adoleſcentes ad opera provolantes convehunt. Seniores intus operantur. Quæ flores comportant, prioribus pedibus fœmina onerant, propter id naturâ ſcabra. Pedes priores, Roſtro, totæq; onuſtæ remeant ſarcina incurvæ; excipiunt eas ternæ vel quaternæ, atq; exonerant. Intús aliæ ſtruunt aliæ poliunt favos & dirigunt, aliæ cibum præparant ex eo, quod allatum eſt. Nullum his tempus certum *conſvetumq;* eſt, quo *operari incipiant*: ſed ſi *cibariis* non carent, beneq; degunt, æſtivo potiſſimum tempore opus aggrediuntur, nullusqve, cúm per cælum licuit, perit dies. De quibus *Poeta* canit.

Namq;

Namq; aliæ victu invigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris, pars inter ſepta domorum,
Narciſſi lachrymam, & lentum de cortice gluten,
Prima favis ponunt fundamina: deinde tenaces
Suſpendunt Ceras, aliæ ſpem gentis adultos
Educunt fœtus, aliæ puriſſima Mella
Stipant, & liquido diſtendunt nectare cellas.
Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorte
Inq; vicé ſpeculantur aqvas, & nubila cœli,
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto,
Ignavum fucos pecus á præſepibus arcent:
Fervet opus redolentq; thymo fragrantia Mella.
Et mox! Grandævis oppida curæ
Et munire favos, & Dædala fingere tecta.

Apes cum alveum receperint mundum, primúm favos conſtruunt, ceram fingunt hoc eſt domus cellasq; faciunt, deinde ſobolem, poſtea Mella.

1. Comoſis.

Κώνωσις *Ariſt.*

Κόμμωσις *Turneb.*

Μίτυς Purgamentum Ceræ.

Tectorium *Apiariis.*

Melligo *Plinii Wottono.*

Primum operis fundamentum, ſeu prima cruſta, Ceræ eſt veluti excrementum purgamentumq; bené nigrum, qvo pavimentum & alveum ipſum intus totum, & qvodam tectorio illinunt, ne beſtiolæ nocuæ ſubeant.

Saporis eſt amari, & odoris acris. Medetur plagis, & hujusmodi ſuppurationibus.

2. Piſſoceros.

περισσόκηρος

πισσόκηρος *Ariſt.*

Picatus cereus *Gaz.*

Kleiſter *vulgò.*

Proximum á Mitye tectorium cruſtáve. Super eam venit Picantium modo ceu dilutior, Ceræ initium plerunq; é mitiore gummi. Fit é lachrymis Arborum, qvæ glutinum pariunt, Salicis, Ulmi, Arundinis ſucco, gummi, reſina.

3. Propolis.

3. *Propolis.*

πρόπολις Plinii.
σμῆνιον Dioſc.
Cera virginea Scribonii.
Binharz vulgò,
Vorſtoß/Stopwachs/
Betwachs.

Rudis eſt & craſſa materia, ſeu gluten in alveorum foribus. Craſſioris jam materiæ additis floribus, nondum tamen cera, ſed favorum ſtabilimentum, qvâ omnis frigoris aut injuriæ aditus obſtruuntur, odore etiamnum gravi.

Differt colore, odore & conſiſtentia.

Eligitur ad Medicum uſum flava, odorata, Styracem vel Galbanum referens, in vehementi ariditate, mollis, & Maſtiches in modum ductilis.

Recens per ſe ſatis eſt mollis & pingvis, tenuis eſſentiæ. Calefacit ordine 2do. aut 3tio. inchoante.

Leviter abſtergit, attrahit, evocat, aculeos & omnia infixa Corpori extrahit, dura concoqvit, dolores Nervorum mulcet, ulceraq; deſperantia cicatrice obducit. In veteri tuſſi ſuffitu juvat, & Lichenas admota tollit.

Veteres pro Galbano utebantur.

4. *Favus.*

á fovendo.

Κηρίον Græcis inde κηριάζειν favos conficere, cerificare.
Κύτταρος Suidæ.
πλιϑὰ, μελικηρίς.
δυρίδες, Loculi.
Loculamentum,
Cella Apum.
Weben oder Heuslein der Bienen.
Bien Roos/ Sil.

Favus, cúm Mellis túm prolis receptaculum, qvem Apes fingunt ἑξάγονον ſexangulum, æqvalium laterum, è Cera veluti cellam, cúm ſingula cava ſena latera habeant, quot ſingulis pedes dedit Natura.

Ab utroq; latere cellas obtinent: contrá Crabrones & Veſpæ.

Favi ſuperiori parte affixi, & paululúm etiam lateribus hærent, & pendent uná, Alveum non contingunt, nunc rotundi, qvaliter poſcit alveus. Primi tres verſus Bletter vulgò feré inanes ſtruuntur, ne promtum

promtum ſit qvod invitet furantem : noviſſimi maximé implentur Melle, ideoqve averſo alveo facilé eximuntur.

Favorum duo genera obſervantur: primum in longitudinem decurrit, die Bienen arbeiten ſcharff / ſecundum transverſim rectis cavearum inhæret, vulgó Bret. Differunt Favi, qvód Alii ſint

Prolis & vel : *Apum* popularium, parvi: *Regum* laxiores & eminentiores, qvi ſepimento tanqvam muro qvodam ad majeſtatem regiam tuendam circumvallantur : *Fucorum* ampliores & latiores, qvi Apum cæterorum favis inſeruntur.

Operis ut Mellis & Sandarachæ. Hinc Favi pleruną, accipiuntur pro cellulis Melle plenis. Ex favis purgatis fit Cera, de qva in ſeqventibus.

5. *Fœtura.*

Νεοσσία *Ariſt.*
Νεοττός,
Brutt / *Sil.*

Favos ubi confecerunt Apes, fœtum iis inſtillant, qvé Avium more incubant & concoqvunt, excluſi deinde vermiculi, dum parvi ſunt, jacent in favo obliqvi: poſt ſua ipſa facultate ſe erigunt, cibumqve capiunt, & favo ita adhærent, ut retineri videantur, qvi tandem in Apes Fucosq; tranſeunt. Apes Novellæ tertio qvám prodierint die, ſtatim negotium ineunt ſi cibus non ſuppetit. Duodeqvinqvageſimo die ab Æqvinoctio verno incipiunt Examina augeri. Ab exortu vergiliarum hoc eſt á 5. Idus Majas ad Solſtitium Alvei examinant. Apud nos ſeriús, pauló ante ſolſtitium æſtivum, usq; ad Syrii ardorem.

Apes fœtificant, examina ponunt, Die Bienen ſetzen Brutt.

6. *Mellificatio.*

Μελιτουργία
Mellificium
Die Bienen tragen Honig.

Tandem Cibi cauſſa mellificant Apes. Melleum enim liqvorem é frondé ac pabulis in utriculos congeſtum, ore tandem in cellas evomunt, & Melle uno alterové die ad ſummum cellas replent, Craſſeſcit autem Mel concoctum jam tempore, qvod initio ut aqvà dilutum eſt, & primis

diebus ſine craſſitudine cernitur, & fervet ut Muſtum, ſeq; purgat, Qvod ſi exemtum eo tempore ſit, craſſitudine caret, tum vigeſimo maximé die ſpiſſatur, mox obducitur tenui membrana, qvæ fervoris ipſius tenui ſpuma concreſcit. Mel enim Apibus tum æſtate tum hyemé cibus eſt.

7. Cerago.

Κηράνθεμον, **Dioſcor.**
Ἐριθάκη, **Ariſtot.**
ἐριθάκη.
Sandaraca,
Cerinthus, **Theoph.**
Vernigo.

Zöllich/
Zulch/ **Meliturgis.**

Alterum Cibarii genus, cui durities Ceræ proxima, ut Ceram ſuis cruribus congerunt, Apum dum operantur cibus, qvi ſæpé invenitur in favorum inanitatibus ſepoſitus. Melle eſt deterior, acerbi ſaporis, ſed plenus humoris cibus. Gignitur ex Rore verno & arborum ſucco, gummi modo. Qvarundum Apum natura peculiaris eſt, ut plurimum Sandaracæ colligant & importent; aliæ non item; qvæ niſi, dum Mel paratur, diligenter eximatur, ei ingratum ſaporem conciliat.

Apum Examen.

Ἑσμὸς,
Σμῆνος.

Bienſchwarm/
Ymenſchwarm.

Nova eſt Apum ſoboles, qvam parentes ex ſuis alvearibus, ad novas ſedes qværendas exire cogunt. In Sileſia noſtra, ut anté dictum, circa ſolſtitium æſtivum, anté & poſt, Apes prolem utplurimúm emittunt. Idcircó diligentiſſimam curam deſiderant, ne egreſſæ turbæ cum Rege fugam capiant, effugiantqve: inprimis veró ab octava matutina usqve ad ſecundam pomeridianam; qvia anté & poſt hæc tempora non facilé emigrare conſveverunt.

Signa autem Examinis exituri ſunt. 1. Uno aut altero die, maximé veſperi, *multæ* in veſtibulo, ſeu ante foramen, ut Uvæ, aliæ ex aliis pendent conglobatæ, egreſſu ſuo ſedis propriæ deſiderium oſtendentes. Legen ſich heraus vor

vor das Flugloch zuſammen/ wie eine Traube. 2. Vox ſolitaria,& peculiaris qvædam, aliqvot anté diebus intús mittitur, & biduo aut triduo paucæ circa alveum volant. 3. Evolaturæ jam, aut evolantes etiam, conſonant vehementer murmure facto, perinde ac milites caſtra moventes. Qvæ cúm primó exierunt, in conſpectu volitant, reliqvas expectantes dum conveniant.

Curator alveos novos abunde in huncuſum præparatos in promtu habeat. Citiús enim in novum alveum ſe recipiunt, qvám in veterem, etiamſi proximum poſueris veterem, unde exierint, tamen novo magis delectantur. Perliniatur autem herbis Apibus gratis, Meliſſa, Meliloto, Thymo, Ledo noſtrate, aut Mellis guttis reſpergatur. Adſit etiam Cuſtos, qvi alveos diligenter obſervet, eorumq; egreſſus & regreſſus attente animadvertat. Si arbuſculæ in propinqvo deſint, Arboris ramus defigendus, in qvem ſe conferant, conſidentes, eamqve oblinere Apiaſtro aut Erithace ac ſimilibus illecebris, cæterisq; rebus qvibus Apes recreantur. Ubi huc advolarunt & conſederunt, Alveo appoſito, fumo levi circumeundo, eas in novam coloniam intrare cogas.

Apiarii hujus loci, manu Meliſſophyllo illitâ, Apes conglomeratas, in cribrum ligneum ad id accommodatum, leniter alâ anſerina colligunt, injecto ramulo, Regem ſcrutantur diductis Apibus, qvem apprehenſum caveæ minutiſſimæ, Ein Weiſelheuſel/ includunt, affixo baculo alvo, Alveari imponunt; inde Apes ſeqventes Ducem ſine moleſtia in domicilium ſe recipiunt ſuffumigatæ.

Sin examen eſt abditum ſpecu, fumo expellitur, & cúm erumpit, æris ſtrepitu coërcetur, ut in ſylvæ parte vel fronde conſideat: hinc á veſtigatore, accommodato vaſe recipitur.

Arboris veró cavæ ſedem ubi habuerit, & extet ramus, is ſerrâ ſuprá infraqve reſecandus, & munda veſte coopertus inter alvearia collocetur.

Qvód ſi in Arboris trunco ſit, tunc ſi mediocritas patitur, primúm ſuperior pars reſecabitur, qvæ Apibus vacat, ac dein inferior, qvatenus videtur in habitari, veſte tectus transferatur, & ſi rimis hiet, hæ diligenter obturandæ.

Nonnunqvam etiam vernacula Examina, patriæ pertæſa, eruptionem moliuntur: qvod ſignificatur, cum ſic evadunt, ut nulla intró revolet, ſed ſe confeſtim levet ſublimiús: tunc crepitaculis æneis, aut teſtarum vulgó jacentium ſonitu aut plauſu terreatur fugiens juventus. Ea autem cúm vel pavida repetierit alveum maternum, & in ejus aditu glomerata pependerit, aut ad proximas Arborum frondes ſe contulerit, protinus Cuſtos novum loculamentum in hoc paratum, perlitumq; herbis huic animalculo gratis, aut Melle reſperſum admoveat atq; recondat, eoq; loco relinqvat, donec veſpertinum tempus appetat, dein diluculo reponat in ordinem reliqvorum alveorum.

Qvædam ſolent, cúm ſubitó evaſerint, ſine cunctatione ſe prorepere, poteritq; Apiarius fugam prænoſcere veſpertinis temporibus, Aurem ſingulis alveis admovendo: Siqvidem ante triduum, qvám eruptionem facient, veluti militaria ſigna movent tumultus, & murmur exauditur.

Si totum agmen glomeratum in proximo frondentis arboris ramo cõſederit, & totum Examen in *ſpeciem* unius uvæ dependet, *ſignum eſt*, aut Regem unum ineſſe, aut plures reconciliatos, qvos ſic patieris, dum in ſuum revolent domicilium. Sin autem duobus, vel pluribus velut uberibus diductum Examen fuerit, indicium eſt, plures duces & diſſidentes eſſe, atq; in iis partibus, ubi maximé *glomerari videris Apes*, reqvirendi Duces erunt, ubi autem auctorem pugnæ repereris, eum elidere oportet.

Memini ante qvinqvennium in vicinia, uno feré momento tria Examina ex diverſis alveis evolaſſe, & ſe conjunxiſſe. Qvæ ut diſſidentia, cum reconciliari nulla ratione potuiſſent, amplo labro incluſa fuere; linteolo ſuperinducto, & ſic per noctem

relicta.

relicta. Mané demto linteo reperta fuere Examina, qvilibet Rex cum ſua turba ſeparatim conglomeratus: qvæ mox á Curatore, utpoté ſedata & mitiora facta, in alveos peculiares fuérunt repoſita.

Mellis vindemia.

Μελίτωσις.
Mellatio,
Meſſis Apum,
Apum caſtratio,
Honig Erndte/

(Caſtrare Apes Zeideln/ Bienen beſchneiden / Honig ausnehmen.)

Eſt Mellis exemtio. Tempus non idem obſervatur, nec modus omnibus communis. *Varro lib. 3. cap. 16.* eximendorum favorum tempus, primum vergiliarum exortum ſtatuit : ſecundum, æſtatem ſcil. actam, anteqvam oriatur Arcturus totus : tertium, vergiliarum occaſum. Signum ſumi vult, cum plenos alveos habeant, cumq; illos geminaverint. Ex Apibus autem conjecturam facit, ſi intus bombum faciant, & cum introeunt ac foras trepidant, & ſi opercula alvei cúm remota ſint, favorum foramina membranis melleis obducta, videntur-

Dies caſtrandi matutinus eligendus, neq; enim convenit, medio æſtu, Apes laceſſiri; fumo abigantur, ne ad iram provocentur, aut avidé vorent, qvi admoveatur per ollam commodam, cujus nidore apes in priorem partem domicilii, & interdum, extra veſtibulum adigantur, ut ſic poteſtas fiat liberius inſpiciendi.

Mellarii noſtrates priore meſſe, poſt æqvinoctium vernum, qvod fit plerunq; Martio aut Aprili, pro ut hyems fuerit aſpera aut mitior, non niſi cellas inanes reſcindunt ſcalpro, uſq; ad favos, in qvibus Mella & fœtus rudimenta, caventqve ne ea lædant, ſi qvid tamen Mellis abundaverit, id demunt. Poſteriore meſſe, nempé autumnali vindemia, melliti excinduntur favi, qvi demtis vacuis in catinam reponuntur, vel mox uná cum favis & pullitie Mel in cupas cogitur rudi modo, atq; ſic cum excrementis venditur. Si fœcunda ſit alvus, plus tertia parte Mellis, non eximatur, reliqvum hyemationi relin-

qvatur: ſin veró alvus non ſit fertilis, & hyems metuitur aſpera, exemtio ſit minima aut nulla, ne defectu pabuli hyeme animo deficiant & fame intereant: ſupervacuum vere tandem cum favis inanibus excindunt. Redduntur enim Apes ocioſiores, ſi in eximendis favis plus Mellis relinqvatur.

Itaq; pro Examinis numero relinqvendum eſt. Agunt etiam anxius, ſi plus dematur, qvam ut reſiduum cibo ſufficiat, atq; etiam ſi alveus juſto amplior ſit, deſidiores redduntur: ægrius enim, qvaſi deſperent, operi incumbunt.

Apum natura.

Apibus non mellificandi ars tantúm, ſed & diligentia ac in labore perſeverantia ineſt.

Mos Apibus, ne plura florum genera petant uno eodemq; profectu, ſed ſingulis ſingula v. g. á viola ad violam, nec aliud attingunt, quousq; ſuum in alveum redeant. Hic ſe qvatiunt, & ſingulas, tres aut qvatuor ſeqvuntur.

Oderunt non ſolúm fœdos odores, ſed etiam ungventorum delicias, indeq; fit, ut homines his delibutos facilé percutiant.

Carnem nullius Animalis tangunt, nec obſonium appetunt. Mundiſſimum enim hoc loco animal.

Student bonæ Apes, quoad fieri poteſt, ne qvam intra alveum interimant: & ſi qva perierit intús, ſtatim forás cadaver educunt.

Mira qvoq; iis *munditia*. Egerunt excrementa congeſta in unum locum, turbidis diebus, & operis otio. Sæpenumeró, cúm alvi neceſſitas eſt, avolant, & in ſeceſſu reddunt excrementum, qvoniam malé oleat.

Beſtiolas, qvæ in alveis naſcuntur, melioris notæ Apes tollunt, & rem *familiarem* tuentur, ſed alteras pro vitio ſuo negligunt, & perire patiuntur.

Seniores intús operantur, hirtioresq; moræ *domeſticæ* ratione ſunt. Ado*leſcentes* foris negotium ex*ercent*, & ea qvæ res exigit portant, levioresq; ſunt labore hirſutie detritâ.

Socias, ocioſas ac deſides, aut min⁹ parcas pellunt. Ceſſantium

ſantium inertiam notant, caſtigant mox: & puniunt morte.

Gaudere plauſu atq; ſonitu videntur. Qvapropter tinnitu æris aut fictilis, convocari eas in alveum ajunt: qvanqvam incertum, an audiant, & voluptatē ne an formidine ita faciant.

Præſagiunt hyemem & imbres ventosq; & tunc temporis ſe continent tectis.

Apum Reſpublica.

Politiam Reipublicæ obſervant humanæ optimé inſtitutæ aſſimilem. Regi parent, πολυκοιρανίαν tanqvam inutilem fugiunt. Monarchiam amant. Functioni ac labori qvæqvē ſuo incumbunt.

Unde ſapientiſſimi qviq; Rerumpublicarũ inſtitutores exempla, & in Regibus creandis, officiis diſtribuendis, ſontibusq; puniendis imitati ſunt. *Vergilius* admiranda levium ſpectacula Rerum, veriſſimé elegantiſſimeq; canit. Apum Rempublicam, regias, ſatellitia, prætoria, urbes, leges, mores, pugnas, expeditiones, ſic depingens, ut vel una hac pictura admirandas ingenii dotes declaraverit, prorſus eſſe Apibus partem divinæ Mentis & hauſtus æthereos exiſtimans, qvód tum propé ad humanam mentem accedant, imó eam etiam ſuperent. Tanta circa Regem obedientia, qvem

non ſic Ægyptus, & ingens
Lydia, nec populi Parthorum
aut Medus Hydaspes,
Obſervant: Rege incolumi
mens omnibus una eſt.
Ille operum cuſtos, illum admirantur, & omnes
Circumſtant fremitu denſo,
ſtipantq; freqventes,
Et ſæpé attollunt humeris, &
corpora bello
Objiciunt, pulchramq; petunt
per vulnera mortem;
Amiſſo rupére fidem, conſtructaqve Mella
Diripuēre ipſæ, & crates ſolvére favorum.

Rege prehenſo totum agmen tenetur, migrantq; ad alias. Eſſe utiq; ſine Rege non poſſunt, ἀναρχίαν fugientes, ſicut & πολυκοιρανίαν. Defuncto Rege plebs mæret ignavo dolore, non amplius cibos convehunt, non procedunt, tantûm triſti murmure circa corpus ejus glomerātur.

Magna

Magna profectó in hoc Animalculo admiratio, qvod

Solæ communes natos, conſortia tecta
Urbis habent, magnisq́; agitant ſub legibus ævum.
Et patriam ſolæ, & certos novére penates,
Venturæq; hyemis memores, æſtate laborem
Experiuntur, & in medium qvæſita reponunt.

Regias Monarchiæ in una parte alvei extruunt amplas & magnificas, ſeparatas ab aliis, tuberculo eminentes, qvod ſi exprimatur, non gignuntur ſoboles, Omnes ut in exercitu vivunt, atq; alternis dormiunt, & opus faciunt pariter; & colonias mittunt. Hiq́; Duces, inqvit Varro, conficiunt qvædam ad vocem, ut imitatione tubæ: tum id faciunt, cúm inter ſe ſigna pacis & belli habeant. Statio interdiu ad portas more caſtrorum: noctu qvies in matutinum, donec una excitet bombo, ad qvem mox provolant, qvod poëta eleganter expreſſit.

Omnibus una qvies, operum labor omnibus idem,
Mané ruunt portis, nusqvam mora, rurſus easdem
Veſpere, ubi é paſtu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant.
Fit ſonitus muſſantq; oras & limina circum.
Poſt ubi jam thalamis ſe compoſuere, ſiletur
In noctem, feſſosq́; ſopor ſuus occupat artus.

Nam cúm ad*veſperaſcit, in* alveo ſtrepunt minús ac min» donec una circúvolet, eodem qvo excitavit bombo excitatæ, mox ruunt portis, ſed non pro volant, niſi dies ſit ſerenus futurus, id ſcil. natura præſagiente. *Ariſt. hiſt. anim. 9. cap.* 40.

Nec veró á ſtabulis pluvia *impendente recedunt*
Longiús, aut credunt cælo, adventantibus Euris,
Sed circum tutæ ſub mœ*nibus* urbis aqvantur,
Excurſusq́; breves tentant, *&* ſæpé lapillos,
Ut cymbæ inſtabiles *fluctu* jactante ſaburram,
Tollunt, his ſeſe per inania nubila librant.

Gerulæ ſecundos flatus captant, Si oriatur procell*a*, apprehenſis

prehenſis lapillis ſe librant, juxta terram volitantes, in adverſo flatu.

Apum ætas.

Durant Apes, ſi diligenter excultæ ſint, in annos ſeptem, octo, aut decem; nec ullum Examen hanc ætatem poteſt excedere, qvâvis in demortuorum locum qvotannis pullos ſubſtituant. *Plinius.* Nam fere decimo ab internecione anno gens univerſa totius alvei conſumitur. *Columella.* Itaq; ne hoc in toto Apiario fiat, ſemper propaganda erit ſoboles, obſervandumq; vere cúm ſe nova profundunt Examina, ut excipiantur, & domiciliorum numerus augeatur.

Ætatem qvidem ſic tradunt internoſci, qvód, qvæ annum non exceſſerint, niteſcant, oleiq; ſimilitudinem & ſpeciem gerant: vetulæ veró aſpectu & tactu horridulæ, & rugis plenæ attamen fingendis favis præſtantiores.

Apum ſanitas.

Sanitatis ſigna ſunt, ſi ſint freqventes in Examine, ſi hilares, ſi nitidæ, ſi opus qvod faciunt, æqvabile ac læve. Minús valent, ſi horridæ, ſi pilosæ & pulverulentæ, niſi opificii tempus urgeat, cúm propter laborem aſperantur & marceſcunt; item triſtitiâ torpent, & ſi conſpiciantur aliæ mortuorum cadavera efferre, funerantiumq; more exeqvias comitari, aut intra tecta ſilentio torpere.

Apibus inimica.

Averſantur Apes; Adulteros, temulentos, fures, Mulierum menſes, Urſos, Oves, Picos, Paros, Hirundines; Caprimulgos, Ciconias, Lacertos, Serpentes, Buffones qui flatu lædunt. Capras, Hædos, Crabrones, Veſpas, Papiliones ignavos, Araneos, Formicas, Fullones, Blattas, Tineas, Culices, *item* Taxum, Ulmum, Cornum, Platanum, Abſinthium, Allium, Cepas, Porrũ, Cucumerem ſylveſt. Thapſiam, Tithimallos, Veratrum. *Tandem* offendunt Apes: Venti, Nebulæ, fumus Figulorum, Echo, Balnea libera, Cloacæ, Sterquilinia, & omnes fœdi odores, olea, ungventa redolentia, & alia qvamplurima.

Apum iracundia.

Nullum animal, niſi ſui generis Apes fugiunt. Prælíantur enim intra ſe, & cum veſpis: ſed cúm ruri ſunt, nec ſibi invicem, neq; ullis aliis injuriantur: at veró apud ſuos alveos pugnant acerrimé, & hoſtes qvos vicerint enecant. Necant vel maxima Animalia ictu ſui aculei, ſed principes mininé irritantur & feriunt.

Apum ſeditio.

Vere & æſtate feré ter in menſe animadvertas, ne Reguli plures exiſtant; inutiles enim fiunt propter ſeditiones. *Varro lib. 3. cap. 16.*

Corda licet vulgi præſciſcere: namq; morantes
Martius ille æris rauci canor increpat, & vox
Auditur fractos ſonitus imitata tubarum.

Pugna vel unius inter ſe diſſidentis, vel duorum Examinum ad prælium accinctorum facilé compeſcitur;

Pulveris exigui jactu compreſſa qvieſcit.

Aut mulſo paſſóve, aut alio qvovis liqvore reſperſo, videlicet familiari dulcedine ſævientium iras mitigante. Eadem & Reges conciliant diſſidentes. Qvare ſi ſæpiús dimicantes notaveris, Duces ſeditionum necare oportet, & dimicantium prælia, prædictis remediis ſedantur. *Colum. lib. 9. cap. 9.*

Apum ignavia.

Si ex alvo minús *freqventes* evadunt, ac *ſubſidit* aliqva pars, ſuffumigandum, & propé fumus apponendus bené olentium herbarum, maximé Apiaſtri & Thymi. *Varro lib. 3. cap. 16.*

Apum langvor.

Si Apes ſubita tempeſtate, aut frigore, aut imbre repentino jaceant *proſtratæ*, colligendæ in vas aliqvod, & reponendum in tecto ac prono ad Meridiem, qvám maximé cœlo clementi, & vas ipſum cinere facto é ficulneis *lignis* infricandum, pauló plus *calido* qvám tepido, ac *deinde* concutiendum vas leniter, ut manu non tangas, atq; ſic in Solem prolatas incaleſcentes reviviſcere *Varro* docuit. Cui ſubſcribens *Columella* ſubdit;

dit;

dit, de Apibus coacervatim ſub favis repertis mortuis, eas per hyemem ſcilicet ſiccó loco ſervatas, circa vernum æqvinoctium, cúm cœli benignitas invitat, in Solem proferendas, ficulneoq; cinere obrutas, intra paucas horas caloris halitu animari.

Apum interitus.

Intereunt Apes Rege amiſſo, aculeis infixis, Mellis inopia, Morbis.

Regum mors. Apes ſi omnes Duces ſuos amiſerint, Wann ſie Weiſelloſe worden/ mœrent ac triſtantur, ignavæ evadunt, operas non attingunt, nec cibos convehunt, & tandem, niſi ſubveniatur, fame moriuntur. Qvód ſi vel ob mortem Ducum, vel per aliqvam peſtem, Apum multitudo fuerit ſubacta, ut eam repares, conſiderabis in aliis Alveariis abundantibus, ceras favorum, & extremitates qvæ pullos habent, & ubi ſignum naſcituri Regis inveneris, cum ſobole ſua recides, & id in Alvearium pones. Sed tunc transferendi, qvando eroſis cooperculis ad naſcendum maturi, capita nituntur exerere. *Columella.*

Aculei infixi. Pennæ Apis reſciſſæ non renaſcuntur, qvoniam ex humido radicali conſtant: ſimiliter in aculeo evenit, qvando enim hunc amiſerit Apis, emoritur, eó qvód ad locum affectum multæ Corporis humiditates concurrant, & cúm ejicitur aculeus, ex multo affluxu humiditatis primó debilitatur, deinde moritur. *Albertus.* Hinc *Nicander.*

Κέντρον γὰρ πληγῇ περικάλ-
λιπεν ἐμμαπέοσσα,
Κέντρον δ' ἠ ζωὴν τε φέρει θά-
νατόν τε μελίσσῃ.

Mordentes ſiqvidem linqvũt
proboſcida fixam,
Qvæ vitæ & mortis cauſſa eſt,
mirabile dictu.

Cúm enim Natura aculeum Inteſtino annexerit, is niſi diffracto eo vix evelli poterit. Viſæ tamen ſunt aliqvando evadere, ſi is qvi ictus eſt curam adhibuerit, ut infixus aculeus, junctus cum alvo extringatur.

Apum Morbi.

Apes ægrotant potiſſimùm, cùm ſylva flores æruginoſos tulerit, atq; etiam temporibus ſiccis.

Peſtis. Peſtilentiæ in Apibus rara pernicies, neq; aliud remedium quàm ut longiùs alvei transvehantur.

Alvi profluvium, Cœliaca, Apum fluxus. Maximus earum annuus labor eſt initio veris, qvo Tithymali flores, & qvo ſameram ulmi promunt. Cùm enim poſt hybernam inediam, hiſce primitivis floribus illectæ, avidè veſcantur, & ſeſe repleant, profluvio alvi, niſi celeriter ſuccurratur, intereunt. Huic medetur Galbanum incenſum; Mala punici grana tuſa, & cum vino inſperſa auſtero.

Uvæ paſſæ cum Rore Syriaco & vino auſtero inſuccatæ.

DecoctumMellis cum galla, vel arida Roſa, pulv. arundinaceis canalibus infuſum.

Φαγέδαινα. Voracitas. Cùm tantùm Ceræ confingunt, qvantum ſe explere putant, poſtea tempeſtate oppreſſæ intereunt, & reliqva paucitas non ſufficit implendis favis. Vacuæ cæterarum partes com putreſcunt, atq; vitiis ſerpentibus ipſæ qvoq; Apes reliqvæ corrumpuntur. Id ne fiat, duo Examina conjungantur, qvæ poſſint integras adhuc Ceras explere: vel ſi non eſt facultas Examinis, ipſos favos præſcindere oportet, anteqvam putreſcant; idq; acuto ferro, ne hebetudine cultri, reliqvi favi loco moveantur.

Βλαψιγονία. Cauſſa ſæpè interitus, nimia felicitas ſua, veluti cùm continuis annis plurimi flores proveniunt, & Apes magis Mellificiis, qvàm fœtibus ſtudent, nimisq; opere fatigatæ interdum pereunt, nullis juventutis reliqviis. Interdum Morbo, vel ignavia, aut infœcunditate fœtum, non peragunt. His proderit tertio qvoqve die Alveorum exitus præcludi, exiguis tantùm foraminibus relictis, qvibus tamen exire neqveant, atq; ita domi retentæ coguntur fœtibus vacare.

Κληρὸς, Clerus. Vermiculi ſunt, qvi in pavimento naſcuntur, è qvibus creſcentibus, velut aranea alveo toti obduci-

obducitur, & favi carie pereunt. *Ariſt. h. a. 8. c. 27.*

Tineæ, Teredines Rietmaden. Adhærentes favis decidunt, ſi fimo medullam bubulam miſceas, & his incenſis nidorem admoveas. Generantur plerunqve, cúm Malus floret. Aliqvando etiam ignavus & inhonoratus Papilio, luminibus accenſis advolans, non ſolúm Ceras depaſcitur, verumetiam excrementa relinqvit, ex qvibus Teredines gignuntur. Vitioſi ſi qvi fuerint favi tollantur, deinde fumigentur.

Vermiculi. Vitiantur favi ex Aranea qvandoq;, niſi ſuis favis incubent Apes & concoqvant.

Qvod ſi ita ſe continere potuerint, ut incubitu perſeverent; efficitur aranea illis veluti alimentum, ſin minús, pereunt toti favi. Gignuntur in iis, qvi vitiantur vermiculi, qvi mox pennis ſubnatis evolant.

Pediculi. Infeſtantur qvoq; Pediculis, qvos ramulis mali arboris ac Caprifici incenſis, ac ſuffumigatis curari tradunt.

Hebetudo videndi Origani ſuffitu curatur.

Mellis inopia reſarcitur appoſitione Mellis, vel ejus defectu, alterius nutrimenti appropriati. De qvibus alibi.

Apum acqviſitio.

Comparantur Apes tribus modis, vel precio, vel ſylveſtres capiuntur, vel examina reconduntur.

Emtio.

In Emtione conſiderantur.

1. *Freqventia*, apertis alveariis: vel ſi non fuerit inſpiciendi facultas, aliis indiciis, veluti ſi in veſtibulo plures conſiſtant, & vehemens intús murmurantium ſonitus exaudiatur: aut ſi omnes in Alveario conqvieſcant ſilentes, Labris foramini aditus admotis & inflato ſpiritu, é reſpondente earum ſubito fremitu, poterimus æſtimare vel multitudinem, vel paucitatem.

2. *Num* ſint ſanæ vel infirmæ, ſigna qvære ſuprá.

3. *Ætas*. Qvæ annum non exceſſerunt, niteſcunt, oleiq; ſimilitudinem & ſpeciem gerunt.

runt. Vetulæ veró & aſpectu & tactu horridiuſculæ, atq; ex ætate affecta rugis plenæ: qvæ tamen favorumfingendorum experientia, induſtria & tempeſtatum præſcientia excellunt.

4. *Locus*. E vicinis locis potiús qvám é longinqvis comparentur. Nam cœli mutatione & commotione laceſſiri ſolent. Qvód ſi é longinqvo deferendæ, cavendum ne ſalebris ſollicitentur.

5. *Tempus anni*. Transferuntur verno potius tempore, qvám hyberno, qvód hyeme difficulter conſveſcant, in ea loca ubi ſerotinis floribus Thymi, Origani, Thymbræq; benigniús & uberiús alantur.

6. *Optimé* collo noctu deportentur, Interdiu enim qvieſcant, nec moveantur.

7. *Liqvores* grati infundendi, qvibus clauſæ alantur.

8. *Mox* ubi ad ſtatutum locum deportatæ fuerint, ſi dies ſupervenerit, nec aperire nec collocare oportebit Alveum, niſi Veſperé, ut Apes placidé mané poſt totiús noctis reqviem egrediantur. Aliás fugitivæ fiunt; præſertim ſi é loco transferantur bono, in eum ubi pabulatio non eſt.

Captura Apum.

Accidit ſæpé, ut vernacula Examina patriæ pertæſa, eruptionem moliantur, & univerſa turba cum Rege ſuo confeſtim ſe elevet ſublimiús, & avolet, nec unqvam revolet. Has *Agricolæ* nonnulli, diligenter Examinis tempore inqvirentes, capiunt, & in ſua alvearia recundunt.

Examina ut reponenda ſint, vide ſupra in Examine Apum. Sunt qvi in totum amiſſas Apes reparari tradant, ventribus bubalis recentibus cum fimo obrutis.

M. *Varro* partim ex Apibus generari, partim é bubali aut juvenci corpore putrefacto ſcribit. Qvod *Vergilius* eleganter ſeqventibus verbis expreſſit:

Sed ſi qvem proles ſubitó defecerit omnis;
Nec, genus unde novæ ſtirpis revocetur, habebit:

Tempus

Tempus & Arcadii memoranda inventa Magiſtri
Pandere, qvoq; modo cæſis jam ſæpé juvencis
Inſincerus Apes tulerit cruor.

Hic modus noſtris Apiariis plané incognitus.

Meliturgi officium.

Μελιττουργός,
Μελισσεύς,
Μελισσοκόμος,
Μελισσοβότος.
Apiarius, Mellarius
Curator, Paſtor Apum.
Ein BienenHerr/
BienMann/
Bienen Wärter.

Apiarius is dicitur, qvi Apum curam habet. Hic á Venere ſit liber & temulentia, non avarus, nón venereus, alienus á balneis, abſtineat á cibis acribus, Allio, Cepis &c. odoribus immundis, atq; omnibus redolentibus ſalſamentis.

Fortis perſvaſio vulgi, Apes emori aut perire poſt obitum Mellarii, niſi Alvearia in alium locum transferantur.

Inſtrumenta Meliturgo neceſſaria.

Cuculla Apiaria Eine Bien-Kappe/Bienhaube.

Chirotecæ.

Saccus amplus cum furca.

Cribrum Examinibus colligendis commodum.

Securis qva poſſit aperire alveos.

Cultri Bienen Meſſer. Alter oblongus ex utraq; parte, acie lata, uno capite aduncum habens ſcalprum, qvo favi eraduntur, & qvicqvid ſordidum decidit, retrahitur. Alter prima fronte planus & acutiſſimus, qvó melius favi ſucciduntur.

Olla fictilis anſata Ein Bienen Krug/altera parte acutior, foraminibus pertuſa, per qvæ fumus prunis accenſis exhalet: altera parte latior & patula, per qvam afflari poteſt.

Materia fumo excitando apta. Cúm enim ægré admittant ſibi auferri favos mellitos, inſigniter Meliturgum ulciſcuntur, qvapropter ut fumo coërceantur, & ceu torpidæ reddantur neceſſe eſt.

Galbanus, fimus aridus, Ligna putrida. Curatores hujus loci utuntur corticibus Pinaſtri & Piceæ.

Alæ

Alæ Anſerinæ, qvibus ſordes ex Alveariis everruntur.

Apum cura.

Cum curam aſſiduam deſiderent Apes, per totum annum Apum Curatori ſuis qvibusq; temporibus labor.

Vere, Ab Æqvinoctio verno, qvæ fit plerunq; Martio, cúm diei permittit hilaritas, & aëris temperies (nam tunc ſine cunctatione jam paſſim vagantur, & idoneos ad fœtum colligunt flores ſeu ſuccos, atq; intra tecta comportant) nivibus delapſis, aperiendi Alvei, omnia purgamenta tollantur, & ſordes, qvas tempus hybernum contraxit, & Vermiculi, & tineæ, & araneæ, & mortuæ Apes eximantur, diligenter everrantur, vitioſi favi abſcindátur, fumus é fimo bubulo, aut arborum corticibus factus immittatur, qvi qvaſi cognatione qvadam generis cumprimis Apibus eſt utilis, & licet moleſtus ſit, ſaluberrimum tamen eſſe conſtat.

Favi melliti, ſi abundaverint, reſecentur, Alimentum, ſi defecerit, ſubminiſtretur.

Cúm Malùs floret, iterum aperiendi, & diligenter purgandi alvei, & fumigandi, ne á tineis infeſtentur.

Æſtate. Purgatio Alveorum usqve in autumni tempora celebretur. Inter Caniculæ & Arcturi exortum cavendum erit, ne Apes intercipiantur violentia Crabronum, qvi ante alvearia plerunq; obſidiantur prodeuntibus.

Examina circa *ſolſtitium* obſervanda, & *recondenda*.

Formicæ Cretâ illitâ repellendæ.

Autumno. Septembri etiam Menſe Alvearia caſtrabuntur, more qvo ſupra dictum eſt. Qvæ tamen oportet inſpicere, & ſi abundantia eſt, demere; ſi mediocritas, partem mediam relinqvere, pro hyemis inopiâ; ſi veró ſterilitas apparet, in cellis nihil prorſus auferre. Telæ araneæ freqventer abſtergantur, ne Apiculæ telis irretitæ pereant.

Hyeme, qvæ *eſt* circa initium Novembris, in noſtro climate utpote algidiore, Octobri ſæpé, urgente Cæli Aqvilonia conſtitutione, Alvearia denuó aperire, & qvicqvid

qvid eſt ſordium repurgare, ac cum diligẽtia curare oportet. Nam hybernis temporibus non convenit movere aut aperire Alvearia.

Proinde dum Cœlum temperatius, apriciſſimo die purgatis domiciliis, opercula intus usq; ad favos admovenda ſunt, omni vacua parte ſedis excluſa, qvo faciliùs anguſtiæ cavearum, per hyemem concaleſcant, idq; ſemper faciendum eſt, etiam in iis alveis, qvæ paucitate plebis infreqventes ſunt. Si alimentum deficiat, Favi capſulâ commodè apponendi, ne per hyemem fame pereant. Qvicqvid rimarum eſt aut foraminum, luto fimoq; bubulo miſtis illinendum extrinſecus, ſolo meatu relicto, per qvem poſſint ſpirare, ne ſuffocentur. Hunc qvidam integunt lamina ferrea foraminibus pertuſa, ne Pici aut Pari illis noxam inferant. Adverſus frigora, nives & Aqvilonum flatꝰ ſtramine muniuntur.

In ſumma omni tempore diligentem reqvirunt curam. Repurgandæ, infumandæ, refocillandæ, circumlinendæ, & â Morbis, externisq; injuriis vindicandæ.

Apum ictus.

Necant Apes vel maxima Animalia, ictu aculei ſui, ſi qvando irritatæ denſiore agmine in ea involent.

Dolor ſtatim conſeqvitur ictum vehementiſſimus; Rubor loci cum tumore partium in ambitu ſitarum, Stimulus in percuſſo loco relinqvitur: Puſtula deniq; ſeu veſicula aſſurgit, cum totius Corporis inqvietudine.

Aculeus qvàm citiſſimè extrahatur, Stercus bubulum, lutum aut terra ex aceto illinatur.

Sigillata cum Malva & poſca.

Hordeacea farina cum aceto.

Muſcæ contritæ illitæ.

Lenticula paluſtris, Malva, Blitum, Thymbra, Meliſſa, Siſymbrium, Sulphur vivum ſaliva humana ſubactum.

Sal, acetum cum Bolo Armeno,

Ol. Scorpionum illitum,

Plumbi lamina deſuper poſita,

Prodeſt Rob Ribium, Berberorum.

Digitized by Google

Syrupus Granatorum.

Succus uvæ acerbæ cum Pſyllio.

Lactuca, Portulaca, Cichoracris.

Vitetur vinum.

Apum finis.

Agricolæ ſeu Homini ruſtico, ex Apum paſtionis ſtudio non contemnendum vectigal provenit, citráq; ſumtum. Etiam pauperculi, qvi amplis agris deſtituuntur, ex hoc ſtudio qvæſtum facere poſſunt. Non enim flores atq; ſtirpes, ut cætera Animantia, depopulantur, ſed libant tantúm, ac incorruptas ſervant.

Merula, Varronem, narrat, qvotannis qvinis millibus pondo Mellis alvearia locaſſe: & in Hiſpania é parva villa, uná cum agello non majore uno jugero, ibi Alveario facto, non minus dena millia ſeſtertia, ex Melle recipi ſolitum.

Nec opere ſolúm hujus inſecti paſtio, nobis dulciſſimum & ſaluberrimum ſuccum colligit exhibetq;, verumetiam exemplo induſtriæ humano generi utilis, ita ut præter cætera Animalia, omnia in uſum Hominum, hoc tam munificum & ſapientiſſimum Animalculum, á Creatore Optimo Maximo conceſſum, é qvo ſimul, præter voluptatem, & fructum operis percipiamus, & ad laborem induſtriamq; excitemur: Deniq; liberaliſſimi Conditoris benignitatem in hac Creatura contemplemur.

Apes ſiccæ pulveriz. additis aliis ex *Cera & oleo illitæ*, Alopeciis *Capillum* reſtituunt.

Mel.

Τὸ μέλι *Dioſcor.* ἀπὸ τοῦ μέλειν qvod eſt curare.

Honig/

Μέλι τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιϛα τῶν ἄϛρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήπτῃ ὁ Σείριος.

Mel, qvod Apes colligunt, oritur in plantarum foliis, floribus, earumqve neq; ſuccus neq; fructus, neq, pars ullo pacto dici poteſt, ſed *ejusdem cum Rore generis.* Venit enim ex äere, & maximé ſyderum exortu, ſive ille eſt cœli ſudor, ſive ſyderum ſaliva, ſive purgantis ſe aeris ſuccus. Et qvamvis á fronde &

de & pabulo, ab uterculo Apum, ſucco florum & alveis alteretur, mutetur, inficiatur, & ſordeſcat, magnam tamen cœleſtis naturæ voluptatem affert. *Plin. lib.* 11. *c.* 12.

Præſtantiſſimum gignitur Mel, ubi copia eſt Thymi, Thymbræ, Satureiæ, Serpylli, Cytiſi, Meliloti, Borraginis, aliarumq; tum herbarum tum fruticum, qvæ natura ſicca calidaq; conſtant.

Æſtate, cœlo ſereno, & aura ſilente, ſublucanis temporibus, ſuccoſus optimusq; terræ vapor elevatur, qvi in aëre in dulcem liqvorem excoctus ſuper arborum & fruticum folia decidit, qvi mane Sole exoriente ab Apibus in veſiculas Melleas colligitur, & in alvearia comportatur.

Qvocunq; die favi ſunt demeſſi, eodem dum tepent, Mella conficere convenit. Favi exemti tepefiant tantúm, ne nimiúm fervente, Cera cum Melle transmittatur: mox in ſaccum craſſioris fili, inverſæq; metæ ſimilem mittuntur, præloq; vel inſtrumento, machináve in hoc præparata, aut qvalo Mel exprimitur: ſed cura habenda, ut ſeparentur partes Cerarum, qvæ vel pullos habent, vel rubras ſordes: nam ſucco ſuo malo Mella corumpunt. Ubi Mel liqvatum in ſubjectum alveum defluxit, transfertur in Vaſa fictilia, qvæ paucis diebus aperta ſint, dum muſteus fructus deferveſcat, isq; ſæpiús ligula purgandus eſt. Fragmina Favorum, qvæ in ſacco permanſerunt, retractata exprimuntur, atq; in ſecundæ notæ Mel defluit, ſed ſeorſim reconditur, ne optimo miſtum id corrumpat.

Mel differt: *Colore*, dum aliud flavum, aurei coloris: aliud rutilum, aliud pallidum ſeu albet, qvale Lituanicum.

Sapore, aliud dulce, amarum, acerbum.

Odore, aliud odoratum, aliud fœtidum, inodorum, pro ut fuerint plantæ, qvibus inſidet.

Conſiſtentia, aliud fluidum, aliud craſſum.

Loco, aliud domeſticum, aliud ſylvaticum Heiden Honig.

Mel optimum, purum, pellucidum, boni odoris, ſubflavum, cui ex aureolo color, dulciſſimum guſtanti, ſubacre, jucundiſſimum, conſiſtentiâ nec planè craſſa, nec liqvida, ſed tam ſibi cohærens, ut continuitatem ſuam qvaſi linea longiſſima non intercisſam ſervet, ſi digito attollatur, & coqvendo paucam ſpumam remittat. Bimum præfertur vetuſtiori, ſicut & Recentiori.

Panis intinctu facilé corrumpitur, qvare cavendum, ne panis vaſis immittatur.

Mel ad condimenta optimum, ad pharmaca neceſſarium: putredinem non admittit, qvicqvid Melle perungitur. Nutrit multúm, mediocriter ſumtum, lapſas vires reſtaurat, ac reficit plurimum, bonum colorem efficit.

Coqvi hujus regionis cibos Melle condire freqventer ſolent, ſaporem gratum palato parantes.

In calidis naturis vertitur in bilem, in pituitoſis & ſenibus in ſangvinem. Optimum nutrimentum frigido Ventriculo.

Μελίπηκτα, Μελιτώματα, Placentæ Mellitæ, Dulciaria, Pfeffer Kuchen/ Honigkuchen/ Nürnbergiſche Küchlin vulgó. Præferuntur omnibus Noribergenſes placentulæ, qvæ ut delitiæ paſſim ſecundis menſis offeruntur. Parantur ex farina Tritricea, Melle, aromatibus, utpoté caryophillis, Cinnamomo, Zingibere, Pipere, Nuce myriſtica, Cardamomo, Corticibus *cum* Arantiar. tum *Citrii conditis*, palato non *ingratæ*.

Mel calefacit, exiccat ordine 2do. Inſignem vim habet abſtergendi, Acrimonia pollet, alvum ciet, ora venarum aperit, urinas movet. Intemperies frigidas tuto ſanat. Calidis, ſiccis, bilioſis, æſtate florentibus adverſiſſimum: item Morbis, qvos amara bilis excitavit, ut Hecticis & febribus aliis.

Putreſcere Corpora non ſinit, faucibus, tonſillis, anginis, omnibusq; Oris deſideriis collutum gargarizatumq; utiliſſimum; tum veró *Peripeumonicis*. Decoctum *auxiliatur* tuſſi, urinas ciet.

Adverſus venena fungorum, & rabioſi canis morſus linctum aut potum proficit. A Serpente percuſſis *medetur*.

In

In ſordida ulcera ſinusq; utiliter infunditur, Aures purgat, Herpeti exedenti competit.

Ante balneum illitum faciem & oculos clarificat, Capitis Lentes & fœda Animalia necat. Cum liqvido Alumine coctum Impetigeni medetur, Oculorum cartilaginem diſcutit. Cum Roſaceo, vel ſale foſſili trito, aurium ſonitui & dolori prodeſt.

Mel crudum.

Inflat alvum, tuſſim laceſſit, faſtidium creat.

Mel in qvo ſunt Apes mortuæ, utiliſſimum oculis & Auribus.

Mel virgineum.

Mel album
Jungfraw Honig/
Krade-Honig.

Mel eſt albicans, qvod novellæ Apes conficiunt.

Oculis & ulceribus commodiús applicatur.

Mel deſpumatum.

Geſcheumt Honig.

Cum deſpumandum eſt, coqvatur ſuper prunas, aut flammam lignorum aridorum, & ſine fumo.

℞. Mellis ℔. j. Aqvæ ℔. ij. bulliant ad dimidiæ partis conſumtionem, detractâ aſſidué ſpuma, adde tunc Album Ovi no. ij. dein calidé coletur.

Minús acre mordaxq; efficitur, minús alvum movet, carnem glutinat.

Ex Melle in officinis varia parantur pharmaca: Mel Roſarum, Violarum, Anthoſatum, Mercuriales: Oximel ſimplex, Oximel compoſitum, Oxim. ſcilliticum, Miſcetur medicamentis Ulcerum, Thoracis, Pulmonum, omnibus antidotis.

Fiunt ex Melle etiam Suppoſitoria, additis Hyera, Agarico, trochiſcis Alhandal, ſtercore murino, ſmegmate, momento ſalis gemmæ, ad duritiem cocto, qvæ oleo illita, Longano intraduntur ad alvum ſollicitandam.

Hydromel.

ὑδρόμελι Græcè.
Mulſum á mulcendo,
Medo, Meda Polonic.
Meth vulgó,
Honig-Tranck/
Honigwaſſer.

 Coqvitur

Coqvitur hodie ex Melle multipliciter potus á Polonis Medo dictus, tanta ſvavitate, ut non aliter ac vinum inebriare poſſit.

℞. Mellis optimi Qvart. j.
Aqvæ Qvart. viij

Coq. lento igne in vaſe amplo cupreo: deſpumetur continué, donec incipiat clareſcere; doliolo infunde, ut defæcetur.

Qvidam addunt aromata &c. Cinnam. Caryophill. Galang. Nuc. myriſticam & alia.

℞. Mellis optimi ℔. x.
Aqvæ puræ ℔. 6c.

Bull. ad ℔. 40. remanentiam. Refrigefacta indantur in vas vinarium. Adde fermenti panis q. ſ. excitandæ ebullitioni & defæcationi, ſimul nodulo ſuſpendantur & mergantur, ne fundum attingant hæc aromata.

℞. Cinnam. el. Gran. Paradyſi. Pip. nig. Zingib. Caryophyll. craſſiuſculé contuſ. an. drach. 1. flor Sambuci M. ſ. Serventur in cella vinaria. Si vis ei facere colorem, adde Tornæ Solis unc. iij.

Medo vim habet calefaciendi, aperiendi, abſtergendi, expurgandi. Pectus dilatat & purgat, medetur tuſſi frigidæ. Abſtergit, Renes, Ureteres, Veſicam á craſſis humoribus & á ſaburra liberat, Inteſtina abluit. Prodeſt potus ad Qvartanam, Cachexiam, & morbos Cerebri, qvibus vini potus pernicioſus, ut Epilepſiæ, Analepſiæ. Noxas aqvarum corrigit, *ubi hæ* multas febres *putridas* gignere ſolent.

Præfertur omnibus Lituanicus Medo. Littawiſcher Meth.

Cera.

Κηρὸς Dioſc. ἀπὸ τοῦ κηραίνειν, qvod eſt curare & ſolicitare.

Μάλθη, Galeni.

Wachs/

Apum eſt ſimplex favus, in cellulas digeſtus, qvæ ex colato omni Melle purgatur, & in orbes funditur.

Expreſſæ favorum *reliqviæ*, poſteaqvam *diligenter* dulci aqva perlotæ ſunt, in vas æneum conjiciuntur, adjectaq; aqva igne liqvantur. Qvod, ubi factum eſt, *Cera* per

per ſtramenta, vel juncos deſuſa colatur, ac iterum de integro coqvitur, & in orbes vel alias qvaslibet formas, aqva prius adjecta, diffunditur, Ceraq; concreta ex aqva facilé eximitur.

Cera aut eſt fulva ſeu lutea, aut fuſca, aut alba.

Cera candida, ἔκλευκος, Cera virginea, qvam adoleſcentior Apum populus conficit, Weis Wachs/ Jungfrawen Wachs.

Cera candidiſſima, Schneweis Wachs/gebleichet wachs. Fit poſt inſolationem etiamnum recocta, lucente Syrio. Venetiis ad nos affertur.

Cæteri coloris ſunt aſcititii, ut viridis ab ærugine, ruber ab Anchuſa ſeu Cinnabrio: niger ab atramento vel charta uſta. A qvibus miſtis vires mutat.

Cera ſimplex, optima eſt, recens, ſubflava, ſubpingvis, pura, odorata, odoris Mellei: ſecunda bonitas, candidæ, & qvæ ſua natura pingvis eſt.

Cera omnis calefit, mollit, digerit, modicé explet corpora. Calidi, frigidi, humidi, ſicci qvodammodo ſec. Galenum, media, craſſioris eſſentiæ, emplaſtica. Eapropter aliorum Medicamentorum, tum excalefacientium tum refrigerantium, materia eſt, forisq; impoſita concoqvendi vim habet exiguam qvandam atq; imbecillam, & calidam, & ut Ægineta tradit, vim abſtergendi obtinet.

Additur Ceratis, Ungventis, Emplaſtris, ad conſiſtentiam, & liqvidorum inſpiſſationem.

In ſorbitione Cera datur Dyſentericis, nec Lac in Nutricibus patitur coagulari.

Ex Cera fiunt candelæ, qvæ in menſis domeſticis hyberno tempore lumen præbent.

Oleum Ceræ eliciunt Chimici, ad dolores podagricos ſedandos, vulnera ulceraq; curanda præſtantiſſimum.

Apis fera.

Apis ſylveſtris *Vlyſſ. Aldrov.*

Ein Hummel/*vulgó* *Sil.*

Tota

Tota eſt hirſuta, Corpore craſſo nigro, cujus ſuperiorem partem lineæ latiuſculæ per transverſum pingunt luteæ binæ. Caput ſplendidum nigrum, antennæ juxta oculos prætenduntur binæ. Podex extremus cum hirſutie albet. Pennis volat qvaternis, coloris fuliginei, Pedibus incedit ſenis, in extremo aſperiuſculis.

Sub terra nidum parat. Favos fingit longé aliter qvám Apes aut Veſpæ. Cellulas enim extruit teretes, longiuſculas, inæqvales, aliqvando quinq;, interdum ſex, plures ſæpé, veluti veſiculas Ovales conjungit, cereo lentore madentes, nec prorſus inodoras. Harum aliæ vacuæ viſuntur aliæ ſobolem continent, aliæ in Mellis uſum deſtinantur, ut eas impleant.

Mel colligunt, at inſipidum & pravum.

Vehementer pungunt. Ictum comitantur Symptomata, qvæ Apum ictus, ſed intenſiora: verúm ſtimulum in percuſſo loco, ut Apes, non relinqvunt.

Iisdem, qvibus Apum dolor, auxiliis mulcetur.

Tritæ & illitæ Alopeciæ medentur.

Araneus.

Ἀράχνη, Dioſc. παρὰ τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν, qvód tenuia habeat fila.

Ἀράχνιον,

Aranea.

Ein Spinne.

Araneolus,

Ἀραχνίδιον.

Inſectum eſt plusqvám notiſſimum, Capite minimo, Corpuſculo plerunq; rotundo, coloris obſcurioris, telas ſeu fila mira arte expandens. Cruſculis incedit utplurimúm octonis, qvibus omnibus internodia terna.

Eſtq; Caput minimum, toto
qvoq; Corpore parvo eſt:
In latere exiles digiti pro
Cruribus hærent,
Cætera venter habet, de qvo
tamen illa remittit,
Stamen, & antiquas exercet
Aranea telas. *Ovidius.*

Loca incolit utplurimúm deſerta, inculta ſeu ab hominibus neglecta, ut ſunt Arbores Parietes, Muri, anguli ædium obſcuri. Vivit ſuccis,

Melle

Melle & aliis dulcibus. Venatur Apes, Muſca & alia animalcula.

Cúm coire volunt, femina deductam Araneam trahit, mas eandem mutuó trahit, qvód ubi ſæpiús fecerint,coëunt & averſis c'unibus copulantur: qvi modus iis propter alvum orbiculatam convenit.

Pariunt Vermiculos primúm parvos, ovis ſimiles, propter figuræ ſcilicet orbiculatam ſpeciem. Nam & rotundi jam inde á primo ortu proveniunt. Cúm pepererint incubant, & triduo peragunt.

Pariunt omnes in tela, ſed alii in ſubtili & parva, alii in craſſiore, & alii penitus in ſpecu orbiculato, alii ita ut fœtui aliqvatenus tela obducta ſit.

Juſta ſibi recipiunt incrementa diebus qvater ſeptenis, á parvo ſui ortus initio usq; ad finem.

Æſtate nonnunqvam ex Rore ſalivari, arboribus & plantis inhærente procreantur,qvas totas aliqvando corrumpunt, niſi maturiús auferantur.

Aranei differunt variis modis.

forma; dum Alii rotundi, longi, veſpis, formicis ſimiles.

qvantitate: Alii magni, parvi, mediocres,

colore. Qvidum cinerei, fuſci, nigri, ſubrubentes, virides, flavi, varii.

loco. Alii in domibus locis obſcuris degunt, alii in campis ſeu terra vitam agunt, alii ad ſepimenta telas ſuas expandunt.

textura Alii nullam telam parant, alii telam texunt, eamq; vel ſubtilem vel craſſiorem,raram vel denſiorem.

Araneus aſterius.

Aranea ſtellata domeſtica,
Araneus ὠχρομέλας *Vlyſſ. Aldrov.*

Ein Geſtirnte Hausſpinne. Color ei obſcuré flavens,punctulis ceu ſtellulis nigricantibus varius. Pectus Cordis figuram feré æmulatur trigonam. Antrorsũ éCapite prominent cornicula minuta bina, antrorſum incurvata. Denticuli duo inter hæc ſubrubentis coloris exiſtunt, ceu forficula extremis hamulis minutiſſimis aduncis, qvibus qvaslibet res prehendere & tenere poteſt, ſub his alii duo breviores.

viores, Venter rotundus, oblongiuſculus ſemen Miragviloſæ apprimé refert, apiculis duobus minutiſ.é podice tantillum prominentibus, qvæ exerere & retrahere poteſt. Per medium Dorſum lineæ ſecundum longitudinem excurrunt binæ atræ, qvæ notulis ſeu aſteriſcis luteolis inſigniuntur. Crura habet octo craſſa, longiora, ex luteo obſcuro & fuſco varia.

Occupat parietes & ædium cõclavia, in qvibus telam ampliſſimam & denſam mira arte texit & extendit, in medio concavam.

Ex raptu Muſcarum, Culicum & aliarum beſtiolarum vivit.

Ova folliculo immittit candido, ceu ſerici molliuſculo, qvæ incubando fovet & excludit.

Venenatus admodúm eſt, & morſu lædit.

Araneus ſphæricus.

an Aranea Uvea?

Eine groſſe Kugel Spinne.

Figura Corporis rotunda, aliqvando globuli ſaxei, qvo pueri ludere ſolent, magnitudinem æqvat, Collo feré nullo, coloris Uvei ad nigredinem declinantis. Pedes habet octo ut prior.

Utplurimúm deſertis domorum locis habitat.

Araneus lupus.

λύκος } qvód Muſcas vene-
ὄλκος } tur, trahat, & enecet
Araneus Muſcarius,
Araneus venator.
Ein Zaun Spinne/
Fliegen Fanger.

Grandi eſt capite, lanuginoſus, coloris fuſci, aſperam parvamq; telam apud terram ad ſepes, parietes, Apum domicilia texit, exiguo tempore longa fila ducit, cavernarum exigua veſtibula prætendens, & telarum primordiis intús poſitis obſervat, dum aliqvis in tela offendens commoverit, mox accurrit ut rapiat.

Non ſolummodó Muſcas perdit, iisq; paſcitur, ſed & Apibus & Veſpis, omnibusq; ad telam advolantibus Animalculis inſidiatur.

Araneus ſubrubeus.

Eine dunckelrote Spinne.

Pedes obtinet octo, breves, craſſiuſculos, qvi Corpori latiuſculo ad latera annectuntur,

Digitized by Google

tur, trigonæ fermè figuræ, Cordi æmulo, Caput minutum nigricat, Collum nullum habere videtur. Color univerſus ex fuſco rubet.

Domeſticus eſt & palatium ſuum in ædium angulis obſcuris expandit, & telam texit denſiorem.

Araneus meſſor.

Araneus μακρόπους.
Araneus longipes.
Ein Langbein/
Meder/ } vulgò.
Habergeiſt.

Corpus rotundum oblongius, Orobo ſemini ſimile, ſuperiùs cinereum, punctis minutiſſimis nigris varium: ventre albido. Anteriùs prætenduntur antennæ ceu hamuli duo incurvi. Crura omnium longiſſima habet, qvæ avulſa diu palpitant, & fœniſecæ inſtar, falcem ſeu batillum manu trahentis, contrahuntur & dilatantur.

Parietibus, Muris & aliis obſcuris locis ſtabulatur, Agros etiam colit, nec ullam telam texit.

Araneus terreſtris.

Araneus pulex *Iohn.*
Ein ErdSpinne.

Color ei totus fuſcus ſubniger, Corpus brevius habet, & breves pedes. Terram inhabitat. Curſus celerrimi, Salit etiam.

Araneus terreſtris
Μεγαλοκέφαλος.
Araneus terreſtris alter.
Schwartze ErdSpinne.

Corpore ex atro & albo variat, capite grandi, candicante, brevibus antennis; pedibus cinereis.

Araneus gramineus.

Araneus pratenſis **Vlyſſ. Aldrov.** Viridis.
Eine Graſe Spinne.

Totus eſt viridis, Corpori protenſo, & alvo acuta, maculis inſignis.

Araneus luteus.

Ein geelbe Spinne.

Corpuſculo eſt minimo, flavo, triangulari, pedibus octonis, In arboribus aliqvando viſitur, earum foliis ſe involvens.

Araneus lupus cum ſplenio ſubactus, & linteo illitus, prolatusq; utrisq; temporibus aut fronti, Tertianos circuitus perſanat. Idem præſtare fertur Avellanæ, demto nucleo, incluſus, & collo ſuſpenſus.

Digitized by Google

Araneus telam texens candidam, in aluta ligatus, & brachio appenſus, Qvartanis circuitibus reſiſtit. Decoctus ex Roſaceo & infuſus, Aurium doloribus ſuccurrit. Qvi veró diducit filum ex alto, tritus atq; admotus, inhibet muliebres purgationes.

Aranei tela.

λεπτὸς Ἀράχνης πέπλος,
Rete ſcutulatum Aranei,
Plinius
Araneæ Veſtis.
Ein Spin Webe/
Spig Wab.

Aranei telas varia arte texunt, utpoté ad textrinum opus ſponté nati. Non enim textili artificio ſtudent, neq; aliunde filum aſſumunt, ſed ex ſuo ventre ſtamina deducunt, celeritate pedum venabula contexunt, atq; in retis ſpeciem diffundunt, tum fila qvæ ad texendum de ventre ſuo detrahunt, iisdem ventrem ſuum ſtudioſiſſimé alunt. In his foramen ſibi ſemper excavant, in qvo tanqvam in inſidiis latentes, irretiti Muſcas retinere in eſcam, ac deprædari poſſint.

Tela venenoſa non eſt, licet de viſceribus Aranei egrediatur.

Candida, vi refrigerandi, adſtringendi & glutinandi pollet, Lingvæ & Labiorum ulcera ſanat.

Lupi tela impoſita ſangvinem ſiſtit, vulnera qvæ ſummam cutem occuparunt, ab inflammationis injuria vindicat, ſaniem fieri prohibet, & plagam conſolidat.

Qvo fine ſale *permiſtam* vulneribus recentibus *vulgus* applicat.

Aranei Muſcarii telæ, & præcipué ſpelunca ipſa, fronti ad duo tempora affixæ, mirabili ac ſalutari vi Epiphoris mederi dicuntur.

Cum ungvento Populeonis Carpo alligatur, ad febrium exacerbationis tollendas.

Aranei venenum.

Venenum Aranei frigidum cenſetur. Si ex improviſo devorentur in cibo, aut potu hauriantur, Corpus refrigerant valdé, frigoris ſenſus & horrores inducunt; *Corpus* obſtupeſcit, & inſtar Anaſarcæ intumeſcit, Color depravatur, & omnes actiones hebeſcunt.

Qvæ ſymptomata á me ſæpius

pius animadverſa fuére, inprimis veró ante ſexennium, in Conjuge mea ſvaviſſima, qvæ cum forté fortuna in potu Araneum hauſiſſet, Corpus totum miré intumuit, cum partium externarum refrigerio, & fœdo faciei colore, qvalis Cacheticorum eſſe ſolet. Hanc ut Cachecticam cúm curare inſtituiſſem, purgantia, nec hydrotica, nec alia pharmaca, qvicqvam profuére: donec tandem explorata genuina cauſſa, Antidotis veneni vim infringerem, & reliqvias ſudoriferis diſcuterem: qvorum uſu, Deo miſericordi laus & ſempiterna gloria, brevi curata, & probé in integrum reſtituta fuit.

Antidota ſunt.

Terra ſigillata Strigonienſis.

Lapis Siderites.

Meliſſa.

Carduus benedictus

Abſinthium Romanum.

Cortices Citrii, Arantiarum.

Sem. Citrii, Card. benedictus.

Pulvis noſter bezoarticus aureus.

Theriaca Androm. Diateſſaron.

Mithridatium.

CerebrumGallinarum cum exiguo piperis é vino dulci potum.

Vinum Abſinthites.

Meliſſatum:

Aqva Theriacalis.

Aranei morſus.

Aranei non ictu ſed morſu venenum ejaculantur. Deprehenditur ſtupore in demorſa parte, refrigeratione extremorum, & Alvi flatibus.

Vulnus aceto abluatur é veſtigio qvám valentiſſimé.

Theriaca ſeu Cepa & Allia trita imponantur.

Muſcæ tritæ attrahunt venenum, & morſum mitigant.

Coagulum Agni cum vino ſumtum.

Arachnites.

Ἀστροΐτης Recent.

Lapis ſtellatus,

Victorialis

Spinnenſtein/

Sternſtein/

Siegſtein.

Paſſim circumfertur lapis albicans, ſtellulis plurimis ſeu notis pictus fuſcis, qvæ

 aliqvando

aliqvando Araneorum figuram æmulantur.

Hinc Imperiti qvidam autumant', Araneos hunc generare, cúm revera ſit mineralis, & magna fruſta aliqvando inveniantur. Oculi figura plerunq; extuberat'. Aliis Cordis figuram ſculptores affingunt.

Venena ſuſpenſus arcere creditur: Ictus Scorpionum & Araneorum morſus ſanat'.

Potus & Collo ſuſpenſus Caduco morbo correptos erigit, & Hydropicorum aqvas exiccat'.

Aſcarides.

αἱ ἀσκαρίδες, ἀσκαρίζω, id eſt moveo.

Kleine Würme/
Maden Würme.

Lumbricorum ſecundum genus VI. *Aldrovandi*, colore, magnitudine & loco differens.

Aſcarides Animalium

Parvuli ſunt, & tenues lumbrici albicantes, qvi parte potiſſimúm inferiore plenioris Inteſtini, qvæ podici proxima eſt, gignuntur, vehementem pruritum loco afferentes.

Apparent plurimi in jumentis, qvi malé cibum concoqvunt.

Sentiunt hoc malum Homines, præcipué ante pubertatem.

Sæpenumeró ab Infantibus præſertim ἀδδηφάγοις excernuntur.

Kinder Würme.
Kleine Maden Würme.

Vehementiora reqvirunt medicamenta, qvám alii Lumbrici,

Semen Lumbricorum.
Raſura Cornu Cervi.
Centaureum minus.
Glandes ex Melle cum Hiera, ex carne ſalſa cum filo appenſæ. Infuſiones ex dec. Centaur. Abſinthii cum Nitro, Melle, vel cum Hiera picra & ſale.

Aſcarides Caſeorum.

Vermiculi Caſeos erodentes.

Käſe Maden.

Vermiculi ſunt candidi, *in* Caſeis carioſis naſcentes.

Ab Agricolis ſine *noxa* cum Caſeis devorantur: difficulter concoqvuntur, obſtructiones pariunt, & craſſum gignunt ſangvinem.

Aſcarides terrenæ.

Aſcarides

Aſcarides agreſtes,
Erd-Maden/
Acker-Maden.

Non unius & ejusdem ſunt coloris. Qvædam ſunt candidæ, aliæ flavent, nonnullæ nigræ viſuntur.

Aliqvando plures in unum locum aliqvem congregatæ latent. Sata vaſtant earum radices ſubſecantes.

Sæpé aratro excinduntur, Avicularum cibus.

Aſcarides militares.
Heer-Würme/*vulgò.*

Minutiſſimi ſunt vermiculi, capillares, ſubalbidi, qvi æſtivo tempore inſtar catenæ cohærentes, longo ductu vicinos montes perreptant, ac ſi exercitum ducerent. Has ſi Montium juga verſus proceſſerint, annonæ caritatem: ſin veró, deorſúm ad plana declinaverint, annum fœcundum & fertilem portendere Monticolarum opinio.

Aſcarides paluſtres.
Waſſer-Maden.

In puteis aut ubi aqva ſe colligit, terrena ſubſidente concretione oriuntur. Fit principium fæx ipſa putreſcens, ut colorem candicantem trahat, mox nigricanté, poſtrema cruentam. Hinc minutiſſima qvædam, & rubra ſpecie algulæ prodeunt, qvæ ad tempus hærentes ſuæ origini moventur, deinde abſolvuntur: itaq; feruntur per aqvam Aſcarides vocatæ.

Aſellus.

Ονισκος *Galeni.*
Ονος *Dioſcor.*
Τίλοι *Plinii.*
Κουβαρίδες
Καταικίδιος ὄνος *Scribon.*
Multipes
Porcellio,
Cutio *Marcell. Empir.*
Ein Eſelin/
Schäffelein/
Holtz Wantele/
Ranckhorn Wurm.

Beſtiola eſt é vermibus terræ, ſubcinerei coloris, multis pedibus arcuatim repens, ad contactum ſe in orbem pilulæ ſimilem contrahens ac rotundans.

Naſcitur in humidis locis, ad Cellarum parietes & feneſtras, item ſub vaſis aqva repletis.

Tenuium eſt partium, digerit, extenuat, abſtergit, aperit.

Ex

Ex vino potus, Calculo Renum, Urinæ difficultati,& Regio morbo auxiliatur.

Cum Melle Anginis utiliter illinitur, tritus & in cortice Punici mali calefactus, doloribus Aurium addito Roſaceo convenienter inſtillatur.

Panno lineo involutus in vino albo maceratur. Colatura potui datur Aſthmaticis, dictu mirum, qvám brevi ſaburatos pulmones depleat.

Pulvis ad Oculorum affectus valet. Vaccis cum fruſtulo panis, cúm inflantur præter morem, Villici devorandos Aſellos præbent.

Porcis etiam utilis, qvi tuberculo in maxilla ſuperiore, vulgó das Rancfern infeſtantur.

Aurelia.

Χρυσαλὶς, *Ariſtot.*
Μελολάνθη, *Euſtath.*
Zaroa Papilonea,
Ein Gold Wurm/
Gold Raupe.

Aurelia folliculus eſt ſeu Ovum ab Eruca relictum, Papilionis futuri larva ſeu matrix.

Duplex Aureliarum genus hactenus deprehendere licuit.

1. Aurelia ovalis, Rubei eſt coloris, forma oblonga terete, altera parte ſenſim in acutiem deſinens, annulis ſenis ſeptenísve diſtincta. In hoc tanqvum ovo ſingularis continetur papilio, qvi jam maturus, latiore extremitate perforato folliculo evolat. In ejusmodi folliculos immutantur Bombyces, Erucæ, item nonnullæ.

2. Aurelia ἀνθρωπόμορφος & veré Aurelia dicitur. Formam refert infantis faſciis involuti, humana cum mitra, corniculis duobus prominentibus. Venter, ut ita loqvar, annulis compactus octo novemqve, inſtar caudæ ſenſim in acutum deſinit, ac retró & anté movetur. In tota parte prona, in ſingulis annulis tubercula bina ceu papillæ viſuntur, utplurimúm decem & qvatuor.

Color huic varius eſt; *vel* enim tota aureo colore *refulget*, ac ſi inaurata *eſſet*: *vel* flavet, aut ſubvireſcit, & maculis paſſim aureis reſpergitur: *vel* Cupri colorem repreſentat: *vel* argenteo nitet candore: *vel* albicat ad latera, &

ra, & purpuraſcit, punctis & ſtriis nigricantibus intercurſantibus variis.

Hanc Erucæ tanqvam fœtum ſuum inde naſciturum parietibus, Muris, arboribus appendunt, ex qvibus calore Solis elaboratis enaſcuntur papiliones, qvi avolantes Braſſicâ & alias plantas arrodunt, & Ovis ſuis conſpurcant, unde tantæ Erucarum Auguſto & Septembri colluvies prodit, ut integros ſæpé agros Braſſicâ conſitos abſumat, ſtipibitus ſolis relictis.

Blatta frumentacea.

Βλάττα á βλάπτω id eſt noceo.

Σίλφη μαλακὴ Heſ.

Σιτοφάγος,

Blatta mollis Dalcehamp.

Ein Meel Wurm.

Vermiculus eſt longiuſculus, teres, luteus, ſplendens, ex duodecim annulis compactus, Cauda capillari breviſſima bifida, Capite rubente minutiſſimo, cui ad latera antennæ tenuiſſimæ prominent, Prioribus tribus tabellis ſubſunt pediculi ſeni, utrinq; terni, qvibus incedit.

In piſtrinis & apud piſtores reperiuntur. Farina enim nutriuntur. Luſciniæ has avidiſſimé legunt, qvibus facilé capiuntur. A morbis familiaribus eas liberant.

Blattæ carnivoræ.

Barbegiæ

Carpæ

Fleiſchſchaben/

Fleiſchwürme.

Prioribus ſunt ſimiles annuloſis inciſuris, ſed multo breviores & tenuiores, Pedibus incedunt totidem. Anteriore facie craſſiores ſunt, qvæ deinde ſenſim gracileſcentes in acutum deſinunt.

In carnibus naſcuntur ſalſis inveteratis, primó vermes albi, dein toti hirſuti evadunt, annulis alternatim rubentibus & flaveſcentibus. Venter ſemper albicat. Tam exacté ab oſſibus carnes denticulis ſuis auferunt, ac ſi novacula raſæ eſſent.

Blattæ fœtidæ.

Βδέσσαι qvaſi βδελυκταί,

Σίλφη fœtens

Σπονδύλη Nonn.

Erdſchaben.

Inſectum odore inviſum, acuta clune, Cimicum modo putidum,

putidum; Coloris fuſci, pedibus & antennis plús rubentibus.

In aggeribus & apricis inveniuntur.

Blattis eædem vires cum Bupreſti tribuuntur. In oleo decoctæ Aurium doloribus medentur.

Molles Verrucis illinuntur.

Bombyx domeſticus.

Βόμβυξ, *Ariſtot.*

Bombyx, *Plinii.*

Bombylis, Bombylius,

Eruca Serica, Vermis Indicus.

Vermis lanificus, *Alberti.*

Vermis Indicus corniger, *Ambroſ.*

Ser veſtifluus á Seribus populis.

Ein Seiden Würmlin/ Seiden Raupe.

Vermis eſt annuloſus, coloris cinerei, ex Erucarum genere, tenuiſſima fila nens & ducens, qvæ Sericum appellantur.

Qvidam tradunt, hunc primúm in inſula Coo repertũ, ac Pamphilam Platis filiam bombycia illic principió neviſſe: inde propagationem ſecutam, qvæ terrarum orbem compleverit.

Gignitur vel ſponté, ut olim apud Seres: vel ex ovis, ut hodie freqventer fit in Europa.

Varia ejus eſt Metamorphoſis.

Ova.

Primó Ova poſt coitum á Necydalo matre edita, & per hyemem loco tepidiore reſervata, formam teſtæ compreſſæ, aut glumæ grani Miliaris habentia, alba, citrina, albolutea, livida ſeu plũbea, Vere primo, Aprili (ſeu Majo menſe apud nos) Luna plena, vino albo tenui conſperguntur, deinde calori blando ignis ad fornacem vel ſolem exponũtur; vel pulvinari molli, aut ſinu Muliebri ſub Mammillis foventur: hinc in molli linteo inter duo cervicalia locantur: inde intra triduum, eroſo putamine.

Eruculæ.

Eruculæ ſeu Vermiculi nigri piloſi prorepunt, primúm capitulo, dein pedicellis, & reliqvo tempore multiplici plexu ſeſe involventes; qvibus ſtatim ac natis præbentur tenera Mori folia, qvæ paulatim augentur, & depoſita pelle ſeu ſenecta, certis intervallis,

lis, colore & qvantitate mutatis, poſt qvartam mutationem, fiunt

Bombyces.

Bombyces, qvæ Erucæ hirſutæ formam habent, Corpuſculo graciliore, Auricularis feré digiti, ſeu Calami ſcriptorii craſſitie, longitudine veró medii. Cui color plũbeus, niger, Caput protuberans nigrore ſplendet; Pectus, é cujus crate (ut ita loqvar) ſparſim ſex pediculi porrigũtur, albet: in cætero ventre veſtigia pedũ ſunt (octo plerunqve) ſeu pinnulæ aut trũculi: poſticum bifurcatũ eſt. Pro cauda & pedibus poſterioribus, duo qvaſi denticuli ſunt & pedamenta, qvibꝰ protrudere ſeſe & erigere qvæant: interim craſſitie & longitudine proficiunt, nigredoq; dilutior facta, in fuſcũ & cinereum mutatur, & tandem abjecta tunica paulatim albeſcit, & ſic ſenſim fit immutatio in Bombycem, Sole ſcilicet Cancrum ſubeunte.

Bombylis.

Bombycium. Poſt qvartam Corii abjectionem, jam jam ſesqvimeſtres aut circiter, incipiũt fila meditari Julio ſcil. Primus labor ſtuppam, filáve rudiora & intricata edit, qvæ ex ventre promit, diſtribuit, & multiplici Corporis motu flexuq; ibi attexit, qvin & pediculis anterioribus applicat, qvorum firmitate Bombycia pendeant. Inde ſeqvitur folliculi ſeu Bombyciorum ex amplo in anguſtum complicatio, dum fila ducuntur modó in orbem, modó recta, modó revolvuntur, donec Oviformis veſicula totum Vermem claudat.

Sunt veró Bombycia, folliculi ſeu veſiculæ ovales, qvibus Bombyces ſe involvunt, & ſepulchrum tutum ſibi fingunt, in qvo tanqvam ſub terra homo, tranſmutationem, & generis reparationem expectant Bombyces.

Biduo aut triduo Bombycium abſolvitur, tuncq; nec ſtrepunt intús ampliús, nec moventur. Sed ſi Bombycium manu agitaveris, tanqvam mola intús cadit, & latera ferit, unde cognoſcitur mutatum Bombycẽ in Nympham eſſe. Folliculo abſoluto, rapiuntur vellera, ſelectis priꝰ

ad inſtaurationem generis Maribus, qvorum folliculi minores, & femellis qvorum majores ſunt, ad arbitrium.

Nympha.

Qvintâ ſenectâ exutâ (pelle nimirúm cum capite & pedibus & cauda) dein perareſcente cortice vermis obducitur, accipit formam Nymphæ dictæ, qvæ Inſecti volatilis ſeu Papilionis rudimentum, colore fuſco aut rufo: unde

Aurelia.

Aurelia χρυσαλίς, Larva Papilionea dicitur, cortex nato Papilione relictus.

Necydalus.

Poſt qvadrageſimum diem (Totum enim menſem ſomno ſepulti dormiunt) Necydalus, cúm jam intra Aureliam perfectionem accepit, freqventer moveri ſolet, ſe expediendi cauſſa, donec tandem relicto corio, ſeu cute aurea, parte latiore ſeu baſi, humore qvodam acri, ex oſculo effuſo aut expreſſo, madefacto emollitoqve datâ viâ prodat, ſubinde foramen pectore & ventre majus faciente. Qvod ſit plerunq; cum Sol virginem attigerit. Eſt autem Necydalus (νεκύδαλος *Ariſt.* Invalida ἀπαλλαττόμενος νεκύων, veluti redivivus, morte liberatus) Inſectum volucre, inſtar papilionis ignavi, qvatuor alis inſtructum, lanugine albicante aut griſea veſtitum, ventre oblongo & pigro, circulis veluti diſtincto, & mobili, *craſſo, pingviq;*. In vertice cornua gerit duo, ab latere utroq; plumulis hiſpida, ipſa inter ſe averſa & recurvata. Pedes ſeni utrinq; terni, villoſi & breves. Non volant ſed moventur cum ſtrepitu, & mas magis: non paſcuntur, ſed generationis opere peracto, fatis concedunt.

Coitus.

Ut primúm abſoluti ſunt, purgatis Corporibus, ſtatim generationi dant operã, Mares feminis multó minores copulantur, femina apicem poſticæ partis in ventre *recurvatum*, in Maris naturam immittente, á qvo retinetur qvaſi ferrea qvadam, & ſex retinaculis diviſa manu. Hoc mutuo cohæſu juncti aliqvan-

aliqvandiu commorantur, & intra triduum coitum perficiunt.

Partus.

Peracto concubitu, humorem per poſteriora excremétitium, coloris vel citrini vel rubeſcentis vel albidi, tanqvam per canalem exprimit, idq; tanto cum impetu, ut qvaſi é ſiphone in aërem porró ejaculetur, deinde Ova ſtatim deponuntur ordine alterum poſt alterum, numero plurima 50. 100. 200. & plura; qvæ inſtar ſeminis Papaveris ſeu Hyoſcyami, ſuperné modicé compreſſa, teſtula cutanea inveſtita, ſucco intús comprehenſo uniformi. Hæc maximé ſucculenta, primó qvidem candida vel alba, ſucceſſu temporis citrina vel plumbea evadunt. Charta vel linteo induſtrié convoluta, & capſulis incluſa collocantur in tepidario, ubi æſtatis reſiduum, Autumnum & Hyemem tranſigunt absq; perfectione; qvæ tandem juſto tempore, qvo cæteræ naturæ revocantur & vigeſcunt, ſingulare Reſurrectionis noſtræ argumentum nobis relinqventes. Bombyces itaq; cú tres feré Menſes in opere, ſomno & coitu, ſine cibo ac potu tranſegerunt, Sole jugum, aut ad ſummum Scorpionem, ſubeunte emoriuntur.

Alimentum.

Nutriuntur & aluntur Bombyces foliis Mori, qvæ peculiare iis nutrimentum ſunt, Ulmi, Rubi, Lactuca agnina, urtica recenti tenella &c. Cúm paſcuntur, perreptant folia ab utraq; parte, & inter edendum incurvant pectunculum, roſtrumq; defigunt, & perforant folium. Excrementa pilularum inſtar feré rotunda ſubviridia ſunt, qvæ qvotidié expurganda, cúm recens pabulum ſubminiſtratur. Ter utplurimúm in die cibandi ſunt: Vitanda nimia ſatietas, & fugienda fames.

Utilitas.

Bombycum natura cenſetur frigida & humida.

Bombyces exiccati, & in pulverem redacti, vertice Capitis, vertigini & Convulſioni obnoxiis inſperguntur.

Bombycia.

Βομβύκια,

Folliculi ſericei,
Ædes ſericeæ,
Sepulcrum ſericeum.
Seidenbälglin / Seiden Heuslin.

Differunt colore. Alia aurea, viridia & alba; alia rubella, Pomi Arantii perfecti colore, qvæ optima ſunt.

Pauca inſtaurandi Bombycis gratia ſervantur, ex qvibus ſufficiens expectari poteſt proventus. Ex decem enim veſiculis maſculis, & totidem feminis, plura qvám ter mille prodibunt Ova. Cætera revolvuntur, ut fiat Metaxa dicta ſeù ſeta.

Ad uſum Medicum veniunt freqventer folliculi, devoluto Serico, é qvibus prorepſit Necydalus.

Sæpé adhuc latitat Necydalus mortuus, vermibus exeſus.

Verúm diligenter ſibi caveant Pharmacopolæ ab iſtis folliculis, alvi ſpurcitia fœdatis, ac ſtuppa ignata, ſed eligant potiús Sericum crudum, purum, explicatum. Ea enim eſt ſubſtantia veri folliculi.

Arabes, & qvi eos ſeqvuntur, miram huic facultatem & virtutem Cor roborandi aſſignant.

Sericum crudum.

Μέταξα, πέταξα,
σηρικὸν νῆμα
βομβύκιον
Bombycinum *Vl. Aldrov.*
Seta cruda *Officinar.*
Bombycina tela,
Filum Bombycinum,
Rohe Seide.

Eſt lana, qvam Bombyces ex propriis viſceribus operantur. Sericum *Seres populi Aſiæ* Scythicæ *primúm miſerunt*, ubi Erucarum ſericarum maximus proventus, ut tela circum arbores ducerent.

Sidonius.

Aſſyrius gemmas, Ser vellera,
Thura Sabæus.

Virgilius.

Velleraq; ut foliis depectant
tenvia Seres.

Plinius Bombycem laudat Aſſyrium. Arabia qvoq; Bombyce abundat.

Propertius lib. II.

Nec ſi qvæ Arabico *lucet*
Bombyce puella.

Italia etiam opt*imam* habet Bombycem, ex qva Florentini, Veneti, Genuenſes, Mediolanenſes optima & laudabilia conficiunt ſerica.

Nec

Nec Galliæ Turonenſis provincia his caret.

Germania, ut & Sileſia, Bombyces alit & nutrit in domibus, voluptatis potiùs qvã utilitatis gratiâ. Hanc ſummus Rerum Opifex Lino nobilitavit & locupletavit, qvod tanta ubertate, bonitate & excellentia naſcitur, ut reliqvas Regiones omnes longè ſuperet. Ex eo, induſtria & ſtudio incolarum, feminarum præſertim, telæ ſubtiliſſimæ fiunt & parantur, ut non ſolùm per Europam univerſam diſtribuantur; verùmetiam ad extremas Indias, magno regionis commodo, devehantur.

Sericum temperatum eſt, ſeu calidum & ſiccum primo receſſu. Exiccat, attenuat ea Naturæ dote, ut Cordi robur afflet, lætumqve efficiat. Qvapropter laxat, firmat, purificat & illuſtrat ſpiritus & ſangvinem, virtutem vitalem roborat, & mirificè exhilarat. Venenis & Peſtilentiæ reſiſtit. Ob id Cordialibus medicinis freqventer additur, veluti Confectioni Alchermes, Diamoſcho & aliis.

Sericum Kermeſinum.

Fila cocco tincta,

Scharrlachrote Seyde.

Variis modis Sericum tingitur, ſed ad Medicum uſum inprimis eligitur id, qvod ſucco granorum Kermes fuit imbutum.

Sangvini ſiſtendo non abſurdè accommodatur. Vulneribus conducit obligandis exiccandisqve.

Vulgus eo freqventer brachia vel Crura fortiter conſtringere ſolet, in Narium ſeu uteri hæmorrhagia.

Pannus ſericeus Kermeſinus ad ſacculos Cordiales in officinis aptatur.

Bombyx ſylveſtris.

Similis Metamorphoſis in Erucis qvibusdam virentibus æſtate obſervatur. Qvæ jam grandiores factæ, folliculo tenerrimo candido ſe includunt, & in Nympham abeunt, ex qva Papiliones varii coloris, aliqvando candidi hirſuti, qvaſi farina alba aſperſi, Necydalis non diſſimiles, corpuſculo craſſiore ex nigro ſplendente oriuntur,

Digitized by Google

qvi poſtqvam ova plurima cumulatim foliis Arborum aut parietibus, ſpuma ſeu lanugine veluti molliſs. candida ſeu citrina, qvaſi involuta aſperſerint, pereunt.

Bruchus.

Βροῦχος.
Ein Höpling/ vulgò.

Minor eſt Locuſta, nigri coloris, alis cinereis, ſub qvibus rubet.

Cantharis.

Κανθαρίς, Dioſc. id eſt, parvus Scarabæolus.

Muſca viridis Hiſpanica.
Ein Spaniſche Mucke/ Fliege/
Meilandiſcher Käfer/
Goldwürmlin.

Inſectum eſt κουλεόπτερον ex Scarabæorum genere, oblongius, ex aureo fulgore vireſcens, qvod frumenta arrodit.

Naſcuntur Cantharides ex vermiculis Erucis ſimiles, qvi proveniunt ex humore, foliis Fraxini, Populi, Tritici inhærente: & qvamvis coëant & generent, non tamen ſui generis animal, ſed Vermiculos procreant.

Rariùs apud nos occurrunt. Aliqvando inter ſegetes viſuntur; nonnunqvam in Fraxino, Populo & Salice ſtabulantur, qvarum folia arrodere ſolent. Hoc anno magna harum abundantia fuit. Vulgus ſingulo ſeptennio apparere credit.

Probantur Verſicolores, & qvæ luteas in alis transverſis lineas habent, Corpore promiſſo, craſſæ, ac Blattarum modò pingves, recentes. Inutiles ac inertes, qvæ unius coloris ſunt & vireſcentes, judicantur. Nam facilè cariem ſentiunt.

Enecantur per linteolum vapore aceti, & reponuntur ad uſum. Acri pollent facultate. Excalefaciunt in ſummo gradu, & exiccant ſecundo. Erodunt, ulcerant, calorem eliciunt, & deniq; ſumentes interimunt, fœtent, & diureticam facultatem obtinent, nocent privatim Veſicæ, omnibusq; urinæ inſervientibus membris, non modò hauſtæ, ſed qvandoq; etiam exteriùs illitæ, confirmante experientia: licet alii contrarium ſtatuant.

In Remediis externis, tum iis qvæ Veſicas excitant, tum aliis

aliis interdum totæ ſumuntur. Recentiores capita, alas & pedes abjiciunt. Ureticis á Qvibusdam miſcentur, & qvæ Leprás ferasq; Lichenas & Carcinomata ſanant.

Menſes eliciunt, peſſis emollientibus addita,

Matthiolus á cane rabido demorſis præbet.

Cum uva Taminea ad verrucas laudat Plinius.

Axungiâ Leporinâ miſtæ, & linteolo denſo retró Aures poſitæ, veſiculas excitando fluxiones retrahunt, Dentiumq; feroces dolores abigunt, trito vulgi uſu. Alii Cervici affigunt in Opthalmia, Epiphoris & Suffuſione: at cauté his utantur ſvaſerim, ne Morbo Morbum accerſant. Poſſem plura exempla adducere, qvám malé ceſſerit earum ſiniſter uſus.

Ante ſexennium circiter, Vir nobiliſſimus vehementi Opthalmia, ex acri defluxione correptus, Chirurgum imperitum ejus loci conſuluit, qvi cúm fluxum ab Oculis ad Cervicem retrahere moliretur, Emplaſtrum ex Cantharidibus nuchæ appoſuit. Ex cujus uſu ulcus ſummæ malitiei gangrænoſum laté ſerpens, enatum fuit, cum Hepatis & Renum inflammatione, comitante Gonorrhœa, ut ob id in ſummum vitæ periculum inciderit, & ni Chirurgorum peritorum ac Medicorum diligenti opera fuiſſet repreſſum malum, tabe conſumtus periiſſet.

Cantharis formicaria latior.

Ein Goldkäfer in Omeſ Hauffen.

Forma ſimilis eſt Scarabæo Najali majori rutilo, at brevior, capite parvo; tota ſuperiore parte, colore orichalcum refert, ſubvireſcens nonnihil, prona veró parte cum pedibus ſenis hirtiuſculis Cupri ruborem ementitur.

Generatur in acervis Formicarum, ex verme albicante, hirtiuſculo annuloſo, longiuſculo, digiti minimi feré craſſitie, verticillæ admodúm ſimilis, qvi ut Nympha folliculo duro ovali, olivæ magnitudine, intús lævi, forinſecus aſperiuſculo, ex terra, reſina & feſtucis compacto, convolutus detinetur. Auguſto menſe jam ſcarabæi formam adeptus, folliculum

Digitized by Google

odoratum rumpit, & relicto nido avolat.

Eandem vim cum priori obtinet, acrem nimirúm & cathæreticam.

Cantharis prolixior cornuta.

Ein gehörnter Goldkäfer.

Corpore eſt gracili & prolixo, duos digitos longo, pedibus ſenis, extremitatibus ſerratis, thorace qvadrato, Capite parvo, é cujus fronte Cornicula duo enaſcuntur tenuia, gracilia, purpuroviolacea, ij. ſ. digitos longa, continuis geniculis diſtincta. Alæ ſuperiores ex viridi purpuraſcunt, venter hyacinthi colore nitet.

Julio menſe reperitur.

Cantharis cornuta alia.

Minor hæc eſt, & poſterior ejus alvi pars in acutum deſinit, coloris ex flavedine obſcura vireſcentis. Cornicula tenuiſſima, pinnis ceu plumulis continuis referta promit.

Cantharis Amethyſtizons.

Ein vielbraun Käferle.

Viola *Nonn.*

Longiuſcula eſt, compreſſo Corpore, capite parvo, antennis breviuſculis. Colore Violam Martiam repreſentat; jucundiſſimi aſpectus.

Cantharis miniata.

Ein Frieſen Würmlin *vulgò.*

Fieberkäferlin.

Color ei ex cæruleo nonnihil ſubviridis, præter *alas*, qvæ transverſim *lineis latiuſculis miniatis inſigniuntur.* Caput parvum, cum iſthmo gracili, cui venter jungitur compreſſior.

Majo in Roſis & aliis Plantarum floribus invenitur.

Ternæ in vertice Capitis tritæ febrium circuitus amoliuntur, Agricolarum experimento. Veſiculas excitant, qvæ billioſum ichorem fundunt apertæ. Eſcharotica vi ut Cantharides pollent.

Cantharis viridis longiuſcula.

Ein lenglicht grünkäferlin.

Cantharis viridis aurum lucens.

Κάνθαρις χλωρόχρυσος.

Scarabæus viridis *Plin.*

Ein Goldgrünkäferlin.

Viſu intuitu recreare fertur.

Cantharis

Cantharis nigricans antennis longis.

Cantharis fuſca ſeu 10. Vlyſſ. Aldrov.

Ein ſchwartz Käferlin.

Cantharis caſtanei coloris capite nigro.

Ein Braunkäferlin.

Cantharis rotunda. I.

Cantharis rubea.

Ein rotes Käferlin/ Oſterkälblin/ Pueris.

Cinnabrii eſt coloris, ventre latiuſculo, dorſo convexo.

Cantharis rotunda 2.

Cantharis guttata.

Geſpiegelt Oſterkälblin.

Inſtar Minii rubet, ſed alæ punctulis nigris reſperguntur.

Cantharis rotunda 3.

Cantharis viridis aurea.

Gulden Oſterkälblin.

Ex viridi aureus lucet color, inſtar Cantharidum Seplaſiariorum.

Cantharis rotunda 4.

Cantharis omnium minima Vl. Aldrov.

Rubinrotes Käferlin.

Minima omnium, qvas videre licuit, coloris elegantiſſimi, inſtar Rubini lucentis.

Hæ Puerulis notæ, qvas Majo in hortis inter olera, Roſis & aliis plantis colligere ſolent, nullius qvod ſciam uſus.

Cicada fluviatilis.

Ein Waſſer Grille.

Beſtiola eſt aqvatilis, in rivulis nata, terreſtri Cicadæ ſimilis.

Terrenis Cicadis nos caremus.

Cicindela.

λαμπυρὶς, λαμπουρὶς, πυγολαμπὶς Ariſt. πυρολαμπὶς Heſych. Lampyris alata Vlyſſ. Ald. Cantharis noctiluca Nitedula, Noctiluca Cincindela Iunii. Luciola Italis, Johannis Fliege/ Johannis Käferlin. Lichtmücke/ Nachtmücke.

Inſectum eſt pennatum, ex Cantharorum genere, Capitulo parvo nigerrimo, in duo tubercula diſpartito. Ocelli Bituminis nigri modo ſplendent: Alvus annuloſa, multis ſegmentis diviſa, in cujus medio guttulæ duæ candidæ, noctu ſeu tenebris, ignis modo lucentes, die non item.

Digitized by Google

Flammula enim oppreſſa majoris luminis præſentia latitat, ne poſſit viſum noſtrum movere.

Æſtate veſperi per prata & vias cernitur.

Cimices lectularii.

Κόρεις οἱ ἀπὸ κλίνης. Dioſc.
Wantzen.
Wantelen/
Wandleuſe/
Bette Wantelen.

Vermiculi ſunt latiuſculi compreſſi rubentes, in cubilibus ad lectos & parietes nati.

Fœtidiſſima ſunt, & dictu qvoqve faſtidienda Animalcula, ex vapore qvodam humidiore, ab Animalium corporibus foris collecto, genita.

Inter nocturnos hoſtes, qvi nobis dulcem Somni qvietem intercipiunt, nulli qvidem nocentiores infeſtioresq; habentur, qvám Cimices: qvippe qvi non ſolúm morſu dilacerent, qvo & ſomnum interturbant, & ſangvinem nobis adimunt: ſed etiam fœtórem adeó deteſtabilem abominandúq; ex ſe relinqvunt, ut eo longé magis ſenſus ſpiritusq; lædantur, qvám univerſæ Corporis partes, qvæ ab ipſis fuerint ictæ.

Acri facultate præditi ſunt. Cávis Fabarum incluſi, vel Melle & Cinnamomo involuti, devorati ante Febrium ſignificationes Qvartanis auxilio ſunt.

Cum vino aut aceto poti, adhærentes Sangviſugas abigunt.

Vivi triti, urinariæ fiſtulæ impoſiti, urinæ anguſtias levant.

Vulvarum examinationes olfactu revocant.

Cimices interimunt: Abſinthium, Coriandrum viride, Cotula fætida, flores Sambuci, Oximel ſcilliticũ, Calx viva toris illita.

Cimices hortenſes.

Cimices ſylveſtres,
Geilen / vulgó
Garten Wantelen.

Forma domeſticis ſunt ſimiles, ſed multó majores, partim virides ſeu herbacei coloris, partim flaveſcentes, partim ſubrubentes, æqvé ac illi fætidi.

Fruges & herbas perrepant, ex qvibus victum habent.

Coſſus

Coſſus.

Σκώληξ,
ξυλοφθόρος,
ξυλοφάγος.
Coſſus albus, *Vlyſ. Aldrov.*
Teredo, *Nonn.*
Eine Holtz Made/
Holtz Wurm.

Vermis multipes, digitalis longitudinis, craſſus, albus, Erucæ feré ſimilis, linea á Dorſo ad caudam usq; conſpicua, plurimis inciſuris conſtans. Os nigrum, ex duobus velut introrſum ſe curvantibus dentibus confectum. Ad latera punctulis maculatur caſtaneis.

In carioſis lignorũ caudicibus naſcitur, & farina ſeu carie ſaginatur, cui involvitur.

Sanat omnia ulcera. Nomas veró combuſtus, cum pari pondere Aniſi & oleo illitus.

Crabro.

Ανθρήνη, *Ariſtot.*

Veſpa coloris citrini aculeo infeſtiſſima *Alberti, Plinii,*
Eine Hornüſſe/
Hürnaus/
Horlitze.

Inſecti genus, pennigerum, affine Veſpis, ſed multó majus, pertinaciſſimum, aculeo peſtilentiſſimo. Caput anterius, & Venter poſterior, lutea ſunt. Thorax hirtiuſculus craſſior, & Alvi initium ex flavedine rubent, ad caſtaneum colorem vergente, qvi in maculam triangularem deſinit, reliqva tota annulis luteis compacta eſt, præter puncta ſupina parte ſubrubentia. Cruſculis firmatur ſenis, aſperiuſculis. Alæ membraneæ qvatuor, ſuperiores longiuſculæ, latentes breviores obtegunt, coloris fumigati. Oculi fuſci ſunt, Cirri ſeu antennæ continuis veluti internodiis diſcretæ prominent croceæ. Ad poſteriora aculeis latet, acutiſſimus.

Duces more Apum & Veſparum Crabrones habent, qvi proportione ad Crabrones, majores qvám Veſparum ad Veſpas, & Apum ad Apes ſunt. Degunt hi qvoq; intús, ſed non plures uno in ſingulis eorum alveis oriuntur.

Examinis emiſſio nulla, ut Apum, fieri ſolet, ſed qvi ſubindé oriuntur novelli, ibidem manent, & alveum fovent ampliorem. Amplifi-

Digitized by Google

cant majorem in modum favos, & jam ex valentiore qvodam Examine, qvalli tres aut qvatuor favorum pleni excepti ſunt. Si qvi Crabrones ſuo alveo aberraverint, colligunt ſe in aliqvam arborem, favosq; ibi conficiunt in ſublimi, qvi ſæpé conſpicui apparent, in qvibus unum procreant Ducem. Non ex floribus, ut Apes, cibum colligunt, ſed carnibus maxima ex parte vivunt. Venantur etiam Culices, Muſcas & Apes, qvibus inter Caniculæ & Arcturi exortum, ante Alvearia plerunq; obſidiantur. Fructus dulces appetunt.

Degunt utplurimùm in ſylveſtrium Arborum, ut Qvercus, Pyri, cavernis: nonnunqvam & ædium conclavia ſubeunt, ubi miro artificio nidum trabibus ex ligno putrido annectunt: aliqvando Alvearia Apum vacua ſubintrantes, nidum in ſublimi ſuſpendunt.

Longé lautior ſeu politior favus qvám Veſparum. Cellularum oſcula deorſum hiant, qvibus fœtum inſtillant, qvó á fluviis & aëris injuriis tutiores eſſe poſſint.

Vita bimatum non tranſit. Non enim cibum ritu Apum ſibi recondunt, ſed jejuni per hyemem latent, qvo tempore plurimi moriuntur.

Favi Crabronum, adverſus ſcrofulas, vulgó vors Drieſen. Eqvis infunduntur.

Ictus eorum haud temeré ſine febri eſt. Ter novenis punctis interficere hominem fama eſt,

Remedio eſt é veſtigio ſuxiſſe vehementiús, ſuctuq; infixos aculeos revulſiſſe. Pars in calentem aqvam ſalubriter demergitur, per integram feré horam, tandem aqva marina abluitur.

Theriaca, Mithridatium.
Malva ſylv. Satureja.
Paſtinaca pratenſis,
Saliva jejuni hominis,
Bolus Armenus.
Sigillata.

Culex.

ab aculeo.
Κώνωψ, σνίψ.

Muſcarum minimum genus, Corpore minimo, Alvo feré jejuna, Cruribus prælongis, lingva fiſtuloſa, & ad ſuctum,

ſuctum, & aculei loco ad pungendum, ſangvinis & potiſſimúm humani avidiſſimũ, Proboſcidis enim adjumento, tenuiſſimum ac molliſſimum aculeum per cutim adigit usq; ad oſſa, ac ſangvinem exugit.

Culicum varia ſunt genera.

Culices Arborum.

Baum Mücken/

Culices generantur ex rore verno, ſalivari aliqvando, in multis arboribus, Sambuco, Fraxino & aliis, item inveſiculis Ulmi.

Culices fimetarii.

Kleine Miſt Mücken/
Mücken/ *vulgò.*

Oriuntur ex fimo, ſeu ejus vapore putrido ſæpé magna Examina, Ex qvibus ſi turmatim ad fimeta oberrarint, Plebeii aëris mutationem colligunt.

Culices paluſtres.

αἱ ἐμπίδες,
Culices Muliones
Waſſer Mücken.

Primúm in humore putrido ſubſidente vivunt beſtiolæ ſeu vermiculi, deinde fórma immutata foris vitam agere incipiunt.

Culices vinarii.

Κώνωπες *Ariſt.*
Eſſig Mücken/

Culices ſunt minutiſſimi, qvi ex vermiculis capillaribus, qvi in fæce aceti gignuntur, originem trahunt.

Hi dulcia non accedunt, ſed acida petunt.

Culices abigunt, Succini, Conyzæ fumus. Abſinthii, Gratiolæ, Rutæ, Nigellæ decoctum aſperſum, Cannabis ramuli appenſi.

Curculio.

Κὶς *Theoph.* Κὶες,
φθεὶς σίτου, Pediculus frumenti.
Cis, Gurgulio,
Ein Kornwurm/
Kornkäfer.
Kalander.

Vermis eſt frumenta exinaniens, peculiaris Tritico, Siligini, Hordeo. Naſcitur in granis excuſſis, qvæ corrodit & devorat, ex calore extraneo & putredinali, qvem contrahunt ex ſitu, ſeu ſuperfluo humido dulci. Hic tandem in chryſalin mutatus, é chryſalide fit Papilio minutiſſimus, qvem frumentarium appellare licet. *Vlyſſes Aldrovandus* Triticiarium nominat.

Curculionem

Digitized by Google

Curculionem fugant tetri odores, Allii, Sulphuris, Lupulorum, Flores Sambuci, Cotula fœtida, Abſinthium, Abrotanum, item freqvens agitatio & commotio frumenti, anteqvam putredinem ſentiat, ſi enim jam innatus fuerit Curculio, parum proderit, niſi in totum corruptæ fruges ablatæ fuerint.

Curtilla.

á ſono, qvem æſtivo tempore altum edit, ut etiam é longinqvo exaudiatur, maximé noctu.

Talpa **Ferrantis imperati.**

Talpa annularis.

Vermis Cucurbitarius *Vl. Aldrov.*

Eine Werre/ *Sil.* vom verwerren/qvód agros vaſtet & depopuletur.

Twäre.

Inſectum eſt oviparum, é Grillorum genere, longitudine & craſſitie Auricularis digiti. Anteriore facie Aſtacum fluviatilem, poſteriore parte ventre nimirúm Gryllum refert. Caput enim & Thorax teſtaceo cortice inveſtiuntur, ut Aſtaci, ex fuſco rubente. Oculi nigerrimi utrinq; eminent, inſtar picis ſplendentis. Sub his cornicula duo oblonga tenuia, ceu exploratoria filamenta. Extremo rictui ſeu freno alia, veluti emiſſitia cornicula, ſeu appendiculæ veluti Locuſtis, in articulos ſeu internodia qvaterna minora & breviora ſuperioribus, ac oris lateribus aliæ binæ utrinq; appendices, deniq; ſub mento utrinq; una protenduntur, *qvibus* tanqvam digitis *alimentum in* ore retinet *ac complectitur.* Venter mollis, Grylli ſimilis, inciſuris octo diſtingvitur, é cujus extremo ſpiculum exit geminum longiuſculum ac ſubtile. Dorſum veſtiunt alæ qvaternæ, ſuperiores breves & latæ, lineis & ſtriis ſubrubeis marmoratæ, aliis anguſtis longioribus, & ad caudam *feré extenſis in*cumbentes. Crura obtinet utroq; latere terna duriuſcula, geniculis diviſa. Priora brevia tribus articulationibus compacta, in extremo *Calcaris* Eqvitis inſtar ſerrata *ſunt,* media tenuiora ſu*nt, poſ*tica longiſſima, minús lata, qvorum extremitates aculeis aſperiuſculis inſtructa ſunt. Corpus univerſum tenuiſſima lanugine hirſutiem oſtendit,

dit, parte ſupina & antica, ſubcaſtanei coloris, Ventre& pedibus flaventibus.

Inſectum venenatum, in agris hordeaceis & Liniferis freqvens, eos inſtar Talpæ peragrans & devaſtans, Agricolis inviſum. Alatum humi repens ſulcos elevat.

Radices totas conſumit, & fruticũ corticem tantúm abſumit.

Nidum in terra conſtruit, & Ova ſubflava parit.

Admodúm vocalis eſt, præſertim nocturno tempore.

Agricolæ ejus vocem diligenter obſervare ſolent verno tempore. Vix enim Hordeum, anteqvam cantillet, agris committere ſolent. Upupæ in cibum rapiunt, & iis pullos ſuos enutrire ſolent.

Caput abjecto ventre, ut inſigne amuletum, ab Agricolis prædicatur contra febrium exacerbationes: ob id argento incluſum collo geſtatur.

Dipſaci vermiculi.

Weberkarten Maden.
Tineæ Dipſaci,

Vermiculi ſunt candidi, annulis diſtincti, qvos in Erucas abire, *Vlyſſ. Aldrovandus Bonon.* refert.

Contra Qvartanas ſuſpenduntur. Cavis dentium indimiré prodeſſe *Plinius* autor eſt.

Eqvuleus marinus.

ἱπποκαμπος *Dioſc.* κάμπη, flexura, reliqvo Corpore Eqvum refert, ab Eqvo & Eruca. Eqvinum Caput& Collum & Corpus, Cauda Erucæ.

Cabalio marinus *Veget.*
Dracunculus marinus.
Hippocampus *Vl. Aldr.*
Hippidium *Athen.*
Ein MeerRößlin/
SeeRößlin.

Inſectum eſt marinum, cujus ſceleto me donavit hoc anno humaniſſ. ac doctiſſ. M. Martinus Weinrich Medic. Candidatus, & Scholæ Vratislav. ad D. Eliſabetham Rector, qvod ob miram fabricam hic inſerere placuit. Longitudo tota ſex digitorum. Roſtrum ejus oblongum, teres, tubuli modo cavum, Capite, & Collo protuberante, Eqvino non diſſimile. Corpus ſeu venter latiusculus eſt, ex circulis cartilagineis ceu coſtis, á Capite ad

caudam duodecim compactus, in cujus parte prona triplici, in dorſo veró qvadruplici ſerie proceſſus acuti prominent. Cauda longa, inflexa, qvadrangularis, ſenſim graciłeſcit ex continuis conſtat internodiis, eminentibus utrinq; ſupina parte aculeis. Oculorum meatus viſuntur ad frontis initium: Branchiæ nullæ.

Deſiccantis eſt facultatis, & tenuium partium. Cinis cremati cum pice liqvida ſeu Amaracino ungvento, aut adipe veteri ſuillo illitus, Alopecias replet. *Galenus.*

Vivit aqva & luto.

Venter ejus venenatus creditur.

Eruca Olerum.

Κάμπη Dioſc. ἀπό τοῦ κάμπτειν qvód flexo corpore progrediatur.

βροῦχος *Scaliger.*

Τρὼξ ἀλὶς *Athen.*

Eruca ab erodendo, qvód folia Arborum & Olerum erodat.

Eruca vulgaris *Vl. Aldrov.*

Braſſicida.

Ein Rauve/ Rupe/ KrautRaupe/ GraſeWurm.

Vermis eſt vulgaris notitiæ, longus, mollis, multis conſtans pedibus, flexo corpore obliqvis tractibus repens, colore varius. Erucæ oriuntur vel ex ſtirpium excrementis, Aëris nimirum humidiore conſtitutione, ac putredine tepida: vel â papilionum ovis.

Auguſto enim menſe utplurimúm Papiliones ex Aureliis nati, averſis olerum foliis ova pariunt ſubalbida ſeu flava, Milio minora, ex qvibus Erucæ brevi naſcuntur, olerum hortenſium, maximé Braſſicæ peſtis & pernicies.

Erucarum mira metamorphoſis. Qvædam & qvidem plurimæ in Aureſias abeunt, qvæ ſunt tanqvam ovum ſeu rudimentum Papilionis. Aliæ in Arborum cacuminibus, ut Araneæ telam nere ſolent, at rudiorem in modum tegumenti conſvetum, cui ſeſe implicant, & ſemine impoſito moriuntur; ex qvo niſi frigoribus aut imbribus intercipiantur, ab hortulanis auferantur, aut Avium eſca fiant, afflante veris aura tepidiore, arboribus vireſcentibus ingentia

gentia Erucarum examina prodeunt, qvæ integras Arbores ſæpé fronde ſpoliant. *Ovidius.*

Qvæq; ſolent canis frondes intexere filis,
Agreſtes tineæ, res obſervata Colonis.
Ferali mutant cum Papilione figuram.

Aliæ autumni fine parietes & muros vicinos lanugine molli, eaqve vel alba, flava aut viridi conſpurcant, cui ova ſua committunt, qvæ niſi frigoris vi intereant, ſimili modo Vere appropinqvante in Erucas abeunt.

Aliæ non immutantur, ſed cúm jam omnia conſumſére, ipſæ qvoq; vel ſponté vel urgente frigore intereunt.

Erucarum totidem feré ſunt ſpecies, qvot Plantarum.

Aliæ maximæ, mediocres minutulæ.

Qvædam læves, hirſutæ, villoſæ, echinatæ, hiſpidæ.

Aliæ rubent, nigricant, qvædam flavæ, aliæ virides; qvædam aureis punctulis radiant; qvædam vario colore pictæ viſuntur.

Sanies Erucarum oleo intruſarum peruncta, Corpora ab ictu venenatarum beſtiarum tuetur. Mirabile adverſus Serpentium vulnera amuletum.

Erucæ ut fugandæ.

Autumni fine, ſeu primo vere nidi in arborum cacuminibus abſcindantur & comburantur.

Auguſto menſe Ova á Papilionibus Caulibus aſperſa, digitis atterantur vel auferantur, priusqvám Eruculæ erumpant.

Erucæ natæ qvotidié, manu collectæ in fictili, comburantur, vel aqva ſubmergantur.

Alii Braſſicas vel Arbores, poſt pluvias matutinis horis ſuecutere ſolent, ſic enim decidere, nec amplius ad ſuperiora prorepere ajunt.

Braſſicas tenellas, priusqvám tranſplantentur, brodio Caulium acidorum qvidam immergunt.

Nonnulli oſſa Capitis Eqvæ terræ immiſſa, vel ſepibus affixa, ubi Braſſicæ ſunt, eas fugare, pro comperto aſſerunt.

Stercus Veſpertilionis, Bitumen aut Sulphur incenſum.

Fumus Fungorum ſub Nucis arbore naſcentium, Galbanum, Caprarum ungulæ, Cornu Cervi.

Digitized by Google

Abſinthii decoctum inſporſum.

Cancer fluviatilis in medio horti ſuſpenſus,

Formica.

Μύρμηξ.

Μύρμος.

Formica á ferendo vel á forandis micis.

Ein Ameiſſe/
Ambeis/vom abbeiſſen/
Omeiſſe.

Animalculum eſt parvum & fugax, laborioſum, nulli imperio ſubditum, Corpuſculo gracili longiuſculo, cujus Capitulo antennæ ceu exploratoria filamenta prætenduntur. Ocelli ad latera nigra, tantæ ſubtilitatis, ut viſum noſtrum feré effugiant. Denticuli bini introrſum adunci, forficulum veluti qvá cibum apprehendit, conſtituunt. Pedunculi ex pectuſculo naſcuntur ſeni. Venter jungitur craſſior. Tam exilibus hoc Inſectum conſtat particulis, ut recté cum Phyſicis aſſeramus, Ejus Corporalem compaginem nondum cognitam eſſe.

Baſilius ſapientiſſimé ad retundendam eorum ſuperbiam, qvi Dei potentiam & voluntatem ſcrutari adnituntur; putat, nullum aptius argumentum, qvando vel formicæ naturam aſſeqvi, omni conatu adhibito, non poſſint. An ſpiritu, inqvit epiſt. 268. & anhelitu vita ipſius formicæ contineatur? an Oſſibus Corpus diſtinctum ſit? an nervis & ligamentis compoſitio firmata ſit? an muſculorum & *glandularum* munimento *nervorum natura* contineatur? an medulla á ſincipite usq; ad Caudam una cúm ſpinæ verticulis, extendatur? an nervoſæ membranæ ambitus Membris, qvæ moventur, concitatoriam vim immittat? an ſit in ipſa Jecur, & vas fellis ſuſceptorium in Jecore, Renesq; ac Cor, & Arteriæ, & Venæ, pelliculæqve, ac interſepta? an nudum ſit Animal, aut piloſum? ſolidipes ſit, aut multifidos greſſus habeat? qvanto tempore vivat? Et qvis ſit *ipſis* generationis modus? qvám diu geſtetur fœtus? *& qvomodo* neqve pedeſtres omnes ſunt Formicæ; neq; omnes alatæ, ſed aliæ qvidem humi repunt, aliæ per aërem feruntur? Qvi igitur rerum cognitio-

cognitionem jactat, interim Formicæ naturam explicet: dein ita virtutis, ac potentiæ omnem intellectum excedentis naturam exponat. Si veró minutiſſimæ Formicæ naturam nondum cognitione apprehendiſti, qvomodo incomprehenſibilis Dei vim te imaginari gloriaris?

Domicilia ſibi Formicæ paſſim in ſylvis extruunt, & latibula ſua per varios & inextricabiles labyrinthos excavant, qvæ acervis, qvas magno labore colligunt & comportant, cooperiunt, & adverſus pluvias ac frigoris vim muniunt.

Omnis generis ſuccos appetunt, qvos partim in plantis qværunt, partim ex fructibus exugunt. Mel miré appetunt, unde Apibus inſidiantur. Grana frugum tota æſtate convehunt & reponunt, qvo hyeme fruantur mira providentia grana, ut conſerventur, cædentes. Negotia omnibus in promtu habentur, atq; eâdem ſemitâ ſemper ambulant, & cibaria recondunt in annum, & Cellas promtuarias faciunt, ordine diligenter ſervato, nec interdiu ſolúm, ſed etiam noctibus, Luna plena laborem exercent, Interlunio qvieſcunt. Gerunt onera morſu majora averſæ poſtremis pedibus moliuntur humeris obnixæ. Semina arroſa condunt, ne rurſus in fruges exeant é terra: majora ad introitum domorum dividunt, madefacta imbre proferunt atq; ſiccant.

Silices itinere earum attritos videmus, & in opere factam ſemitam: de qva eleganter *Horatius*:

Parvula (nam exemplo eſt) magni Formica laboris,
Ore trahit, qvodcunq; poteſt, atq; addit acervo
Qvem ſtruit, haud ignara ac non incauta futuri:
Qvæ ſimul inverſum contriſtat Aqvarius annum
Non usqvam prorepit, & illis utitur anté
Qvæſitis ſapiens.

Formicarum Reſpublica non videtur ad Monarchiam ſicut Apum pertinere, ſed ad eas qvæ populariter adminiſtrantur, & qvarum gubernatio Democratica aut Ariſtocratica nuncupatur. Nullus enim illis Rex, nullus præſes, omnes ex æqvo cives, pro opor-

Digitized by Google

oportunitate temporum aut preſſe, aut ſubeſſe ſolent, ſervatis Inſtitutionis ſuæ Reipublicæ ordinibus: attamen omnes, ut veri cives ſolent, omnia ad communem utilitatem agunt, maxima ſolertia.

Salomon proverbior. 6.

Vade ad formicam, ô piger, & conſidera vias ejus, & diſce Sapientiam, qvæ cúm non habeat Ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe, qvod comedat.

Baſilius Magnus in hexa. hom. 9.

Non laborabis pro teipſo, ô homo, non in præſenti ſeculo prædepones, ac recondes reqviem futuri? Ad Formicæ exemplum reſpectum habeto, qvæ in æſtate alimentum hyemale ſibiipſi recondit, & non propterea, qvód nondum adſunt hyemis moleſtiæ, per otium tempus transmittit, ſed diligentia qvadam indeſinente ſeipſam ad laborem intendit, donec ſufficiens alimentum in penum repoſuerit; & neq; hoc ſegniter ac negligenter, ſed ſapienti qvadam verſutia excogitans, qvo ipſum alimentum qvám diutiſſimé perſeveret. Suis enim ungulis medios fructus diſſecat, ut ne enaſcentes inutiles ipſi ad alimentum reddantur; eosdem etiam ſiccat, ubi ſenſerit ipſos madefactos, & non in omni tempore ad ventum exponit, ſed ubi perſenſerit aêrem in ſerena conſtitutione conſervari. Profectó non videas imbrem ex nubibus *defluere*, qvo tempore *frumentum á* formicis expoſitum eſt.

Coëunt Formicæ hyberno tempore. Vermiculum pariunt nulli annexum, qvi accreſcens ex minutulo & rotundo longiuſculus fit, ceu Ovum oblongum figuræ columnalis, ex qvo, loco calido perfecté completo, formica naſcitur. Ortus earum verno tempore agitur.

Ova ſi fuerint á ſuo loco mota aut diſperſa, Formicæ recolligunt, & ad ſuos nidos referunt.

Formicæ calidi & *ſicci ſunt* temperamenti.

Qvinq; potæ, adjecto ſale exiguo, omnium Phalangiorum morſibus auxiliantur.

Nocent

Digitized by Google

Nocent hortis, arbuſculis tenellis, Apibus. *Fugantur* pul. Sulphuris & Origani agreſtis, ſuper acervos reſperſo, fumo Storacis, Ampelitide, Creta, Calce viva, Cineribus, Aqva latere crudo diluta.

Ova Formicarum,

Omeiſſen Eier / Avicularum, Luſciniæ, Coturnicis, Perdicum, Picorum, nec non Urſi minoris ſunt alimentum.

Ad Aurium etiam gravitatem faciunt. Malas hirſutas Pueris infricata corrigunt.

Acervus Formicarius,

Ein Omes Hauffe / Nidus Formicarum.

Comportatur á Formicis multo labore ex feſtucis, corticibus, foliis, reſina, terra, luto &c. unde ſæpé gratum odorem emittit.

Balneum Formicarium,

Ein Omeis Bad. Sume Myrmecium vivarum agmen (præcipué ubi arbores reſiniferæ ſunt) in ſaccum reconde, atq; iis decoctis affuſa aqva in ſufficienti copia, balneum parato, & utere.

Calefacit & ſiccat multúm. Præſtat in frigidis pedum tumoribus, & Podagra inveterata, Hyſtericis affectibus, Scabie, Uteri ſuffocatione, Cachexia, Reſolutionibus, torpore, aliisq; Nervorum debilitatibus.

Formicæ aliæ
- Impennes
  - minores vel
    - rubentes
    - nigricantes
  - majores, Formicæ Herculean.
- Pennatæ, Formicæ alatæ.

Formicæ Herculaneæ.

ἱππομύρμηκες.

Formicæ majores

Groſſe Ros Omeiſſen.

Iſthmus his exiguus rubeus longiuſculus, gracilis, utrinq; extremitatibus craſſiuſculis.

Tritæ adjecto Sale exiguo, Pſoram, Lepram & Lentiginem ſanant.

Digitized by Google

Formicæ alatæ.

Fliegende Omeiſſen.

Cúm ſeneſcit genus Formicarum, alatum efficitur. Conſolatur enim illorum imbecillitatem Natura, volatu addito: ſed ab editis alis parum ſupervivunt. *Cardanus.*

Fullo.

Forbicina Vl. *Aldrov.*
Vermis auricularis
Ein Ohrling/
Oehrlin/
Ohrwürmle.

Vermis eſt oblongus, compreſſus, lævis, coloris ſpadicei, cujus cauda in bifidum mucronem exit: juxta oculos protuberantes antennæ, tanqvam exploratoria fila enaſcuntur.

Sub lignis & arborum corticibus ſtabulatur. Arbores perreptat, & Pyra pomaq; erodit.

AuresHominum facilé incurrere ſolet, Enecatur ſpiritu vini, oleo Juniperi, Amygd. amararum.

Gryllus domeſticus.

Ἀχέτη *Ionii.*
γρύλλος,
Ein Haus-Heime/
Heimling/
Grille.

Locuſtæ genus Cicadæ ſimile, coloris ſpicei. Sub oculis eminent cirri bini, veluti capillamenta tenuia. Pedes ſeni, inter qvos poſteriores longiores, extremis inſtar ſerræ aſperiuſculis. Acuti duo appendices in cauda exeunt longiuſculi hirti. Pennis ſuperioribus ſubjacent membranulæ tenuiſſimæ, qvæ veluti promuſcis qvædam *bifida* ultra appendices protenduntur: Hyeme ad hypocauſtorum fornaces, & fumibulorum parietes habitant, ſtridore ſuo nocturno plusqvám moleſti. Qvamvis nonnullis admodúm ſit gratus, eorum ſtridor, ut etiam ſomnum conciliare aſſerant.

Necantur hydrargyro Piſis coctis permiſto, & rimis fornacum illito. Vim ſimilem Qvidam Cantharidibus tribuunt.

Gryllus agreſtis.

Τρυξαλλίς, *Plinii.*
Gryllus campeſtris, *arvenſis.*
Ein Feld-Grille/
Feld-Heime.

Corpulentior eſt domeſtico, at brevior, coloris *nigri,*

picis

picis inſtar ſplendentis. Oculis majuſculis prominentibus, juxta qvos Cornicula duo brevia; ad Roſtrum veró ſuprá & infrá appendiculæ binæ, nodoſæ. Alæ fuliginei coloris fibris varié diſtingvuntur. Pedes ſeni utrinq; tres obſcuré & veluti ſerrati: In fine alvi ſuperioris ſub alis extant ſpicula duo acuta, ſub qvib⁹ alii appendices longiores rigidiuſculi ſetæ inſtar, porriguntur, in extremitate bifidi.

In campis, pratis & aridis Colliculis apricis freqvens.

Aridam fodit terram, ut ejus cavernis cubet æſtate,

Auribus prodeſt, cum ſua terra effoſſus, & illitus. Lenit etiam tonſillas infricatus.

Hirudo.

βδέλλα ἀπὸ τοῦ βδέλλειν, qvod eſt exugere.

Sangviſuga *Plinii.*

λιμνάτις,

Ein Egle/ Blutſauger.

Inſectum eſt paluſtre, inſtar lumbrici oblongum lubricum, lineis & punctis nigris varium. Corpus veluti ex qvibusdam circulis colligatur, absq, oſſibus, pedibus & pinnis, qvibus extenſis contractisve movetur. Os ei triſulcum, qvod ex vulnere Cuti inflicto apparet.

Hirudines aliæ ſunt majores, Eqvinæ dictæ, qvod novem Eqvum ſugentes occidere poſſint.

Groſſe Egle/RoßEgle.

Minores kleine Egel / Harum rurſus aliæ ſunt ſubfuſcæ, aliæ ſubvirides, aliæ nigræ, aliæ variæ, ſchwartze/ dunckelgrüne/bundte Egle.

Sua natura cæno ac limo delectantur; unde freqventiſſ. in paluſtribus, lacuſtribus & putridis aqvis, rariſſimé in probatis & limpidis fontibus, arenoſis, & ſaxoſis fluviis vivunt.

Ex putredine tantúm generantur. Minores minús nocivæ dicuntur, qvæ & rugoſæ & lineis in dorſo diſtinctæ ſunt.

Earum eadem eſt ratio ac Cucurbitularum, medicina tuta ad Corpora levanda ſangvine, Priusqvam applicentur, per aliqvot dies aqva pura ſervandæ, ut probé purgentur, Cúm applican-

Digitized by Google

tur, locus nitro fricandus, ſangvine vel argilla humida fovendus, vel ungvibus ſcalpendus eſt. Cúm amoveri vis, inſperge eis parum ſalis aut cineris, aut Lini combuſti.

Applicantur autem Corporis partibus, qvibus Cucurbitulæ & Cornicula conſiſtere neqveunt, ut Ano in Hæmorrhoidibus, oſtio uteri, gingivis, labris, naſo, digitis. In qva vis Corporis parte, ubi ſemel hæſerint Corpori, nulla ratione poſſunt revelli, donec ſuctu ſangvinis repleti decidant. Raró his noſtrates Medici utuntur.

Accidit aliqvando, ut Viatores, & boves maximé, incauté Hirudines hauriant, unde Cruoris excretio, Capitis dolor, gravitas, ſeqvuntur. Remedia ſunt, Muriæ ſorbitio, Beta cum aceto pota, Nitrum gargarizatum, Lupuli, Prunella ex aqva gargar. Farina Lupinorum &c,

Julus.

Ἴουλος, πολύπους,
μυριόπους,
Multipes,
Eruca hirſuta villoſa.
Centipeda hirſuta *Colum.*
Ein rauche Raupe.

Vermis eſt terræ longus, ex annulis multis compactus, piloſus, multis pedibus, arcuatim repens.

Si contrectetur, in globum complicatur. In multas partes diviſus, omnes vivunt.

In hortis oleraceis qvandoqve occurrit.

Icteritiæ & *urinæ difficultati* confert ex vino potus.

Libella fluviatilis.

Ein Wägle/
Wagferderle.

Beſtiola eſt minuta, paluſtris, á ſimilitudine, qvæ illi eſt cum fabrili inſtrumento, & cum libella marina.

Locuſta.

Ακρὶς Dioſc.
Κόρνωψ,
πάρνωψ,
Μολουρὶς
Ακαρνος,
Μάσαξ Nicand.
Ein Hewſchrecke.

Inſectum eſt campeſtre, infirmis pennis, alatum, ac proinde

inde altiùs non evolans, herbis & ſegetibus infeſtiſſimum.

Inciſuris univerſa compago conſtat, pro Inſectorum more & natura. Alas utrinqve habet duas, ad ſcapularum commiſſuram infixas. Qvæ ſuperiores & tergo inſident, vario colore interpuncta atq; diſcreta maculis nigris, alis phœniceis ſeu badio colore præditis ſuperincumbenribus viſuntur. In imo aliæ utrinq; ſubſternuntur, tenues admodùm, albicantes, & ex lato in arctum deſinentes, inſtar Alarum qvæ Avibus inſident, aut veli navis: his paſſis aëra qvatientes ac diverberantes volant. Secundum Dorſum commiſſura qvædam imminet, membrana duriore intecta, ex qva ſonum atq; ſtridorem edunt. Capiti porró ſecundum Oculos obſcuros hebetes, Cornua tenuia, pilorum inſtar prominent duo. Facies autem torva apparet & oblonga, inciſuris aliis ſuper alia incumbentibus, & os integentibus. Ori porró duo tantùm parte ſuperna inſident Dentes duriſſimi, lati ac nigricantes, qvibus ſegetum ariſtas gravi morſu erodunt ac frangunt. Thoracem habent anguſtum, cartilaginoſum & durum, Alvum mollem & longam, qvæ motu dilatato & adſtricto Pulmonum vice movetur, ad auram captandam. Cruribus ſex innituntur, qvatuor primoribus tum tenuioribus, & ad ſuperna magis poſitis, poſterioribus duobus craſſioribus, & ad motum valentioribus, miroq; artificio variegatis, & angulis acutis intercurrentibus artificiosé delineatis, qvibus ſaltantes utuntur. Prioribus enim Cruribus apprehendunt Manuum vice, ac continent, poſterioribus ſaliunt. Sunt autem poſteriora hæc colore rubra, ac denticulis inſtar ſerræ munita, ut ſe illis in ſata proruentibus fulcire adhærereq; firmiùs aſcenſu ſuo poſſint.

Coëunt, Mare fœminam Dorſo ſuperveniente, Mas autem in concubitu Cauliculos duos acutos, qvos ad dorſi extremum, pauló reliqvo Corpore eminentiores, habet, obtorta ima Corporis parte & inflexa, atq; ultimo Caudæ reflexo in femellæ uterum immittit.

Nam cúm ſpicula illa duo Dorſo incumbentia Mas habeat, immittere ea in feminæ uterum non poſſet, ni adverſa Cauda flexili ſeſe illi copularet. Arctiſſimé veró diuq; conjunguntur, ut vix avelli ſemel copulata qveant: ita ut etiam ſalientes, é loco motæ non diſſiliant, nec niſi magno conatu avulſa discludantur. Femina veró Maris amplexu alvum intenté movet, & ſe ima parte Mari applicans, illum diutiús continet, modó hiatu vulvam aperiens, modó eandē coarctans, atq; dum hiatu patet uterus, tum Mas ſeſé penitiús in imum feminæ inſinuare ſatagit. Viſunturq; meatus duo in feminæ pudendo, interſtitio qvodam disjuncti, & craſſiusculo qvodam operimento contecti: qvod qvidem externa ſui parte nigricat, atq; durum penéq; cartilagineum, interna leviter hirſutum, rugisq; qvaſi qvibusdam ſcabris videtur, ad cujus operimēti fundum, Uterus colore albicans, inſtar muliebris pudendi cernitur.

Planis & rimoſis locis Ova ſua deponunt, qvæ qvidem ova durant hyeme in terra; Æſtate ineunte proveniunt ex fœtu anni ſuperioris Locuſtæ.

Univerſæ autem loco eodem fœtum deponunt, ita ut qvaſi favus eſſe videatur: hinc Vermiculi ſpeciem ovi gerentes oriuntur, qvi terreni, qvadam prætenui tanqvā membranula ambiuntur, qva diſſecta emergunt Locuſtæ atq, evolant: qvarum tam mollis fœtura eſt, ut ad tactū leviſſimum dilabatur & pereat.

Nec ſummæ telluri partus committitur, ſed pauló altiús. Concoctione peracta exeunt ex terreno illo amiculo migrantes, & parvæ Locuſtæ evadunt.

Differunt varié,

Quantitate. Qvædam ſunt magnæ, aliæ parvæ, ut Ἀττέλαβος, πάρνωψ. Brucus *Hermolai*, Minima omnium pennis carens.

Qualitate, Colore, Aliæ totæ virent, qvædam flavæ, nonnullæ nigricant, aliæ deniq; variæ ſunt.

Effectu. Aliæ portentoſæ, ut μάντις, id eſt, Vates qvæ viret, & plerunq; famem portendit.

Aliæ

Aliæ non item.

Motu. Qvædam ut Ἄπτεροι, *Dioſc.* ſeu ὄνος.

Qvædam agiliores.

Nocent Locuſtæ morſu & uredine. Segetes morſu perdunt non ſolúm, ſed & prata, hortos, vineas, & qvicqvid in agris viret. Contactu veró terram urunt, tum ſalivâ luteâ, bilioſa & acri, qvam multam ex ore rodentes fundunt: tum etiam excremento, qvod ex alvo mittunt.

Odoris ſuffitu Locuſtæ urinæ difficultates adjuvāt, præſertim quæ feminas malé habent. Qvidam appenſas collo, Hominem á Qvartana liberare tradunt.

Marcellus Virgilius, de Locuſtis ita prodit. Variavit admirabili artificio Locuſtas Natura. Qvis enim tot primúm in eodem corpore colores facilé deſcripſerit? Qvis tam diverſas Corporum formas? Qvis ingreſſus, ſaltus, volatus earum? Sunt enim qvæ virides, qvæ nigræ, qvæ liventes, qvæ aliqva parte hunc, aliqva illum colorem oſtendant. Sunt qvæ volantes tantúm, latentem antea colorem aliqvem proferant. Sunt qvæ ſimplicibus, qvæ pluribus alis volent; qvæ alis carentes ſaltent; qvæ utroq; hoc modo privatæ ingrediantur tantúm. Sunt qvæ longioribus, qvæ brevioribus Cruribus ſint: & in his pluribus brevioribusq́; & paucioribus longioribúsqve internodiis. Sunt qvæ canant, qvæ mutæ ſint: qvæ per diem, qvæ in tenebris tantúm audiantur. Sunt qvæ nihil homini in re ruſtica noceant, innocentésqve á Pueris ſe capi patiantur. Sunt contrá qvæ peſtem & calamitatē Satorum omnium totis regionibus afferant, utq́; plura ſunt in Natura genera, ſic etiam pené infinita Veteribus earum nomina fuerunt.

Lumbrici terræ.

γῆς ἔντερα, *Dioſcor.*

Lumbrici terreſtres,

Vermes terræ,

Oniſculi.

Regenwürme / Erdwürme.

Kuſwürme/

Pieren/ Pierwürme.

Vermes nulli non noti, ſunt longi, teretes, rubentes, qvi tempeſtate pluviæ procedunt é terræ latibulis. Vermis habent naturam, Corpus veró Angvillarum. Ita ingrediuntur, ut præcedenti parte priore, qvod reliqvum eſt Corporis ad illam contrahant, atqve hoc pacto ex uno loco in alium feruntur. Oculis ſunt orbi.

Differunt colore, dum alii ſubalbidi, alii lividi, alii ſangvinei ſunt coloris.

Tota hyeme ſub terra latent, qva etiam in cibo fruuntur, & ex qva generantur. Vere é terra prodeunt, Avium qvarundam & Piſcium cibus: ob id á Piſcatoribus tanqvam illicium hamulis appenduntur.

Temperatæ ſunt inter frigus & calorem adurentem qvalitatis.

Egregié movent urinas, provocant ſudores, aperiunt & reſerant obſtructiones Hepatis: unde Ictericis & Hydropicis utiliter propinantur. Mirabiliter omnium partium Corporis, maximé veró Nervorum dolores ſedant: ob id in Apoplexia, Spaſmo, Paralyſi non inutiliter adhibétur, Lac Mulieribus augent. Medentur morſui Animalium venenatorum, maximé Canis rabidi.

Aurium affectibus cum axungia Anſerina auxilio ſunt. Apponuntur vivi Panaritio. Gravidis ſecundas pellunt in paſſo poti.

Dracontios ſeu Comedones peculiari vi & efficacia excutiunt, *Wiero* ſuffragante.

Cinis Dentium cavernis immiſſus, illos absq; ferro & machinulis eradicat.

Capillo qvinetiam gignendo & augendo ſunt idonei.

Struuntur ex his Olea, Ungventa, & Emplaſtra Anodyna, ad Rupturas, Contuſiones, Arthritidem & Nervorum reſolutiones.

Lumbrici Inteſtinorum.

Ἑλμινθες Græcis.

Lumbrici *Celſ.*

Vermes Inteſtinorum,

Würme.

Sunt Vermes, qvi naſcuntur in Animantibus, *præcipué* veró in Hominum Inteſtinis.

Cauſſa horum eſt humor crudus, qvi corruptionis initium

tium in ventriculo crudus, mox in Inteſtina delabitur, in qvibus præter ſolitum retentus, accedente putredinali colore computreſcit.

Plures horum obſervantur differentiæ.

1. rotundi in longitudinem tereces *Celſi.*

Ελμινθες ςρογγύλαι.
Colubræ cœcæ.

Runde lange Würme/
Spul Würme.

In Inteſtinis gracilioribus & ſuperioribus plerunq; gignuntur, etſi áſcendant & deſcendant. Ventriculum aliqvando ſubeunt, & per os aut Nares rejiciuntur.

Novi feminam Ruſticam in vicinia, cui ante qvinqvennium Lumbrici longi teretes, palmares & longiores, noveni, per intervalla, aliqvot dierum ſpacio, inter Ilia & Umbilicum, dextra Abdominis parte ſponté ex ventre prorupère, ulcuſculo ſuapte natura iterum coaleſcente.

2. latiuſculi in longitudinem ταινίαι á faſciis, qvód faſciarum inſtar ſint longi & lati. Lumbrici longiſſimi.

Schnur Würme.

Horum longitudo ſæpé incredibilis reperitur, latitudine differunt. Anno 1602. Lanio qvidam Hirsbergenſis Tertiana notha diuturna correptus, & ſæpé recidivas paſſus, cum ventris torminibus, tandem Morbo declinante, ex hauſtu pharmaci abſtergentis & aperientis, Vermem latiuſculum, duodecim cubitorum longitudine per alvum excrevit, caudâ ſpithamalis longitudinis, in capilli feré tenuitatem gracileſcente: Qvo egreſſo mox iterum convaluit.

3. lati.

Ελμινθες πλατεῖαι
κηρίαι.

Lumbrici Cucurbitini.
Dicke Würme/
Kürbes Würme.

Lati ſunt & breves, Cucurbitarum ſeminibus non diſſimiles. In Colo naſcuntur.

4. exigui ſunt, vermibus Caſei ſimiles. De qvibus vide Aſcarides.

5. Ali-

5. Aliqvando in vulnere aut ulcere vermiculi naſcuntur, qvi á Græcis peculiari nomine Ευλαὶ nominantur,

Vermes ſæpé graviſſima ſymptomata inducunt, Morſus, roſiones, nauſeam, faſtidium, Alvi fluorem, febres, famem, vomitum, ſyncopen, Convulſiones, Spaſmū, Vertiginem, Somnum turbulentum, vociferationes in ſomno pruritum Narium, tuſſim aridam, ſingultum, ſitim, &c.

Reſiſtunt Lumbricis acria, amara, ſiccantia, qvæ vias lubricant, & qvæ á proprietate eos excludunt, ut

Unicornu,
Raſura Cornu Cervi,
Scammonium,
Aloe, Myrrha,
Rhabarbarum, Gentiana,
Abſinthiū, Centaur. min9.
Card. Benedictus,
Amygdala amara,
Lupini, Zedoaria,
Sem. Citrii, Tanaceti,
Plantaginis
Xantonicum
Portulacæ.

Theriaca, Mithridatum,
Theriaca Diateſſaron,
Aq. Graminis, Plantag. Portulacæ.
Fel taurinum,
Ol. Abſinthii, Rutaceum, Tanaceti.

Midas.

Μίδας, *Theoph.*
Τρῶξ.
Bohnenwurm/
Bohnen würmle.

Vermiculus in Fabis natus, eas erodens & conſumens, ex Tinearum genere.

Mordella.

Οςροδάκνη, *Ariſt.*
Ein Eyter Fliege/
Blatterbeiſſer.

Inſectum volucre, ex Muſcarum genere, ore largo & propé denticulato, puſtulas Puerorum appetens.

Muſca.

Μυῖα, *Ariſtot.*
δάπ]κ.
Eine Fliege.

Inſectum volatile, bipenne, plusqvám notiſſimum, ad cibum alienum volans, unde ægré abigi poteſt. Lingvam ſeu promuſcidem habet fiſtuloſam prominentem, qvâ guſtat & cibum ſimul attrahit;

Pedes

Pedes ſenos, Oculos duros, eosq; hebetes.

Coëunt Muſcæ, ut alia Inſecta, & generant, verùm non animal ſui generis, ſed vermiculum. Noq; ab Animalibus ipſæ generantur, ſed ex vermiculis, ex ſorde humida aut ſicca putreſcente genitis.

Ubivis reperiuntur, Junio utplurimum, circa Vinum uberrimus earum proventus, qvæ integra æſtate cùm Homini tum armentis morſu infeſtæ ſunt.

Impudentiſſimæ ſunt, nec contentæ immorari in ædibus & conclaviis, ſed menſas advolant, & qvoscunq; cibos appetere ſolent.

Fungis Muſcariis dictis, lacte ſeu Melle pertritis, facilé enecantur, ſi eos guſtaverint.

Hyeme occultantur tanqvam mortuæ in tepidioribus ædium aut turrium locis, qvæ tandem Sole recurrente iterum reviviſcunt, in cibum Hirundinum aliarumq; Avicularum.

AqvaMuſcarum ſtillatitia, in Oculorum affectibus prædicatur. Muſcarum Capita trita illita Alopeciis medétur.

Ælianus hiſt. anim. lib. 2. c. 29. Muſca etſi ad omnia audax exiſtit, ſi tamen in aqva decidat, cùm natare neſciat, nec ſe valeat á ſubmerſione ſervare, exanimatur, ſi ſic eam humore exanimatam extrahas, atq; in cinere condas, ad priſtinam vitam reviviſcit.

Muſcæ differunt magnitudine, forma & colore.

Muſca Inſectoria.

Μυῖαι ϛρατιωτίδες *Lucan.*
Muſca grandior cærulea
Muſca militaris.
Eine Schmeiß Fliege.

Vulgari eſt major, ex cæruleo nigricans, magna bombilatione ſtrepens, & ingratum ſuſurrum edens.

Carnes qvascunq; attigerit, continuó emiſſa alvi proluvie contaminat, unde vermiculi naſcuntur, qvi vulgó Maden appellantur,

Muſca viridis.

Eine grüne Fliege.

Vulgari forma & magnitudine ſimilis, præter colorem, qvi Smaragdi viret more.

Muſca verſicolor.

Eine ſchöne bundte Fliege.

Venter paulò oblongior. Ocelli nigricant. Caput & pectus inſtar Smaragdi virent, Alvus Hyacinthi radiat fulgore. Cruſcula virent ſimiliter, Alis qvaternis fuſcis.

Muſca Ligniperda.

Eine Holtz-Fliege/
Bor-Fliege.

Gracili eſt corpore, capite majuſculo, antennis binis, colore Rubini pulcerrimo.

Arbores & ligna perforat.

Muſca grandior oculata.

Perla Italis, *Vlyſ. Aldrov.*
Ein Pfaffe/
Wildpferd/
Camel/
Waſſermann/
Weib/
Waſſerpfaw.

Inſectum eſt volatile, qvadripenne, ex grandiorum Muſcarum genere. Caput ei grandiuſculum rotundum, inſtar ſpeculi lucidum, oculis utrinq; protuberantibus maximis, pectore craſſo & brevi, Alvo admodum procera & gracili, cujus extremitas in bifurcatum mucronem deſinit. Pedes hirtiuſculi qvatuor. Alis volat qvatuor longis, robuſtis, fibroſis.

Æſtate ſicca Cœli conſtitutione in montibus, pratis, ad aqvas partim ſolitariæ ut plurimùm gregales cernuntur. Celerrimè volant, & arborum ac fruticum cacuminibus inſidentes nonnunqvam qvieſcunt.

Coeunt ut Muſcæ, fæmina Mare inſidente, & membrum feminæ ſurſum immittentis recipiente.

Magna harum apud nos varietas, qvæ partim figura, partim magnitudine, partim colore diſcernuntur.

1. Muſca grandior oculata Verſicolor.

Pavo aqvaticus. *Ioh. Bauli.*
Perla 6. ſpecioſa & elegans. *Vlyſ. Aldrov.*
Eine bundte PfawFliege.

Maxima eſt, & omnium pulcerrima, colorum emblemate variegata. Caput & Pectus virent ex flavedine, lineis obſcurè rubentibus intermixtis. Oculi Mylii *grani* magnitudine protuberant glauci. Alvus annulis partim cæruleis, partim virentibus & ſubflavis, (linea per medium ejus dorſum excurrente *nigri*

coloris

coloris, alternatim diſtingvitur. Pinnæ in extrema alvo viſuntur duæ latiuſculæ, inter qvas Cauda acuta prominet. Alas habet qvaternas maximas & longas, & Crura qvatuor breviuſcula, in extremo internodio ſerrata.

Rarior eſt cæteris, & montoſis locis ſecus abietes & Pinaſtros, æſtate ſaltando qvaſi oberrat, ſtridorem in volatu edens.

2. Eiusdem feré eſt magnitudinis. Caput, Pectus, Alarum pars juxta exortum cum pedibus, ferruginei ſunt coloris. Venter craſſior pronus flaveſcit, Dorſum cæruleum, ut & Alarum reliqva pars, ſed dilutiús.

3. Tota ferruginei coloris, alvo minús procera, circulis nigris interciſa.

4. Tota flava, alis cinereis.

5. Ex viridi cærulea.

Perla aqvatica 3. *Vlyſ. Ald.*

Ein Waſſerweib.

Hæc toto Corpore, Capite, pectore & ventre, qvi gracilimꝰ ex cæruleo vireſcit. præter oculos grandiores, & pedes hirtiuſculos, qvi nigricant. Alæ primúm ſubvirent ex flavedine, deinde cæruleæ ſunt. Freqventer ad aqvas juxta Alnos oberrat.

6. Viridis.

Perla minima viridis.

Ein Grüne PfawFliege.

Omnium eſt minima, tota viridis. Capitulum diluté viret. Ocelli veró luteo admixto, Alvus intenſiús. Antennæ tenuiſſ. & longiſſ. juxta Oculos prominent. Alæ virides aureo fulgore micant.

7. ſubrubei coloris.

Eine rote PfawFliege.

Muſca caudata.

Eine SchwantzFliege.

Major eſt Muſca, coloris cinerei, Ventre gracili longiore, é qvo cauda bifida Capillaris longiſſima enaſcitur.

Papilio.

ψύχη, ἀπὸ τῆς ψυχῆς, á ſpiritu, ſeu flatu.

ψάλυξ, σητοδόκης.

Ein Zwieſpalter/
Pfeiffholter.
Wolckendieb/ } Pueris Sileſiæ.
Sommervogel.

Vermiculus, aut potius Inſectum alatum, alis prælongis latis, imbecillis omnino generis, varios colores ementiens

Alas habet membranoſas ſiccas, qvaternas, ac tangenti qvaſi cinere aſperſas. Ante Oculos prætenduntur antennæ, ſeu cornicula ignava longiuſcula.

Erucæ auctæ, motu ceſſant, ſuaq; forma immutantur tantiſper, Chryſalides, qvaſi Aurelias dixeris. Longo póſt tempore putamine obrupto, evolant inde animalia pennata, qvæ Papilliones vocamus. Hi grandiores facti, Auguſto menſe ovis partim albidis, partim flaventibus Braſſicæ folia plerunq; conſpurcant, ex qvibus intra paucos dies Erucarum turba enaſcitur, peſtis & pernicies Hortorum, qvæ niſi legantur & cōburantur, aut aqva immergantur, integros hortos Braſſica conſitos, nec non arbores vicinas, depopulantur, ſolis relictis ſtipitibus.

Horum á magnitudine, & colore multiplex inſurgit differentia

Alii ſunt maximi, alii parvuli.

Quidam candidi qvâſi farina aſperſi, Weiſſe zwieſpalter.

Lacteoli, á Lactis colore, unde vulgó Molckendiebe nuncupantur. Hi omnium freqventiſſimi, etiam pueris noti.

Lutei coloris.

Alius Leucomelanos.

Oculatus, πολυόφθαλμος, *Vlr. Aldror.* ob maculàs freqventes in alis, qvæ oculorum faciem repreſentant. Ein Geſpiegelter Zwieſpalter.

Niger, Veſpertilioneus. Totus niger, hirſutus eſt, Veſpertilionem Corpore referens. Alæ nigricant, maculis rubris reſperſæ, pedes qvatuor.

Ferrugineus.

Eyſenmáhlichter Zwiſpalter.

Triticiarius ſeu frumentarius, ex Curculione natus.

Coëunt Papiliones Julio & Auguſto utplurimúm, clunibus conjunctis. Ova pariunt vel lutea aut cādida, qvæ foliis Braſſicæ aliarūq; plantarum aſperguntur, ex qvibus Erucæ gignuntur.

Papilio ignavus.

πυραλὶς, *Had. Iun.*

ἠπίολος, *Ariſtot.*

κανδηλοσβέστης. φάλαινα, *Nicand.*

Papilio inhonoratus, Ignaria, *Gaz.*

Blatta

Blatta lucernaria, lucifuga.
Zwiſfalter/ der des nachts umb- fleugt.

Papilio minutus qvidam, qvi lucernarum luminibus advolat, ſeq; exurit, coloris cinerei ſeu obſcuri.

Apibus infeſtus eſt, favos ſuo ſtercore conſpurcat, ex qvo dein tineæ naſcuntur.

Pediculi, á pedibus

φθεῖρες ἀπὸ τοῦ φθείρειν ab humorum corruptione.
χάθρακες, Pedunculi, *Plin.*
Leuſe.

Vermes in Capite & Corpore Hominis, cæterisq; Animalibus, ex humidis & correptis vaporibus intercutaneis, per poros cutis reſudantibus, generati.

Pueris magis, Viris minús, feminis freqventiores ſunt, Avibus etiam, ut Phaſionis, Anſeribus, cæterisqve Avibus communes; imó vix ullum animal, qvod á Pediculis ſit immune.

1. Pediculi communes.

Εγκαρες, *Euſtath.*
Heimbtleuſe.
Pediculi ſunt, qvi in Capite generantur, & inter pilos ſtabulantur. Gignuntur in viventium Hominum capillo, non in ſuperficie, ubi furfures conſiſtunt; ſed in profunda Cute, ex humoribus qvibusdam calidioribus qvidem & excrementiis, ſed qvæ minús acres ſint,

2. Pediculi ferales.

φθεῖρες ἄγριοι,
Pediculi feri; Ingvinales.
Peſſulatæ, *Gordon:*
Piattoli. Plattulæ,
Morpiones,
Filtzleuſe.

Lati ſunt, in Pectine, axillis, palpebris, barba pronati. Pedibus carent, & permanent infixi, atq; á Cute non facilé detrahuntur; duriores communibus, & vehementer morſibus ſæviunt.

3. Obambulatorii.

Haderleuſe.
Pediculi ſunt, qvi obambulant, & plures habent pedes. Gignuntur in veſtimentis.

Ex pellibus ab ovibus mortuis, aut Lupo occiſis Veſtes factæ, facilé pediculos procreant,

4. Lentes.

á lædendo.

Κόνιδες,

Nieſſe/Lienſe.

Valde parvi ſunt, aſpergi-nis inſtar, capillitio pertina-ciſſimé inhærent. Caput in-feſtant, humanum præſertim.

5. Cyrones.

Scirrones,

Acari, Pedicelli,

Pellicelli, Plactulæ.

Lieſſen/

Syren,

Omnium Inſectorum mi-nimum, Cyrenes nunqvam erumpunt extrá, ſed ſemper intra Cutim & Cuticulam la-titant, & rodunt. Generan-tur per viam putrefactionis extra cutim. Subter cuticu-lam erodunt, & agunt Cuni-culos in pruriginoſis mani-bus.

Pediculi á Ruſticis contra Icteritiam devorantur. Im-miſſi foramini virgæ, Dyſu-riam tollunt.

Pediculi ut fugandi.

Victus ratio ſit bona, Cibus & Potus boni ſucci; Exerciti-um conveniens:, Corpus ſer-vetur mundum, & á pravis humoribus liberetur conve-nientibus purgantibus; dein-de pravi humores Cuti impa-cti tollantur, & mala Corpo-ris temperies corrigatur.

Theriaca, Cornu Cervi.

Abſinthium, Centaurium minus, Ledum noſtrate, Ruta, Abrotanum, Helleborus, *Sta-phis agria*, Lupini, Argentum vivum cum axungia porcina, Nitrum, Sal, Aqva marina &c.

Pulex.

ἡ ψύλλα *Ariſt.*

Pulex, qvod *ex pulvere* naſcatur.

Ein Floh/

Flog.

Vermis ſeu beſtiola minu-tiſſima, nigra, mordax & pun-gens, feminis nota, & plus-qvám moleſta.

Generantur ex minima qvadam putredine, ex putre-ſcente humido & ſicco ſec. *A-riſtot.* *Aluntur omnes vivo* humore, & multiplicantur per ovationem.

Saliunt potiús qvám vo-lant. Auguſto menſe ad-modúm moleſti ſunt. Noctu magis qvám die torqvent. Adhibita manu *celeriter fu-giunt.*

Tempore frigido pigreſ-cunt, vel omninó deficiunt, calido veró æſtivoq; maximé urgent, & infeſti ſunt.

In

In duas partes diviſi revi-viſcunt. Pulices fugantur, ſi Abſinthio omni veſpera Corpus fricetur, vel oleo ejus illinatur.

Pulicaria herba, ſeu frondes Alni Rore madentes, in cubiculum projectæ, eas excutiunt.

Vidi Pulicem catenula artificioſé alligatum: qvod & Leonius de Rebus Africanis confirmat, his verbis: Pulex qvanqvam exiguum ſit animal, in Memphi tamen urbe compertus eſt Aurifex, qvi aurea catenula Pulicem alligavit, fuitq; ob eam induſtriam donatus magnis præmiis.

Pulex terreſtris.

Ein Erdfloh/

Vulgari Pulici ſimilis, & ex ſordibus aridis prognaſcitur.

Vere primo Braſſicas tenellas arrodit, aliaq; terræ naſcentia depopulatur, Hortulanis inviſus.

Enecatur Calce, Cineribus, Abſinthii decocto &c.

Pulex aqvaticus.

Ein Waſſer Floh.

Inſectum paluſtre nigrum, Pulice pauló majus, ſupra aqvas potiſſimúm ſtantes velociſſimo motu cietur.

Degunt gregatim invicem colludentes.

Pygolampis.

Pygolampis aqvatica.

Nitedula paluſtris, Cantharis aqvatica.

Ein Gleißling/Sil.

Waſſer Käferlin.

Magnitudine & forma Cimicem refert. Cruſcula ſena habet ſubrufa. Vaginæ é nigro virides præſertim ad Solem, & ſplendentes alas gerit, ſed non totas: ad Caudam enim Alarum extremitas prominet, qvæ cúm in aqva celeriter fertur ut ſolet, mirabili candore ſplendoreq; conſpicuâ argentum vivum qvodammodó refert.

In paludibus & foſſis huc illuc mira celeritate ſeſe trajicit, in ſuperficie & profundo.

Cibus Merulis aqvaticis, Glareolis, Motacillæ, Vanello & Pardalis gratus.

Ricinus.

Κρότων,

Κυνοραίστης.

Engula *Quib.*

Redivivus *Gaz.*

Reduvius.

Ein Holtzbock/*vulgo.*

Hundsfloh/Hundslaus/

Hunds Wurm.

Animal-

Animalculum eſt lividum, & fœdum, Bobus, Suibus, Capris, Ovibus atq; Canibus infeſtiſſimum, æſtivo tempore, aculeo totoq; Capite infixo adhæret, nec priùs decidit, qvám ſangvine ſaturatus.

Oritur ex Animalis excrementis, non é ſuo genere. Nam ubi Rionus ſangvine ſatur eſt, qvod exitum non habeat, rumpendo moritur, & nihil procreat.

Ricini ſangvis é cane evulſi Pſilothrum eſt, & ignes ſacros reſtingvit. *Plinius.*

Scarabæus.

Κάνθαρος qvaſi καθαρός qvód valdé ſit impurus & ſordidus.

Cantherius,
Ein Käfer/
Keiſer.

Inſecti genus, teneras habens pennas, ob id cruſta ſupervenientc tectas. Plinius Scarabæi nomine omne genus Inſectorum complecti videtur, qvod cruſta tegitur, qvod vaginipenne eſt.

Varia ejus genera. Alii ſunt magni, alii parvi: Cornuti, absq; Cornibus: Nigri, cinerei, lutei, rubentes, cærulei, miniati, virides, varii coloris. Nutriuntur Scarabæi ligneis aridis, frumento & jumentorum excrementis.

Scarabæus cornutus.

Κάραβος.
Scarabæus bicornis.
Scarabæus Lucanus *Nigid.*
Scarabæus cervus,
Scarabelaphus *Cardani.*
Taurus, Fullo *Gez.*
Cervus volans *Lonic.*
Ein gehörnter Käfer/
Schröter *vulgó.*

Scarabæus eſt omnium maximus, terreſtris, longitudine qvinq; vel ſex digitorum. Caput qvadratum cum Thorace obſcuré rubent, ut & venter Inferior. Alarum vaginæ caſtanei ſunc coloris. Cornua gerit pulcré rubentia inſtar vitri ſplendentia, ramoſa, dentata. Oculi ad latera prominent bini, ex fuſco rubei. Inter qvos & Cornua, ad latera exeunt duo parva Cornicula, veluti antennæ. Roſtellum acutum, promuſcide, flaventi lanugine hirta donatur, ad qvod appendiculæ utrinq, binæ. Pedibus incedit ſenis, cum ſplendore nigricantibus, qvorum extrema genicula inſtar ſerræ aſpera viden-

videntur, apiculis extremis inſtar hamuli aduncis.

Cornua in cacumine comprimit, ut Cancri ſuas chelas.

Gignitur partim ex lignis aridis, maximé Qvercus aut Roboris; partim per coitum propagatur.

In ſylvis, Qvercetis Majo & Æſtate reperitur.

Abſciſſo capite, ſeorſum Caput, ac ſeorſum Corpus utrumq; vivit, Caput tamen diutiùs.

Oleo inunctus Auri inſtillatur, ejus dolorem excutiens.

Cornua Infantibus remedii vice ex Collo ſuſpenduntur, ad eorum urinam cohibendam.

Scarabæus pilularius.

Κοπρίων Hipp.

Κάνθαρος Vlyſſ. Aldr.

Scarabæus ſtercorum.

ἡλιοκάνθαρος.

Scarabæus ſolaris.

Ein Roß Käfer/
Pferd Käfer/
Miſt Käfer.

Corpus eſt ei compactum latum, ex cæruleo nigrore ſplendeſcens. Caput planum inferiús, & ſuperiús nonnihil arcuatum, multis eminentiis conſpicuis, é qvo ab utraq; parte duæ prominent antennæ breviuſculæ, ſed in fine in plurima tenuia filamenta diviſæ. Pedes anteriús ſunt ſerrati in fine.

Virilem ſexum tantúm habet; prolem tamen ſine femina gignit.

E fimo ingentes pilas pedibus averſo vultu volutat, parvosq; in iis, contra hyemis rigorem, vermiculos fœtus ſui reponit & recondit.

Ælianus lib. 9. b. 4. c. 16 In ſuo genere Scarabæorum ratio feminei ſexus qvód ſit expers, ideó in fimi pilam ſemen emittit, qvam octo & viginti dierum ſpacio & volutat & calefacit, deinde fœtum procreat.

Clemens Alex. Strom. lib. 5. Scarabæus cúm rotundam ex bubulo ſtercore effinxit figurā, eam vultu averſo convolvit; hoc animal ſex menſibus ſub terra, alteram autem partem anni vitam degit ſuper terram, & ſemen in globum emittit, & gignit, & non naſcitur femina Scarabæo. Ob id Ægyptii Scarabæum ſummoperé venerantur, animatam Solis effigiem eſſe putantes.

Scarabæus unctuoſus.

Scarabæus Majalis,
Cantharis unctuoſa,
Κάνθαρος στεατώδης

Ein Schmaltz Käfer/
Erd Käfer/
Meylander/
Meyling/
Meywurm.

Cantharus eſt craſſus, oblongior, mollis, Corpore ex obſcuro cæruleo ſplendido. Caput ei rotundum feré, juxta Oculos antennæ porriguntur, cōtinuis internodiis diſtinctæ. Iſthmo gracili Venter oblongior, in acutum deſinens & inciſuris refertus annectitur. Alæ integunt ſplendidæ convexæ, Pedes ſeni, extremitatibus bifidis ſeu triſulcis.

Majo & Junio paſſim in ſylvis, & ſecus vias obrepit.

Cúm in manus ſumitur, eas pingvi liqvore inficit ſubflavoq;.

Cantharidum naturā imitatur, urinam pellit, & unâ ſangvinem. Renibus & Veſicæ inimicus.

Agricolæ hunc Melle condire ſolent, adverſus Canis rabidi morſum, cujus venenum egregié expugnat.

Novi qvendam Nobilem virum, qvi eum cum Agrimonia & Plantagine minore pulveriz. ex vino rubro, á Cane rabido demorſis freqventer, non absq; felici ſucceſſu, propinare ſolet: at fortioribus & ruſticis, cum ſingulari cuſtodia. Vehementer enim Corpus exagitat, ſudores movet, & urinam cruentam prolicit.

Johannes Wierus Medicus doctiſs. pulverem præparatum iis, qvi á varis divexantur, ex Cereviſia offert.

Liqvor ad vulnera á Qvibuſdam expetitur.

Additur Emplaſtris commodé in Bubone & Carbunculo Peſtilentiali, ex ſignatura deſumto inditio. Circumforanei ſuis antidotis permiſcere ſolent.

Scarabæus rutilus major.

Scarabæus Saligneus,
Scarabęus rubeus prægrandis.

Ein Meyen Käfer/
Weiden Käfer.
Creutz Käfer.

Pilulario feré eſt ſimilis, ſed Corpore longiore & colore rubente, capite aliâs nigro, aliâs rubro.

Majo

Majo in Salicibus, Betula & Qvercu freqvens, qvarum folia tenella ſæpé tota arrodit & abſumit.

Scarabæus rutilus minor.

Scarabæolus rubeus,
Ein BrachKäferlin.

Priori forma ſimilis, ſed multó minor, & Junio freqvens.

Roſas & tenella arborum folia arrodit. Sturnorum & aliarum Avium cibus.

Scarabæus bufonius.

Μελολόνθη, Ariſt. Quib.
Μελολάνθη,
Χρυσίζουσα, Dalech.
Χρυσοκάνθαρος.

Galeruca, Scarabæus viridis, Vlyſ. Aldrov.
Ein KrottenKäfer/
GoldgrünKäfer.

Scarabæus eſt major, in acutum deſinens, coloris obſcuré virentis. Capitulum parvum nigricat, inſtar Cucurbitulæ rotundum, Oculi ad latera prominent nigricantes, ante qvos Cornicula duo nodoſa enaſcuntur. Appendiculæ item qvatuor juxta os, ex duobus denticulis acutis intrórſum ſe curvantibus confectum. Pectus qvadratum feré, inſtar Auri Muſici dicti colore rutilat. Alæ á Thorace ad extremum, lineis longis elevatis, inter qvas notæ longiuſculæ, inſigniuntur. Pedes habet ſex, poſteriores longiſſimos in extremo ſerratos. Prona pars ut Piſſaphaltum ſplendet, nigricantis coloris.

In terra iis locis, ubi Bubones freqventes ſunt, occurrit, qvibus cum coire vulgus opinatur.

Venenoſæ prorſus naturæ: Erodendi, exulcerandi, coloremq; excitandi naturam habet.

Scarabæoli piſtrinarii.

Μύλακοι,
Μυλακρίδες, μυλάκριαι, Heſych.
σίλφαι ἀρτοκοπείων. Dioſc.
MeelKäfer/
MülKäfer.

Scarabæoli ſunt longiuſculi, corniculis tenuiſſimis, pediculis ſenis, totis nigris, excepta parte prona, qvæ ex obſcuro rubeſcit.

Ex farina gignuntur humida, qva conſperſa interdum toti albicant. In Moletrinis & piſtrinis freqventes.

Digitized by Google

Scarabeolus Cadaverum.

Ein Aaskäferlin/ Aaswürmlin.

Inſectum minutiſſimum vaginipenne, nigrum, per dorſum alba transverſim inſignitum, in Cadaveribꝰ exiccatis, vel carnibus ſuffumigatis inveteratis naſcens. Qvód ſi tangatur digito, aut alia re, Pulicis inſtar ſubſilit.

Scinifices.

NachtMücken.

Muſcæ ſunt minutiſſimæ, aculeis moleſtæ. Pecudum anhelitum ſeqvuntur, & homines maximé dormientes aculeis ſuis pungunt acriter. Hinc Nobiles & delicati retia circa lectos expandunt, ut ab iis ſint immunes, & ſecuré dormiant.

Scolopendra terreſtris.

Σκολόπενδρα, Plin.

Οφιοκτόνη, Dioſc. qvód ictu ſerpentes interficiat.

Σκολοπία, Theoph.

Multipeda, Seps Nonn.

Julus Millepida, Quibusdam.

Ein Eiſſelwurm/ *vulgò* Nöſſel/ Naſſel/ Oſſel/ Langer Ohrwurm/ Ohrmittel.

Vermis eſt longiuſculus, planus, gracilis, trium aut iiij. digitorum longitudine, coloris ſublutei, pedibus innumeris utrinq; refertus, & antennis binis longiuſculis, Caudaqve bifida ornatus.

Multis pedibus arcuatim, contactúsqve ſe contrahit.

Invenitur in truncis Arborum, aut in lignis *ſupra* terram locatis, aut palis *terræ* infixis.

Diſſecta etiam in partes multo tempore vivit. Ictu tantúm, venenum relinqvit, cui medentur Sal cum aceto, Menthaſtrum, Anethum, Serpyllum, Cancrorum cinis. Scolopendra decocta & illita, Capillos evellit ſec. Dioſcor.

Seta aqvatica.

Vitulus aqvaticus,
Vermis aqvaticus,
Pilus paluſtris ab exilitate, qvód ut pilus exilis ſit.

Ein Waſſer Seite/ WaſſerKalb.

Inſectum paluſtre longum, inſtar Setæ tenuiſſimum, cubitalis longitudinis, ſetæ vel pilo caudæ Eqvinæ ſimilis.

Ex

Ex pilis Eqvinis poſitis in aqvis ſtagnantibus, vitam & ſpiritum concipientibus, naſci qvidam crediderunt.

Hauſta Homini tabem inducit, & cum cruciatu duro vitam exhaurit. Antidota ſunt Centauriũ minus, Gentiana, Ageratum, Gratiola, Allium.

Ante annus ſex civis qvidam Conſularis Fridebergæ ad Qvadum fluvium, De Colicis & Nephreticis doloribus ingentiſſimis conqveſtus, opera mea uſus, tandem filum cubitum j. ſ. longum, inſtar pili aut ſetæ per meatum urinarium extraxit magno cum dolore: ex eo ceſſantibus torminibus, pauló póſt iterum ſanitati priſtinæ fuit reſtitutus.

Spondylis.

σπονδύλη, Arriſtot.
Verticilla, Gaz.
Ein Wirtel Made/
Engerlin/ *vulgó.*

Vermis oblongus, digitum craſſus, ex Erucarum genere, Capitulo rubente, reliqvo Corpore ſubflavente, pediculis minutiſſimis antrorſum utrinq; ternis,

Si tangatur bacillo, in verticilli formam convolvitur.

Peſtis hortorum. In terra circa plantarum radices latet, qvas aliqvando totas arrodendo abſumit. Piſcatores ad ineſcandos piſces utuntur.

Sqvilla fluviatilis.

Gryllus fluviatilis.
paluſtris.
Eine Waſſer-Heime/
Waſſer Mühelme.

Inſectum eſt aqvaticum, tenuiſſima cruſtâ intectum, longiuſculum, Capite rotundo & compreſſo, Lentis liguminis inſtar. Oculi ad latera eminent bini. Cornicula trina longiuſcula, ſubfuſca prætenduntur, cúm totidem appendiculis. Thorax latior ex tribus tabellis conſtat pallidiuſculus, lineolis & punctis nigris varius, cui prona parte affinguntur pedes ſeni utrinq; terni, geniculis diſtincti. Ventrem longiorem teretem conſtituunt decem undecimvé annuli, punctulis & circulis nigris inſignes. Cauda gemino ſpiculo firmatur. Prona parte albet. In fluviis paſſim occurrit, Piſcium qvorundam cibus.

Digitized by Google

Tabanus.

Οἶστρος *Ariſt.* ab οἴω qvod eſt ferio.

Μύωψ, ἀπὸ μύιας & ὠπὸς qvód Muſcæ ſit ſimilis.

Aſilus,

Eine Bräme/
Roß-Bräme/
Roß-Fliege.

Magnitudo ei Crabronis feré, at Corpore obeſo & craſſiore. Caput nigrum, in cujus fronte antennæ duæ obſcuré rubentes porriguntur. Oculi conſpicui nulli. Præter aculeum in ore, viſuntur aliæ duæ appendiculæ, qvibus res oblatas fortiter apprehendit, Thorax ſuperior fuſcus, inferior cum facie flavente lanugine hirtus, ex qvo naſcuntur pedes ſex luteoli, nigricantibus extremis. Alvus obtuſa annuloſa nigricat, circulis luteolis & notis triangularibus in medio ſurſum porrectis inſignita. Alæ membraneæ ſunt, coloris fumigati.

Muſcarum majorum genus eſt Armentis infeſtum.

Pungit & infeſtat æſtu.

Virgilius.

Cui nomen Aſilo
Romanum eſt, Oeſtrum Graii vertére vocantes,
Aſper, acerba ſonans, qvo tota exterrita ſylvis
Diffugiunt armenta, fugit mugitibus æther
Concuſſus.

Teredo.

Τερηδὼν á terendō.

Eine Holtz-Made/

Vermiculus candidus minutus, ligna erodens & erumpens.

Teredinem ſentiunt omnes feré arbores, præter Laricem Evonymum & Xyloſteum.

Farina ſeu Caries ulceribus humidis & fluidis utiliter inſpergitur. Sine morſu exiccat.

Termes.

Termus,

Eine Fleiſch-Made.

Carni recenti innaſcuntur vermiculi candidi, æſtivo præſertim tempore, qvi deinde in Barbegias transmutantur.

Tinea.

Σὴπς *Theoph.*

Σίλφαι,

Τίλφαι,

Teredines

Teredines *Plin.*
Blattæ *Nonn.*
Schaben/ Motten/
NietMaden/in Alveariis.

Vermiculi ſunt albicantes minutiſſimi, veſtes, chartas, libros &c. erodentes.

Generantur ex putredine innata, vel ex Rore aëreo, aut Papilionis excrementis. Potiſſimùm in laneis veſtibus Martarorum, Pellibus Ovium á Lupo demorſarum, vel etiam mortuarum.

Tineæ infeſtant qvoq; Poma, Pyra, Radices, Caules plantarum qvarundam, fungos Cynosbati, Gallas, & favos Apum.

Tineas abigunt amara & odorifera, Folia Lauri, Cupreſſi, Abſinthium, Lavandulæ flores, Stechados Arabici, Roſmarinus, Botrys, Ledum Sileſiacum, Aſarum, Mentha græca, Scordium, Iris odorata, Mala Citria, Cydonia & ſimilia. Libri præcaventur, ſi aq. Aluminoſa aut Nitri abluta exiccentur.

Tineæ aqvaticæ.

Scrofulæ aqvaticæ.
Aſelli aqvatici.
Pediculi aqvatici.
WaſſerSchaben/
WaſſerMaden/
Scabyſen/ Gyzen.

Beſtiolæ ſunt fontium perparvæ, albicantes. Pedicellis nituntur continuis, per totius feré Corporis alvum. Ab ore etiam veluti pediculi prominent. Cauda oblonga in aculeum deſinit. Oculi ſunt perexilia puncta alba, cum centro nigro longé minutiſſimo.

In fontibus reperiuntur, ac puteis bonis & frigidis duntaxat, præſertim Martio ſeu Aprili. In aqva moventur & currunt, Corpore non recto & æqvali, ſed in alterum latus inclinato. Conglobari convolviq; qvaſi in arena ſolent.

Periculoſæ ſunt iis qvi hauſerunt, ita ut & in ſummum vitæ diſcrimen redigantur, tumorem in ventre excitant, nec non ſcrophulas, qvas á Regibus Anglorum & Gallorum ſolo contactu curari ajunt, pariunt.

His medentur Clyſteres emollientes & abſtergentes.
Vini potus copioſior.
Lac, Serum Lactis.

Butyrum

Digitized by Google

Butyrum, Oleum commune Amygdalinum.
Theriaca, Methridatium.
Theriaca Diateſſaron.
Polypodium Allium, &c.

Tipula aqvatica.

Tabula,
Aranea aqvatica *Alb. Mag.*
Tipulla,
Eine Waſſer Spinne.

Inſectum eſt parvum aqvaticum, leviſſimum, colore Aranei obſoleto, cætera Scarabæo ſimilior, corpore compreſſo. Capitulo minuto duæ forpiculæ adnatæ extrorſum reflexæ viam prætentant. Ocelli prominent bini, Pro alis ſunt membranulæ duæ tenuiores, qvas tegunt duriores fuſcæ. Cauda gemino ſpiculo ſed imbelli armatur. Per Ventris mediam longitudinem excurrit linea nigra, cum ſplendore, Cruſculis utrinq; ternis prioribus, brevioribus, poſteriorum ad Corpus proportione ſesqvialtera, mira celeritate aqvæ ſuperficiem ſicco pede permeat & trajicit, aç ſi terram ipſam obambularet.

Æſtate in paluſtribus & aqvis reſidibus occurrit.

Thrips.

θρὶψ, Σκώληξ *Theoph.*
Ein Holtz Wurm/
Holtz Mücke.

Inſectum Culici ſimile, qvod in lignis natum materiem, paulatim perforat & erodit, ſecundum illud:

Ipes, Ges atq; Tripes,
Ies, Sies Midasq; habent ſuos.
Ips vineas & Cornua,
Frumenta Cis, Trips arbores,
Is vitra, Sis velamina,
Fabas Midas arrodere ſolent:
Nil minus ſic & á qvibus
Iniqvam ferant gratiam,
Conſul, Magiſter & Parens,
Tutor, Patronus & Herus.

Trox.

Τρῶξ.

Vermis ex Tinearum genere, qvi Legumina arrodit.

Veſpa.

Σφὴξ *Ariſt.*
Eine Weſpe/
Gemeine Weſpe.
ζῶον ὅμοιον μελίσσῃ.

Veſpa

Veſpa major.

Eine groſſe Weſpe.

Inſectum eſt longiuſculum gracile Api feré ſimile, aculeatum, Capite longiore, roſtello, antennis ſupra Oculos nigricantibus. Thorax hirtiuſculus nigricat, juxta Alarum exortum maculis luteis conſperſus. Venter longior in acutum deſinit, & cum ſplendore flavet, qvem cingunt nigræ annulares lineæ, qvæ ſuperné notis qvibusdam triangularibus in medio Dorſum verſus, punctisq; ad latera ſimilis coloris diſtingvuntur. Cruſcula flava ſunt, aſperiuſcula extremitatibus. Alæ ferruginei coloris.

Veſpæ κηρία Veſparia, Veſpeta ſeu nidos ſuos in arboribus, & tectis figunt: nonnunqvam in Arboribus cavis aliqvando ſub terra nidificant, terram ut Formicæ egerentes. Cellis ſexangulis favos extruunt omnes, ut Apes, ſed ex materia corticea qvadam & araneoſâ, initio facto á radicum fibrillis, qvibus artificiosé nidum appendunt. Fœturam modo Apum inſtillant, ad latus Cellarum favi, & parietibus admovent. Verúm non in omnibus ineſt æqvalis fœtus, ſed aliis jam grandiuſculus, ut vel qveat volare, aliis in Nympha eſt, aliis adhuc in vermiculo. Μήτρα *Ariſt.* Matrix ſeu Dux, (femina Veſparum *Vl. Aldr.*) latior eſt, ponderoſior, craſſior & robuſtior qvám Veſpa, raró evolans, ſemper in Veſpario ſedet, effingens favos, & munere fungens cellario. Aculeum qvidem gerit, ſed non extringit, aut ferit, qvod aliqvoties effoſſo integro Veſpeto diligenter exploravi. Operariæ ſeu Opifices minores ſunt. Ætas annum non complet, ſed omnes hyeme invaleſcente moriuntur. Hyeme enim incipiente ſtupeſcunt, bruma autem nullæ omnino apparent.

Duces, ubi ſibi jam locum opportunum delegerunt, favos opere æſtivo confingunt, & Veſpeta ceu cellulas parvas σφηκονεις dictas conſtituunt, qvaternis foriculis aut propé, in qvibus Veſpæ non Matrices naſcuntur, qvæ cúm increverint, rurſus altera ampliora effingunt, qvorum item proles cúm creverit, alia faciunt, ita ut poſtremo Autumno plurima ampliſſi-

maq; Veſpeta condita habeantur, in qvibus Dux, qvæ Matrix vocata eſt, non inſuper Veſpas ſed Matrices jam procreat; qvæ qvidem ſupernè per ſumma Veſpeti, Vermium ſpecie, multó grandiora gignuntur, in cellulis continuatis qvatuor numero, aut pauló pluribus: alioqvi increſcendi ratio Ducibus eadem qvæ Veſpis eſt.

Temporibus ſiccis locisq; aſperis potiús oriuntur, & meliús proficiunt qvám humidis & pluvioſis. Cibum ex floribus & fructibus petunt. Cupedioſæ admodúm ſunt, & ad culinam, piſces, carnes putridas, & alias hujuſmodi delitias advolant.

Apibus admodúm moleſtæ ſunt. Cúm nec Ceram nec Mel fingant, hyemo pabuli defectu moriuntur. Singulari proprietate contra Qvartanam laudantur Veſpæ.

Veſpa minor.

Kleine Weſpe.

Tota eſt minor priori, Corpore graciliore, alvo mediocris longitudinis, qvæ flavo & nigro colore alternatim diſtingvitur, Pedes & antennæ longæ valdè tenues flaventes. Alæ coloris fumigati.

Nidum ad parietes, feneſtras & arbores ſuſpendunt, freqventiſſimæ in hiſce montanis.

Volvox.

Ἴξ, ἴψ *Plin.*

Volucra *Columel.*

Involvulus, Convolvulus.

Vermis eſt, qvi vites arrodit, gemmantiaq; vitium germina, ex Auſtrina Cœli conſtitutione, putreſcente in vitibus humore ſuperfluo, & excrementitio naſcitur.

Xylophthorus.

ξυλοφθόρος *Ariſt.*

Phryganium *Bell.* & *Geſn.* qvód phryganis ſeu thecis hæreat.

Ligniperda aqvatica *Vlyſſ. Aldrov.*

Tinea tunicas trahens *Plin.*

Ein Holtz Wurm/ Kårder/ Kårderle/

Vermis eſt oblongus ex Erucarum ſeu Tinearum genere, coloris cinerei, thecula oblonga feſtucacea incluſus. Caput, antennis duabus brevibus, & pedibus ſenis, putamine

mine ſuo exerit varium: reliqva pars, alvus nimirúm oblongus intús conditur, ſuprá infraq; cirris albicantibus hirſutus, qvibus thecæ ſuæ adeó tenaciter adhæret, ut vi evelli vix qveat. Hanc ſecum dum ambulat trahit.

In Chryſalidem abit ac tandem in papilionem, ut Erucæ qvædam. In putridis lignis, fluviis appoſitis aut immerſis naſcitur.

Piſcatores hos legunt, ad Piſces ineſcandos, qvos avidiſſimé appetunt.

Hæc de Inſectis obiter annotaſſe ſufficiant, qvorum ſingulas ſpecies ſi qvis enumerare ſe poſſe putet, operam luſerit; cúm ne verbis qvidem exprimi poſſint. Nondum enim inventus fuit, qvi Dei ſapientiam & potentiam ſatis unqvam pro dignitate admirari aut commemorare potuiſſet. Nusqvam ſané magis tota Natura eſt, qvám in minimis, nusqvam ſpectatius, qvám in Inſectis, Naturæ artificium eſt.

Pſalm. *148.* ℣. *7.* & *10.*

Laudate Jehovam Beſtiæ, & univerſa pecora, ſerpentes & volucres pennatæ, omnes Cete & omnes abyſſi.

Pſalm. *150.* ℣. *5.*

Omnis Spiritus laudet Dominum cui ſoli laus & gloria in ſeculum.

Digitized by Google

Chartâ nonâ, qvæ notata eſt literâ I. paginæ 69. & 70. interſerenda hæc integra pagina eſt, qvæ Syllabothecæ per incuriam inter exputandum omiſſa erat:

Præſtantiſſimus & ſvaviſs. in cibo, Stomacho minimé noxius, aliisq; omnibus caſeis concoctu tranſituq; facilior, ſuccum non habens vitioſum, neq; uſq; adeó craſſum, *Gal. 3. alim. facult.*

Bojemi addere ſolent butyrum & aromatibus condiunt, ſacculisq; teretibus oblongis recondunt, vulgó Smettas vocant, ſaporis qvidem non ingrati; at minus ſalubres.

Serum Lactis ὀῤῥὸς γάλακτος *Dioſc.*

Ὀρόγαλα *Heſych.* Molcken *Sil.* Käſewaſſer.

Lactis eſt aqvoſa ſubſtantia, qvæ á Mulierculis, dum Caſeos parant, ex lacte ſeparatur.

Edulium Pauperum, qvibus res anguſta domi.

Calefacit & ſiccat primo ad 2dm. gradû. Attenuat, abluit, abſtergit, & nitroſa facultate alvum absq; aliqva mordacitate (addito Melle & ſale) tenuiter ſubducit. Bilem utramq; ab exuſtis humoribus genitam dejicit. Unde confert Maniacis & Melancholicis, præſtat ad viſcerum infarctus, & Morbis inde provenientibus opitulatur: nonnunqvam aqva intercute laborantibus, felle ſuffuſis & Lienoſis. Datur utiliter febrientibus ex bile, & viſcerum ac vaſorum obſtructionibus. Competit etiamnum vitiis in cute á bile & peruſtis humoribus. emergentibus. Qvare Lichenib⁹, vitiliginib⁹, Alphis, Pſoris, Leprisq; admodúm convenit. Comitialibus qvoq; & iis, qvi ob potentis vini largiorem potum malé habent, auxilium præſtat.

Fimus Bovis, Stercus bubulum. Lætamen,

βολιτώρ, ὄνθος βόος, βολβιτὸν,

Kühmiſt/ Kühfladen. Kühdreck.

Exiccantis, attrahentis eſt facultatis & digerentis, ſi paleis veſcantur. Vnde aqva intercute laborantibus illinitur. Recens dum viridi herba paſcuntur, vulnerũ inflammationes mitigat, Podagras lenit, Coxendicis cruciatus fotu cõpeſcit. Illit⁹ ex aceto, duritias, Panos & ſtrumas diſcutit. Apum Veſpárũq; morſus juvat.

Sequitur Hoc circum &c.

Errata graviora ſic reponite.

In præfatione pag. 3. l. 10. lege ſopore : p.6.l. 1.ſingularum: p. 9. l.3.ſenſi p. 2, columna b. linea 4. habuerunt: p.4.c.b. l.29.Caraſos: p.6.c.a.l.20. Aper: p.7.c. b.l.27.Taxus:p.12.c.a.l.durius Adipe : p.15. c.a.l.17.Cani: Ex pluribus compactis: p. 18. c.b.l.12.ſuperius : p.19.c.a.l.17. πλᾶκτρον:p. 20.c.b.l.27. Anſeri: p.21.c. a. l. 10. σήραγγες: c.b.l.25.elicitur, l.ult. inter femina: p.22.c.a.l.22.Exta.c.b.l.25. cartilaginis: p. 23.c. a.l.15. abundantiore:c. b.l.4.Diaphragma : p. 24.c.a.l.1. Veſicula: p. 34. c. a. l. 7. providit: p. 35. c b.l. 9. Carnes.p.39.c.a.l.29. paratur oleum: p.41.c.a.l.14.Brutis:p.48.c.a. l. 22.fronte. c.b. l.19. Cornigeris, l. 20.Hæc: p.50. c.a.l.17. acris.p. 52.c.a.l.3.inſerviunt: p. 53. c.a.l. 12.Biſons: p. 58. c.b.l.20.fit: p.62. c.b.l. 15.Hodie: p. 63. c.a.l.4. Myrtino: p. 66. c.a. l. 23. Laureola. p.67.c.b.l.20.devoratum.p.68. c.b.l.5.Fiunt hic Caſei: p. 69.c.b.l. 35. Garveos: p.72.c.a.l.12.Lanii qvidam imperiti: p. 78. c. b. l. 33. excrementitium: p. 82. c.a.l.17. ἐλάφειον κέρας 92.c.a.l.10.Hunc : 93.c.a.l.4.Hippomanes, 94.c.b.l.31.Bartham: 95.c.a.l.24.Convulſis utilis:c.b.l.penull. Cachecticis& l. ult.Nephreticis: 97.c.b.l.28. inimica: 107. c.b.l.16. extincti: 116.c.b.l.6. Eine Haſel Maus vulgó. Ein Wald Maus: 117.c.a.l.12. longos: 121.c.a.l.20.albido: 127. c.a.l.17.laté, c.b.l.27 qvæ: 131.c.b.l.1.Nares nigræ: l.23.Limax domiporta Ciceroni: 143.c.a l.8. uncis: 144.c.b.l.1.nuda Plin.Cochlea teſta ſeu domuncula carens. Limax rufa ſeu fuſca. l. 11. Oblongæ ſunt. Cornicula é capite exeunt qvatuor, qvibus iter prætendunt. 145.c.a.l.4. Limacius lapis, Oſſiculum Limacum Plin. Schneckenſtein. In Capite Limacis qvidam generari arbitrantur lapidem ſubalbidum & modicé tranſparentem, nonnihil compreſſum. Adverſus Tertianas fébres adalligatur, & Capitis dolori remedio eſt : 146. c.b.l. ult. Gillius: 147. c.b.l. 26. Acrochordonas: 148. c.a.l. 15. fuſcus c.b.l.12.exuit. 150.c a.l. 2.aſperitate. l. 3. ἔχιν: 153. c a.l. 15. διοπετῆ: 155. c.b.l.8. timores: 156. c.a.l. 15. extenuatis : 157. c.a. l.24. ſugillata: 160. c. a. l. 6. rigidioribus:161. c.a.l.5.invita l.6.profuſio 164.c a.l.28.Reſina.l.31.pinei: 165. c.a.l. 4.reſperſa.c.b.l.18. Viadus & Bartha: 166.c.b.l.8.cubitali.170.c.b.l. 14.Alcyoni : 171.c.b.l.17.cuſpides l. 24. Corvo, 30, Milvo, Turdo aqvatico. 174. c.a.l.22. brevis: 178. c.a l.18.Tepidiora: 185.c.a.l.28. gallina aut. 190. c.a l.28.Iris cærulea.c.b.l.15. Galeritas & Coturnices:

nices: 192.c.b.l. 3. offertur: 193. Inſeratur col. b.l.15. Alaudæ cano-
ræ feré ſimilis, niſi qvód minor ſit. Roſtrum ſimile, rectum, a-
cutum fuſcum ſuperius, inferius albicat. Dorſum cinereum, ma-
culis nigris varium, emicante rubedine lateritia. Criſta fuſca eſt,
lineolis rufis interciſa, qvam poſteriore parte ambit circulus mo-
dicé albicans, qvi ad Oculos deſinit colore obſcuré caſtaneo.
Alarum remiges, majores & cauda fuſcæ ſunt. Vere & æſtate ca-
caminibus arborum inſidet cantillans. Ungvis in calce cæteris,
ut in canora, longior: 204. c. a.l. ult. alba Geſn: 209. c.a.l. 31. Pi-
cæ. 219.c.a.l.21. concluſa.c.b.l.8. Columba: 221. c. a. l 2. qvadam:
224.c.b.l.17. territorii Leobergenſis. 225.c.a.l.10. phæopi: 232.c.a.l.
28. putas. 237.c.a.l 27. cibum: 240.c.a.l.5. nivei. 242.c.b.l.8. Aldro-
vandus: 243.c b.l.2. Halſkregel: 249. c.b.l.8. fine & Septembri: 250.
c.a.l.ult. Phil. Jacobi: c.b.l ult. ubicunq;: 251.c.b.l.8. totum ramu-
ſculum: 252.c.b.l.28. griſeum: 254. c.b.l.5. forté: 255.c.a. l. 11. dex-
trorſum.c.b.l.1. majore 258 c.a.l.1. fegopyro 261.c.a.l.27. rufa.l.30.
ex cæruleo fuſcum aduncum.c.b.l.18. incurvi. Digiti ſinguli pro-
pe ungvium exortum appendiculis flaventibus donantur: 263. c.
b l.18. macula: 271. c.b.l.28. vel cum aceto.l. 29. ſalubria ſunt, faci-
lé digeruntur, & bonum ſuccum procreant: 274.c.b.l.15. Ova far-
ta, ὠὰ σιτευτὰ: 277.c.a.l.15. Opali: 278.c.a.l.12. qvædam.l.13. ceu. 281.
c.b.l.12. Coturnicis. l.16 pygolampidibus. 287.c a.l. ult. perungun-
tur: 292.c.a.l.6. propior. 293.c.a.l 16. aterrimis. 295. c.a. l. 2. minor:
298.c a.l.30. nummo: 299.c.b.l 11. antidoto. 303.c.b.l.24. ternos: 309.
c.a.l.31. ſaturé.l.32. pupilla. 310.c.b.l.20. ſit. 311.c.a.l.21. herbas. 312. c.
a.l.9. ſacci.c.b.l.20. ex. 313.c b.l.7 fæniſecæ. 317 c a.l.2. Pardalus: 318.
c.a.l.13. tabe: 320.c.a.l.21. ornatur 322.c.a.l.3. ſalacitatem: 330.c.b. l.
20. Stoparola: 331.c.b.l.1. Ariſtoph. 332.c.b.l.17. affectibus opitula-
tur. 338.c.a.l.24. Cornice: 339. c.b.l.24. bicuſpides. 342 c.b.l. 17. Sei-
lan. 343.c.b.l 35. Αιγινθος: 344 c.a.l.22. inſigni: 345. c.a.l.21. pedicu-
li: 346.c. a.l.13. nucis: 348.c.a.l.19. nitet. Auditorii meatus ampli ad-
modum: 351.c.b.l.6. Spreche: 354.c a.l.29. igitur.l.30. fiunt Nenia,
qvæ in volucres falſa figurat anus &c. 356.c.b.l.18. Alauda pauló
major, palmum: 357. c.b.l.22. criſtæ: 360.c.a.l.28. verſus. c. b. l. 19.
prolicit.l.33. λευκοκέφαλος: 361.c.b.l.2. hyemis. l.21. ZierDroſſel:
363.c.a.l.15. El. 364.c.b.l.25. γελασινὸς: 367.c.b.l.8. ravum.l 11. vari-
us. 368.c.a.l.1. Pinnulæ.l.12. ſinguli.c.b.l.7. KranzEule: 369.c.a.l.11.
falcatum.

Falcatum,c.b l.3.Curtillis.372.c.a.l.10.reperta: 379. c.a.l.1. A mia, 381.c.b.l.1.ſubterraneisq; 383.c.b.l.24. Oculi: 389.c.a.l.10. Paſtinaca. l.29.Leuciſcus.l. ult.referto aculeis. Aculeati piſces Stachel-Fiſche, cujus generis ſunt.c.b.l.19. teſtam habent: 392.c.a.l.31.ὀξύ-ρυγχοι: 393.c.b.l.6.Lingva.l.7. Gulas Rana piſcatrix.394. c.a.l. 16. tincæ,l.23.ac.396.c.a.l. 18.coagulato: 402.c.a.l.12.ſeminis: 403. c.a.l.1.favaginem: 406.c.a.l.10.ὀξύρυγχοι: 414 c.a.l.12.pinnæ.c.b.l. 9. parit,&Majol. 11.memorant: 415.c.b.l.4.veſcuntur: 425.c.a.l.2.ſetas.426.c.a.l.21.ſale: 428.c.a.l.27.Flüs Karpffen: 432.c.b.l 14.Martio: 436.c.b.l.1.ſaburram: 443. c.a.l. 29. varium: 448.c.a.l. 16. degat.l.20.limoſis familiaris: 450.c.b.l.9.conditi. 452.c.b.l. 9. infeſtatis: 454.c.b.l.15. vectura: 455. c.a.l.10.Fungus.l.penult. λεπτό-στρακοι.c.b.l.11. habent: 458.c.a.l.21. Dracunculi: 465. c.a.l.28.at.c.b.l. 23.ſtrictis. 471.c.a.l.26.Cruribus.477.c.b.l.16.Geniſta: 490.c.a.l.12.minimó: 494.c.b.l.15. recondūt. 498.c.a.l.5.Cichoracea: 501.c.a.l.9.Impetiginem.l.10.caliginem.c.b.l.15. Mercurialis. l. 27. intruduntur: 505.c.b.l.6. qvidam: 508.c.a.l.16. Spinn Wab: c.b.l.23.exacerbationes: 512.c.a.l.27.Larva papilionea: 513.c.a.l.12.tanta: 520.c.b.l.10.transverſas.

LIGNICII

Imprimebat Nicolaus Sartorius.

Anno C. MDCIIII.

* *

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google